

Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΜΟΥΣΑΙΟΥ

τοῦ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τὰ

ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

MUSAEI

GRAMMATICI

de

HERONE ET LEANDRO

CARMEN;

CUM CONJECTURIS INEDITIS

PETRI FRANCII,

EX RECENSIONE

JOHANNIS SCHRADERI,

QUI VARIANTES LECTIONES, NOTAS, ET ANIMADVERSIONUM LIBRUM ADJECIT.



LEOVARDIAE.
Excudit TOBIAS VAN DESSEL, CIↃ IↃ CC XLII.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ΥΓΙΑΖΟΥΣΑ

SERENISSIMO ET CELSISSIMO

GULIELMO CAROLO HENRICO FRISONI

ARAUSIONENSI AC NASSAVIO

PRINCIPI

GELRIAE, FRISIAE, GRONINGAE, AGRORUMQUE CIRCUMJACENTIUM, AC DRENTIAE

GUBERNATORI ET SUPREMO REI BELLICAE PRAEFECTO.

ACADEMIAE - CURATORI MAGNIFICENTISSIMO,

ETC. ETC. ETC.

UT ET

VIRIS NOBILISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS,
ATQUE INSIGNIBUS IN REPUBLICA
HONORIBUS CONSPICUIS,

HESSELO DOUWONI
ERNESTO AB AYLVA,
DUCONI MARTENA
A BURMANIA,
LIVIO SUFFRIDO
LYKLAMA A NYEHOLT,
ULBONI SIXMA
AB ANDLA,

ACADEMIAE FRANEQUERANAE
CURANDAE IV VIRIS

HANC MUSAEI EDITIONEM
ET
SE SUAQUE STUDIA
ANIMO DEVOTO
D. D. D.
JOHANNES SCHRADER.



INclyta Naſſaviae, PRINCEPS Generoſe, propago
Stirpis, & Auriacae ſpes recidiva domûs,
Fata cui toties torvi diſcrimine Martis
Credidit eventu Belgica laeta bono.
Cujus avos toties Hiſpanâ clade cruentos,
Inque fugam ſtupuit Gallica terga dari.
Adfuit adſidue quorum Victoria ſignis,
Et dedit Heroae laurea ſerta comae.

Quos tamen & poſitis haſta clypeoque Virago

Cepit, & haud artes dedecuere togae.

Splendida per quorum veſtigia, laudis avitae

Inpulit, ut caleas tendere, verus amor:

Si fera bella tonant (quod abominor) inpiger hoſtes

Per medios certus fulminis ire modo:

VOSQVE adeo noſtrae ſublimia ſidera gentis

Inluſtres priſca nobilitate Viri:

Patria quos illis, quos aurea condidit aetas,

Tempora longa Viros gaudet habere pares.

Numina Friſiacis qui Tutelaria Muſis

Aonio regitis templa dicata Deo:

Et quorum auſpiciis, atque aegide tuta Minerva

Pieridas patriis adſerit alma ſocis.

Siſtere

Siſtere quis noto fugituras limine Divas
Cenſetur verae nobilitatis opus.

En age, Muſaeo quae carmina tincta lepore
Rapta ſitu nobis Graja ſenecta dedit:
Igne quibus valido tactus Leander amoris
Ducitur in thalamos, Seſta puella, tuos;
Procedant cultu jam ſplendidiore ſuperba
In lucem veſtro tuta favore novam.
Vos mihi praeſidium tutelaque certa timenti
Eſte, nec in vaſto linquite vela mari.
Lucida ni trepidam, ni ſidera fauſta regatis,
Evertet dubiam ſaeva procella ratem.
Sit pretium curae, vigilatorumque laborum
Non penitus Magnis diſplicuiſſe Viris.
Sit pretium curae, quamvis juvenilia ſcripta
Lumina Magnorum detinuiſſe Virûm.

Hoc ego ſi capiam, ceciderunt inproba vota,
Spirat & inceptis aura ſecunda meis.
Hoc ego ſi capiam, nitidos errabo per axes,
Et tangam plantis ſidera ſumma meis.
Quo feror inſanus? conmoti pectoris ignes
Quo rapiunt vatem, Calliopêa, tuum?
Pondera cum Friſiae ſubeatis maxima molis,
Quae veſtris humeris non leve fertur onus;
Parcaque, quae multis, contingant otia Vobis,
Urgeat at patriae, ne labet illa, ſalus:
Scilicet ut poſito tantarum pondere rerum
Turbarent curas otia noſtra graves;
Muneris & celſi miſſâ ſtatione, precamur,
Ut libeat noſtros evolüiſſe jocos.
Parva mora eſt, Vobis ducibus quae laeta moventur,
Perlegere inparibus carmina facta modis.

Si

Si tamen & nobis hoc tempora parca negarint,

Sintque ea (quod metuo) vota modeſta parum.

At placeat, prima quae fronte notata, tueri

Carminis haud alio nomina digna loco.

Integra devotae conſtabunt pignora mentis

Pectoris & grati debita ſigna dabunt.

Parva quidem fateor pro magnis munera reddi,

Munera Principibus nec ſatis apta Viris:

Sed tamen auratis, quae maxima victima, taurus

Cornibus ut grato tinguit odore focos;

Sic ſale Divorum fieri placabile numen

Credibile, & laetum thuris honore pio.

Quod ſi grandiloquum mihi Calliopea dediſſet

Pectus, & herois condere geſta modis;

Praecipuos Vos arte togae celebrare diserto
Carmine pro meritis unicus esset amor;
Publica res quanto valeat fundamine, quantum
A vestra capiat Frisia robur ope;
Qualibus auspiciis Academia celsa lacertos
Erigat, & toto nomen ab orbe ferat.
Frigida sed quoniam Natura calescere nostrum
Invida Phoebeo pectus ab igne vetat:
Carmine Maconio laudes atque inclyta facta
Grande sonaturo, quo decet, ore canant;
Vos, o Calliope, quos turba diserta creatos
Vidistis placido luminis orbe semel.
Quod licet, adtonitus, quo numina magna Deorum,
Nomina sacrato vestra stupore colam.
Quod licet, ut meritis bene convenientia cives
Optabo grata praemia mente ferant.

Quod

Quod licet, ut domibus veſtris felicia ſur-
gant
Tempora, pars turbae parva precantis ero.
Quod licet, in coeli redeatis caerula tarde
Publica perpetuo vota juvabo meis.
Friſia cum longum nullâ quaſſata procellâ
Stabit, & usque novo creſcet honore vi-
rens;
Exſeret & ſtudiis Academia patria florens
Mitibus ad coeli ſidera ſumma caput.

LEC-

LECTORI ERUDITO
S. P. D.
JOHANNES SCHRADER.

QUod plerique omnes, qui vel novos Auctores, vel veſte ſplendidiore indutos ſummo Reipublicae literariae bono in lucem produnt, inſtitutum laudabile ſane ſequuntur, ut, quae ipſis vaſta veterum Scriptorum volumina adſidua manu verſantibus, de aetate & meritis Scriptoris iſtius, de quo bene mereri cupiunt, ſedulo veſtigata ſunt, in medium producant; auxilia, quibus inſtructi arduum opus adgredi auſi ſunt, diligenter enarrent; candide & aperte de Interpretibus, quos nactus eſt Auctor, eorumque meritis ſententiam dicant: id ne nos deſeruiſſe jure optimo queraris, Erudite Lector, ſedulam operam dabimus, ſic tamen, ut, quae Viri Eruditiſſimi Jo. Alb. Fabricius (a), Jo. Henr. Kromayerus (b), nec non Matthias Röverus (c) in hanc rem obſervarunt, vel breviter adtingamus, vel omnino (quamvis non poenitendam eorum partem ipſi per nos videramus) praetervehamur taciti.

Inter omnes, quos ex Graecia & antiquo Latio per tempus edax nobis ſuperſtites poſſide-

(a) Biblioth. Graec. Lib. 1. cap. 16.
(b) In Diſſertatione editioni ipſius praefixa.
(c) In Praefatione.

ſidere licet Scriptores, neſcio an ullius aetas adeo, ac Muſaei noſtri controverſa ſit, in diverſiſſimas Eruditorum ſenatu ſententias miro modo abeunte, aliis quippe ultra Homeri aetatem ipſum evehendum; aliis Ovidio priori aetati adligandum; quibusdam ad Veſpaſiani tempora; plerisque ad inferiora Reipublicae Romanae tempora; quin nonnemine ad Seculum poſt C. N. decimum tertium, vatem noſtrum demittendum contendentibus.

Primam opinionem Virum aetate ſua Eruditorum principem Jul. Caeſarem Scaligerum (a) in primis tuitum fuiſſe quis neſcit? Hic poſt aſpera quaedam in Homerum, in quem ſemper iniquior eſt, dicta ſcribit: *Arbitror enim ego Muſaei ſtylum eſſe Homerico politiorem atque comptiorem, quod ut clarius pateat, aliquot verſus adducere coactus ſum. Nam quemadmodum omnes ſunt incomparabiles, ſolique e Graecanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeo compoſiti, ut ab ejus gentis nullo alio quam a Muſaeo dici potuiſſe videantur. quare neque Homerum, neque Orpheum, ſed Muſaeum fecit ille principem Elyſiacarum cantionum. illo igitur verſu quid rotundius, elegantius, ornatius, numeroſius?* &c. Tandem conlatis quibusdam Muſaei & Homeri, victore Muſaeo, locis inter alia addit (b): *Quod ſi Muſaeus ea, quae Homerus ſcrip-*

(a) Poëtices lib. 5. cap. 2. p. 539.
(b) pag. 540.

ſcripſit; ſcripſiſſet: longe melius eum ſcripturum fuiſſe judicemus. Scaligeri, vetuſtiſſimo illi Muſaeo Orphei aequali carmen hoc adſcribentis, ſententiam ſecutum fuiſſe Davidem Whitfordum, virum minime indoctum, docent verba in fronte libri poſita:

Vos exemplaria Graeca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
Horat.
Muſaeum ante omnes. Virgil.

Paucos praeterea hujus opinionis, cui favere etiam video Cerdam (a), & Magium (b), patronos recenſet Röverus (c), ut adeo id latuiſſe Kromayero (d) demirer. At vero ſententia haec adeo vana, adeo ab omni veriſimilitudinis ſpecie eſt aliena, ut ullum patronum invenire potuiſſe merito ſtupeas. Non poenitendum contra hoc commentum mihi dudum viſus ſum reperiſſe argumentum in ipſius Poëtae noſtri carmine (e), quo loco horrendam illam, qua periit Leander, tempeſtatem deſcribens canit:

Αἰθέρι μίσγετο πόντος, ἀνέσγετο πάντοθεν ἰχνὴ
Μαρναμένων ἀνέμων· Ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεεν Εὖρος,
Καὶ Νότος ἐς Βορέην μεγάλας ἀφέηκεν ἀπειλάς.

(a) ad Virgilium lib. 6. Aen. v. 667.
(b) Lib. 1. Var. Lect. cap. 8.
(c) pag. 3.
(d) pag. 3.
(e) v. 317.

Quatuor vides ventos memorari, atque iſtos inter Eurum, mea quidem ſententia, vetuſtiſſimo aevo ignoratum. Id non vane elicio ex Heſiodo (a):

Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον
Καὶ Νότον ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ ἰυνηθεῖσα.
Aſtraeo vero Aurora ventos peperit violentos,
Celerem Zephyrum, Boreamque rapidum,
Et Notum in amore cum Deo Dea congreſſa.

Sic infra (b):

Ἐκ δ' ὃ Τυφωέος ἐστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἰέντων,
Νόσφι Νότου, Βορέαο, καὶ ἀργεστέω Ζεφύροιο.
Ex Typhoeo autem eſt ventorum vis humide flantium,
Excepto Noto Boreaque & celeri Zephyro.

Viden' in generatione ventorum, in qua Heſiodus adcuratus eſt, omitti Eurum, ſic ut nullum ipſius in toto libello veſtigium usquam adpareat? Sic & Hyginus (c): *Ex Aſtraeo & Aurora Zephyrus, Boreas, Notus.* ita enim, expuncta ultima voce *Favonius*, quae tamdiu nemini Interpretum, ne ipſi Munckero animadverſa menda, legendum quovis pignore contendere auſim. *Zephyrus* & *Favonius*, quod & illis, qui aere nondum

(a) In Theogonia v. 378.
(b) v. 869.
(c) pag. 8. edit. Munckeri.

dum lavantur, perſpectum, iidem venti ſunt. Error autem forſan ortus, quod indoctus aliquis Monachus, Hyginum in Genealogiis hiſce Deorum Heſiodum conpilare ignorans, tres autem ventos tantum memorari indignatus, quo numerus receptus conſtaret, ſiniſtra liberalitate quartum hunc, ſed omine non ſatis fauſto, intruſerit. Egregie autem haec de tribus ventis obſervata firmantur ex Orphei Hymnis (a) in honorem trium ventorum ab Heſiodo memoratorum, praeterito iterum Euro. An vero credibile Muſaeum, Orphei aequalem ſecundum Scaligerum, venti, cujus nomen iſta tempeſtate ignorabatur, mentionem facturum? Homerus, fateor, (b) Euri mentionem facit: ſed inde tantum diſcimus tempore Homeri, &, ſi velis, jam paulo ante Eurum cognitum fuiſſe: minime vero longe anterioribus temporibus. Suſpicor enim Θεογονίας, & Hymnorum, qui Orphei nomen gerunt, auctores Homero eſſe antiquiores: aliter enim rationem, quae dubitanti plane ſufficiat, nullam dari poſſe puto, cur ab Homero memoratis ventis quatuor, Heſiodus & Orpheus, non adeo longo temporis intervallo ab eo, fatentibus plerisque, remoti, tres tantum adgnoſcant, qui vero ipſis inferiores Scriptores receptum numerum ſequantur. Certe non paucos repe-

(a) p. 176. edit. Eſchenbachii.
(b) In Iliade B. & N.

rias, qui Heſiodum Homero antiquiorem ſtatuant, ſicut videre eſt apud Cel. Fabricium (a). Orphei Hymnis ſi quis tantam antiquitatem adſcribere vereatur, & potius ab Onomacrito tempore Piſiſtrati ſubpoſitos exiſtimet, illum hac etiam arte Veteribus ſe inſerere voluiſſe non inepte fortan conjeceris. Cogitent tamen acutiores. Aliud argumentum ſubpeditat ipſe Poëta (b):

Οἱ ἦ πάλαιοὶ
Τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι·

Tangi hic Heſiodum more, ut vidimus in Animadverſionibus (c), Poëtis uſitato docet ipſius imitator Ariſtaenetus (d): ἀμφὶ τοῖς ὄμμασι Χάριτες, οὐ τρεῖς κατ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων πλεόνων δεκάς· *Et circa oculos ejus Gratiae non trinae ſecundum Heſiodum; ſed decies denae tripudiant.* ita legendum, non, quod Jo. Corn. de Pauw ſine ratione jubebat, πλειόνων vidimus in Animadverſionibus. Heſiodo igitur inferior noſter. Argumentum praeterea minime inficiandum, ſi firmo talo niteretur, praeberet opinio Cel. Jac. Gronovii (e) rati amores Leandri & Heronis poſt Bellum Trojanum accidiſſe, quod ſi verum,

Sca-

(a) In Bibl. Gr. lib. I. cap. 13. p. 85, 86.
(b) v. 63.
(c) Cap. VIII. p. 187.
(d) Lib. I. ep. 10. p. 58.
(e) Tom. II. Theſ. Antiq. Graec. num. VII.

Scaligeri opinionem penitus everteret. Scilicet Ovidius (a) mentionem facit Ulyxis:

Nobilis ille quidem est, & clarus origine? sed non
A tibi suspecto ducit Ulixe genus.

Et inferius paulo raptus Helenae:

Ut semel Idaeus Lacedaemona venit adulter,
Cum praeda rediit protinus ille sua.

Nam quod Daedali v. gr. & Andromedae mentionem factam huc referat Vir Celeberrimus, in eo manifeste labitur, cum temporibus Trojanis has antiquiores esse constet. Jam vero Helenae ex. gr. meminisse qua ratione poterit Hero nisi Iliacis temporibus sit inferior? ita quidem fere Gronovius. Sed cum, fatente ipso viro Clarissimo, ex talibus adcurata temporis notatio deduci continue non debeat; & Ovidius non raro tempora miscat, ut ad ipsum Interpretes non raro monent, argumentum probabile, quodque numerum facere queat, tantum habebimus, quamvis Ovidium in ea fuisse opinione fere persuasus sim. Longe majoris momenti merito habeas silentium omnium Veterum Scriptorum, qui Mulaei Homero antiquioris, ejusque scriptorum mentionem facientes opusculi hujus tane elegantis nuspiam ante Tzetzem apud Fabricium (b) meminerunt, quod

(a) Heroïd. ep. 20.
(b) Bibl. Gr. p. 105.

invictum, mea quidem ſententia, argumentum recte urſit Doct. Caſaubonus (a), cum ſimile quid ulli Scriptori ex antiquiſſimis illis accidiſſe mihi inconpertum: nam Latinis ex. gr. Gratio ab uno Ovidio memorato (b); Curtio & Manilio a nemine, per barbariem ſeculorum, & ingentes, quibus preſſum inperium Romanum a longo tempore ante inſtauratas meliores literas, tenebras eam adverſam fortunam ſubeundam fuiſſe notum: quamvis haud inficias ire auſim, alio etiam modo notitiam Doctorum effugere potuiſſe ante triſtiſſima illa tempora, quod de Nemeſiano Gratii poëma ignorante credibile eſt, quamvis alii aliter ſentiant (c). Ipſe etiam ſtylus, & ſcribendi modus adeo vetuſtiſſimis illis temporibus non congruit, ut ille recentiorem Poëtam luculenter prodat. Quis enim, ut alia mittam exempla, in Veterum ſcriptis adeo eſt hoſpes, ut non facile Homerum, Heſiodum, Orpheum aliosque raro, aut nunquam, dictorum ſuorum rationem reddere conſueviſſe mihi largiatur? Id tamen apud noſtrum non raro obſervare licet ex. gr. v. 36.

Μῶμον

(a) Cujus verba exhibet Rondellus in praefat. p. 8. & 9.

(b) De quo conſulendi Vlitius & Burmannus in praefatione.

(c) V. quae ad Cyneget. v. 8. Viri Docti obſervant; ut & conjecturam Bentleji in praefatione ante Manilium p. XI.

Μῶμον αἰλευομένη ζηλήμονα θηλυτερείων.
Καὶ γὰρ ἐπ' αἰγλαῦῃ ζήλημονές εἰσι γυναῖκες.

Evolve, si volupe est v. 51, 92, nec non v. 129.

Θηλείης ἧ Λέανδρος ἐπεὶ κλύεν οἶτον ἀπειλῆς,
Ἔγνω πειθομένων σημῆα παρθενικάων.
Καὶ γὰρ ὅτ' ἠθέοισιν ἀπειλείουσι γυναῖκες,
Κυπρειδίων ὀάρων αὐτάγγελοί εἰσιν ἀπειλαί.

Qui Achillem Tatium sedula manu volverit, istius Scriptoris aetatem ipsum potius adtingere, quam remota illa tempora non difficulter persuadebitur. Facit huc nomen ἐ Γραμματικῶ in MSS. Codicibus testibus Viris Doctis (a) repertum, quod non fugit Eruditissimum Röverum. Denique, quo nihil gravius opinioni alicui obesse judico, nullo a patronis hujus sententiae vel minimo ad hoc usque tempus argumento tam mirabilem sententiam conroboratam vidi. Quod enim Scaliger (b) Musaei stylum longe esse Homerico politiorem atque comptiorem sese arbitrari referat, in eo misere fallitur Vir Doctus, cum simplicitas, qualem in Homeri & Hesiodi carminibus regnare deprehendimus, summam antiquitatem arguat, quod recte jam observatum ante nos video Eruditissimo Kromayero (c). Optimo igitur judicio parentis vestigia minime hic adoravit filius Josephus Scaliger, cumque eo Eruditorum haudquaquam infima

(a) a Fabricio p. 105. productis.
(b) pag. 539.
(c) Differt p. 5, 6.

pars, quos inter Matthaeus Sladus, Amſtelaedamenſis Medicus & Poëta Celeberrimus, qui luſu aſpero (a) virum Eruditum excepit.

Secundam ſententiam, quae Muſaeum Ovidio ſcribendi exemplum dediſſe ſtatuit, praeter Gul. Canterum, A. Morellum aliosque Kromayero (b) memoratos, ſequitur Daniel Pareus Comment. in Muſaeum (c): quamvis & alibi (d) amplecti ſibi ſententiam Magni Caſauboni, ad tempora Nonni Panopolitani Muſaeum demittentis, ſequi certum eſſe praedicet, cui inconſtantiae nihil ſimile aut ſecundum vidi. Verum cum hoc commentum nullo tibicine fulciatur idoneo, contra ultima, quae Scaligero obmovimus, argumenta illud evertant, mittemus. Infelici autem judicio Barthius (e) Epiſtolam decimam octavam Heroidum Ovidio adſcribere vix audet, inductus v. 147. & 148. quos ex Muſaeo verſos eſſe putat, niſi Muſaeus, addit, ſit antiquior, quam perſuaſi nunc ſunt docti homines, quam ſententiam non inmerito rejecit Cel. Burmannus (f); quemadmodum Scaligeri, epiſtolam utramque Sabino ad-

(a) Illum in Jenſii Lection. Lucian. Lib. 2. cap. 6. p. 189. videre licet.

(b) Diſſert. p. 3.

(c) p. 128, 129. ad v. 259. pag. 62. v. 57. &, ſi recte memini, aliis locis.

(d) Ad v. 135 p. 100. & in praefatione.

(e) Ad Theb. 6. 545.

(f) Ad initium epiſtolae.

adſcribentis, opinionem Nauzius (a): adeo enim Naſone indignae non ſunt, ut inter eruditiſſimas atque elegantiſſimas a rerum peritis ponantur ſuo merito.

Tertia ſententia, quae Martialis aetati adligat vatem noſtrum, eſt Meurſii (b), cui, judice Fabricio (c), non abſurde auctor poematis iſtius videbatur eſſe Muſaeus, cujus *pathicisſimos libellos, qui certant Sybariticis libellis, & tinctas ſale pruriente chartas*, memorat Martialis (d), quam ſententiam diu antefoverat Georgius Valla in libro *de expetendis & fugiendis rebus*, qui Siculum vatem noſtrum & ſub Veſpaſiano vixiſſe, ſed ſine ulla ratione credebat (e). At recte addit Fabricius non ſine ratione Gyraldum exiſtimaſſe Muſaeum illum Martialis ſcripſiſſe Latine, non Graece, quod verisimum puto. Adde noſtrum Muſaeum ubique caſtiſſimum eſſe, & res turpiculas, ſi quando tractat, vocibus maxime pudicis & honeſtiſſimis velare, ut, cum nihil nos eo cogat, adeo a ſe in aliis ſcriptis (ſi enim hoc carmen iis verbis indicari

(a) In Animadverſionibus in Hiſtoriam Heronis & Leandri, quas exhibent Les Memoires de Litterature tirez des Regiſtres de l'Academie Royale des Inſcriptions & Belles Lettres T. X. p. 48.
(b) Lib. II. cap. 19. Attic. Lect.
(c) p. 105.
(d) Lib. XII. Epigr. 97.
(e) Conſule Cel. Monetam Menag. Tom. II. p. 450.

cari quis putarit, ineptus merito haberi debebit) diversum esse vatem Elegantem a se ipso, ut *libelli pathicissimi & Sybariticis certantes* audire mereantur, in animum inducere ut credam minime queam.

Quartam sententiam, quae vatem nostrum ad tempora Nonni Panopolitani, quem ad seculum V. referunt, demittendum pronunciat, omnium nobis verosimillimam adparere fateri non erubescimus, pro ea quippe stante, si a paucis discesseris, Eruditorum toto Senatu, cum ultimis vatis Elegantissimi Editoribus Doctissimis Kromayero & Rövero, quamvis certam illi prorsus aetatem adsignare nesciamus. Hoc ut credam praecipue facit stylus Scriptorum istis temporibus vicinorum proprius Achillis Tatii, Aristaeneti ex. gr. & prae ceteris magni spiritus Poëtae Nonni Dionysiacorum auctoris, qui in locutionibus & scribendi genere adeo amice conspirant, ut qui alteri scribendi exemplum dederit dignoscere difficile sit. Nonnum Seculi V. Poëtam, ut probabile reddidit Cel. Fabricius (a), Musaeo aetate esse superiorem (b), ejusque praeceptorem esse putat Daniel Pareus, neque ab hac sententia alienum se ostendit Röverus eam certissimis argumentis, cum auctor noster integros fere versiculos sibi admodum familiares ex Dionysiacis transcripserit, pro-

(a) Bibl. Gr. Vol. VII. lib. 5. cap. 16. 19.
(b) Ad v. 97. p. 118. comment. sui.

probari posse ratus, quae adeo Krómayero probare se non potuit, ut in alia omnia iverit (a) his verbis: *relinquitur prorsus incertum, ex Nonno Musaeum plurima, tanquam ex fonte hausisse, immo puduit forte Musaeum negligere meliora, & ad Nonnum proficiendi caussa adire, quem & ingenii & poëticae artis facultate superabat, cujusque praeceptor, contra quam existimabat Pareus, poterat esse.* At parcius Nonno fulminantis spiritus & sublimis, non diffitentibus acerrimis ejus adversariis Heinsio & Cunaeo, ingenii Poëtae haec objicienda meminisse debebat vir Eruditus: cum, ut Musaeum arte poëtica, & mirabili isto praecipue seculo scribendi castimonia Nonnum longo post se intervallo relinquere lubentissimo animo concedam, ingenio tamen superari, mea quidem sententia, prorsus indubitatum sit, ut adeo Magni Vossii (b), Musaeum referentis in numerum istorum Poëtarum, qui plus arti, quam ingenio debeant, sententiae subscribam haut gravate. Id si certum, ut revera est certissimum, ex Nonno Musaeum plurima tanquam ex fonte haurire non puduisse non adeo erit absurdum. Ut unico exemplo, sunt autem plurima, defungar, nonne Latinorum Poëtarum plerorumque judicio princeps Maro ex Ennii carminibus, qui judice Ovidio ingenio maximus, arte autem

(a) Dissert. pag. 6.
(b) De Artis Poëticae Natur. ac Constit. cap. 5. §. 4.

tem rudis fuit, plurima, quae in rem ſuam convenire arbitrabatur tranſtulit, atque uſus eſt pro ſuis? Nonne integros aliquando Ennii verſus, ut ex Nonno fere Muſaeus deſumſit, in Aeneide reperire eſt? Certe qui Servii commentarios, & ab Hieronymo Columna digeſta Ennii Fragmenta verſavit, de ea re nullus, puto, dubitabit. Jam vero, cum Muſaeus Veterum ſcripta Homeri ex. gr. quin & e Latinis Ovidii tam diligenti manu verſavit, ut plurima inde carmini ſuo intexuerit, imo maximam elegantiarum, & acute dictorum, ipſius etiam argumenti partem Naſoni debeat (niſi forte cum Nauſio (a), Poëtis ambobus tot easdem cogitationes in mentem, ſine furti ulla ſuſpicione, venire potuiſſe tibi perſuadere malueris) ut volventibus notas & Animadverſiones noſtras in quibus, ubi operae eſſe videbatur, utrumque contulimus, patere poterit, quis credat Poëtae aetate ſua adeo non ignoti, ut ab Agathia in Hiſtoria laudari etiam meruerit, opera, certe non ſpernenda, evolvere Muſaeum puduiſſe, cumque non paucis hinc carmen ornare poſſet, non exiguam verſiculorum partem illi adaptaſſe? Certe Nonnum fulminantis & ſublimis adeo ſpiritus vatem, quemque vehementer dubito convinci poſſe tot verſus ex aliis tam paucis inmutatis in opus ſuum tranſtuliſſe, ex carmine tam brevi tot verſiculos con-

(a) p. 392, 393.

conpilaſſe difficulter ut credam adducor, quamvis fateor mihi deeſſe argumenta adeo valida, ut pervicaciores in ſententiam pertrahere queant.

At quid dicemus de Viri Eruditiſſimi, & vatis utraque Lingua Graeca & Latina feliciſſimi P. Francii conjectura Muſaeum eundem ac Nonnum eſſe ſuſpicantis, ut probant verba in titulo Editionis Dav. Whitfordi poſita: *Multa habet hic auctor cum Nonno communia, niſi ipſe ſit Nonnus. Stylus certe plane ſimillimus eſt?* Hoc & conjecerat Casparus Barthius (a), cujus verba (b) adponam: *verſus*, inquit, *Muſaei 35. cum hemiſtichio praecedentis eſt ad verbum ex Nonno ductus lib.* 16.

Μῶμον ἀλευομένη φιλοκέρτομον ἤλικος ἥβης.

Qui locus cum innumeris aliis ſuſpicari nos facit, Nonnum ipſum, meliori judicio temperantem naturales ſuae inconſultae luxuriae morbos, poëma auſum. de quo tamen nil adfirmamus. Equidem, cum novae opiniones firmo talo niti debeant, haec autem infirma valde ſit, non temere viris Eruditis adcedendum putem. At ſtylus ſimillimus eſt? Ego, ſi locutiones & dictionem ſpectes, concedo, aliter inficior, cum Muſaeus caſtigato, humili-

(a) Adverſ. lib. 20. cap. 21. p. 1008.
(b) Ex diſſert. Kromayeri p. 3.

millore minimeque inflato; Nonnus autem tumido, dithyrambico & valde luxuriante ſtylo utatur. At temperavit naturales inconſultae luxuriae morbos? Ego an luxuriantis venae adeo potens fuerit Nonnus dubito, certe eadem ſctibendi vitia in Paraphraſi Euangelii Joannis notare eruditos monuit Fabricius: quamvis ſtylus, ut certe non decebat in eo argumento, non adeo ſit inflatus. Dubito quoque an voluerit, nimium ſibi blandiente forte cothurnato iſto ſtylo. Quae ratio, quaeſo, etiam, quod cum reliqua opera ipſius Nonni nomen gerant, hoc ſub Muſaei nomine in MSS. & apud Tzetzem jam veniat? an ipſe Nonnus nomine ſuo diſſimulato hoc carmen prodidit? ſed Nonni opera reliqua longe ſuperabat, adeo ut tam varium & elegans omni fere numero poëma Nonnum feciſſe, etiamſi maxime velit credere, cogitare non poſſe quenquam putet Cl. Kromayerus (a). Quid denique eſt, quod conjecturam Virorum Eruditorum probabilem reddat? Nihil certe.

Praeter Nonnum in Ariſtaeneto locutiones geminas obſervare licet; illum autem ad Seculum V. referendum credibile eſt. Scilicet Ariſtaenetus (b) in laudibus Panaretae totus ita loquitur: ἡ πᾶσ διατρὶς ὑφ' ἡδο-

νῆς

(a) Diſſert. p. 6.
(b) Epiſt. lib. 1. ep. 26. p. 172.

νῆς χειρόνομος εἶναι πειρᾶται· ἵνα ἡ μόνον σεσφυῶς μεμαγμένη ἡ Καραμάλλου τοῦ πάνυ, ἁπάντων ἔχεις ἡ μίμησιν ἀκριβῆ. Vides Caramalli chironomi celeberrimi mentionem hic fieri: illius autem meminit & Sidonius Apollinaris (a):

Coram te Caramallus, aut Phabaton
Clauſis faucibus & loquente geſtu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu
Toto in ſchemate vel ſemel latebat.

Ubi aetatis ſuae aut, ſane non multo anterioris artifices ipſum laudare Doctiſſimus Mercerus recte notare videtur Viro longe Eruditiſſimo Jac. Phil. Dorvillio (b), qui Caramalli aetatem medio ſeculo V. feliciter adligavit, & omnino conſuli hic meretur. Ariſtaenetus igitur quin ad iſta tempora jam referendus mihi vix dubium fere videtur: quis vero alterum imitatus ſit non adeo liquidum. Eruditiſſimus Alciphronis editor (c), Ariſtaenetum imitatum fuiſſe Juniorem noſtrum Muſaeum non vane exiſtimat, cum alios paucis inmutatis deſcribere huic ſollemne, ut adeo hanc ſententiam ſequi non detrectem.

Achillem Tatium quaedam cum Muſaeo habere communia ex locis quibusdam a nobis conlatis certum ſatis videtur: ſuſpicor autem hunc Ariſtaeneto priorem, qui non pauca ſublegis-

* *

(a) Carm. 23. 268.
(b) In Vanno Critica cap 7. pag. 208.
(c) Ad lib. 3. ep. 1.

legiſſe ipſi videtur: nam de Tatio id ut minus cogitem, quamvis cum Gaulmino Bourdelotius ſimiam ipſum Heliodori adpellet, facit quod illum in tam manifeſtis furtis, quam Ariſtaenetum, nondum deprehenderim. Quid? Eruditiſſimus Moneta (a), ante medium Seculi IV. Achillem vixiſſe argumento ſane firmiſſimo oſtendit, ut adeo, quin non tantum Ariſtaenetus, verum etiam noſter illum imitatus ſit, nullum mihi ſit dubium. Cum vero tot argumenta, (huc enim quae contra Scaligerum obſervavimus referenda) conſenſusque omnium fere Eruditorum ſententiam hanc tueantur, nihil vero, quod ſciam, ei obponi poſſit, reliquae autem multis laborent, opinionem hanc ſatis firmam & probabilem ſequemur.

Antequam tamen disquiſitionem noſtram de aetate Muſaei abſolvam, verbo memoranda quinta ſententia prae caeteris peculiaris Joannis Harduini *de Nummis Populorum & urbium* (b), qui fabulam hanc Seculo demum XIII. fictam ex mala interpretatione nummi Abydenorum cenſet, in quo pro ΜΡΟΜΗ ΑΝΑΡΟΣ perperam legiſſent Monachi quidam Galli ΗΡΩ ΑΗΑΝΑΡΟΣ, & hinc fabulam

(a) Menag. Tom. III. p. 118. & ſeqq.

(b) Ea quidem in editione Paris. A. 1684. non invenitur, ſed in Amſtelaedamenſi A. 1709. in qua cum aliis hanc ipſum addidiſſe didici ex Jo. Clerici Bibliotheca Selecta Tom. XVII. p. 377-379.

lam illam demum fabricati essent, quando Musaeus noster ad Seculum saltem XIII. demittendus esset: sed quo nihil vanius, nihil ineptius. Quis enim, ut alia jam absurda mittam, credat barbaro isto seculo stupidissimorum Monachorum ingenia in tantum mutata, ut adeo elegantia in clausstris suis poëmata pangere potuerint, ut postera aetas pro Ovidii foetu ex. gr. habere non dubitaverit. Sed ut nugas istas satis riserunt viri Eruditi, sic & hanc ineptam de fabulae origine opinionem Jo. Clericus (a), &, qui nomine ejus ignorato locum laudavit, Cl. Kromayerus (b), nec non Doct. Nauzius (c). Nihil vero magis ridiculum vidi, quam Harduinum adeo absurdam horum amorum originem exsculpsisse, cum tamen apud ipsum Virgilium, cujus Georgicis antiquitatem ereptum ire an ausus fuerit nondum constat, (libet enim non est ad manum) hujus rei mentio diserta exstet (d):

Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus Amor? nempe abruptis turbata procellis
Coeca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat coeli, & scopulis illisa reclamant

(a) Ad Ausonii Cupid. Crucif. Addit. v. 23.
(b) Dissert. p. 9. & seqq.
(c) p. 386, 387.
(d) lib. 3. Georg. v. 258.

Aequora: nec miseri possunt revocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.

Quod unicum absurditatem hujus commenti facile ostenderet. Sed id tanti non est, cum Auctor ipse deinceps sententiam damnarit (a).

Adeo autem elegans hoc de Herone & Leandro Carmen magnam gloriam peperit Auctori ipsius Musaeo, ut omnium fere Eruditorum communibus suffragiis adprobatum sit. Marci Musuri & Demetrii Ducati Cretensium testimonia paulo infra sequentur. Scaligerum ipsi Homero praetulisse jam vidimus, quod judicium Viri Summi licet minime videatur esse probabile, & Homero inventione jam necessario relicta non parum labefactetur, tamen vati nostro omnino honorificum, cum certe principibus in hocce studio viris placuisse non ultima sit laus habenda. *Elegans & suave* poëmation vocat Gul. Canterus (b); *Musaeus etsi non vetustissimus, bonus tamen & elegans Poëta* Ger. Falkenburgio (c) audit; Caspar Barthius, loco adducto a Pareo in praefatione, in laudes ejus effusus, *omnia* inquit, *floridissima, nec tamen*

(a) Ita videre est in Biblioth. Selecta Jo. Clerici Tom. XVIII. p. 256, 257.
(b) Nov. Lect. lib. 1. cap. 2.
(c) Lect. & Conject. ad Nonni Dionysiaca p. 1319.

tamen turgida: omnia nitentia, nec tamen calvitiem quandam prae se ferentia: omnia compta, sed sine pinguedine unguentorum exoticorum: omnia limpidissima, sed sine profunditate: omnia polita, sed sine fucis: omnia dulcia, sed sine somnifero papavere, quo sparsa esse plerumque solet nimia illa sibi aequalis suavitas. Amoris praeterea affectus, & effectus tanquam in elegantissimo speculo apparent, ad vivum suis genuinis coloribus depicti: temeritatis coërcendae, & exercendae, etiam in occulto, castitatis exempla doctissima. Jac. Gronovius (a): *Hoc igitur qualecumque, sed antea inauditum amoris specimen ab illis tamen aliisque, verum singulari exodio ab ingenio Musaei venustatem poësios accepit.* Fabricius (b), *non invenustum carmen & versibus mollissimis compositum* vocat. Nauzius (c): *son ouvrage est plein d'exactitude & de delicatesse: le style en est pur, & les expressions toujours choisies.* Addam testimonia Editorum Poëtae nostri sed pauca. Rondellus (d), satis in laudibus ejus prolixus, inter alia *Musaeus*, inquit, *amoeni fuit & elegantis ingenii Poëta. Id satis arguunt illius erotica; siquidem in horse poë-*

(a) Tom. II. Thes. Ant. Gr. num. VIII.
(b) Bibl. Gr. lib. 1. cap. 16. p. 105.
(c) l. c p. 388.
(d) In praefatione p. 12.

matio ordinem videas & convenientiam, ſelectas ſententias & ſchemata: Scriptio quam laeta! quam florida! quam venuſta! Non fluit lutulentus, ſed pleno & puro exundat gurgite, lectorem non magis ubertate quam elegantia exhilaraus, pelliciens atque detinens; Jam argumentum ut blandum! ut molle! ut patheticum! ferreus ſit, qui non legat: novum ſane, ſed periculoſum argumentum, ſi quod uspiam occurrit. Kromayerus (a), fateri plerosque omnes, fingi carmine hoc venuſtius nihil poſſe, refert; in Dedicatione *parvum quidem ſua mole, ſed praeſtantia & ſuavitate in primis commendabile carmen* & in Diſſertatione *multo venuſtiſſimum, pulcrum fetum, elegantiſſimam ſummi ingenii prolem*, & *poëma ſuaviſſimum* adpellat. Miſſis aliorum teſtimoniis agmen claudat honorificum prae caeteris illud Röveri in erudita praefatione: *Quis tamen ex Poëta tam facundo tamque caſtigato judicaret, omnis Eloquii & Elegantiae theatrum ſuo aevo jam fere occluſum fuiſſe? Niſi quod Poëtica Majeſtas, aurea & amabilis illa ſimplicitas, quam in antiquis deprehendimus, in ipſo hoc auctore aliquando receſſiſſe poſſet videri, omnes tamen ſui temporis aequales facile ſuperavit, & victor exſiſtens palmam iis praeripuit. Nam tanta ſuavitate infelicioris aevi vitia temperavit, ut hoc carmen ab omni parte*

(a) Ad v. 297.

parte Atticam venuſtatem & ingenuum cultum ferat? Ipſum certe Amoris opus! ubi cum Gratiis Venus certare videtur. Utinam Muſaei plura vel ipſius tincta lepore nobis ſupereſſent poëmatia? Dignus igitur eſt, ſi quis alius ejus ſeculi, cujus ſcripta quam emendatiſſima in lucem prodeant. Adde Dedicationem juvenis Eruditi. Nihil igitur famae Vatis Elegantiſſimi detrahet ſiniſterius judicium Cel. Monetae (a): *Les connoiſſeurs ne conviendront jamais que le Muſée, Auteur du Poëme de Léandre & d' Héro y ait réüſſi, comme on le prétend dans le Menagiana Tom. 1. pag. 204. Ses vers ſentent le Grammairien plus que le Poëte. Ils ſont la plûpart copiez d' après Nonnus.* quae per omnia tamen non falſa. Vid. & Nauzius p. 391.

Manum hic de tabula tollerem, niſi verbo memoranda eſſet opinio Schöettgenii, qui *Chriſtianum* fuiſſe Muſaeum noſtrum exiſtimat argumento ducto ex v. 156.

Τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἰὼ κεραίζῃ θέτο πάσῃ·

Quam *phraſin Hebraismum ſapere* putat, ſed merito inprobante Kromayero. Potiori jure advocare potuiſſet v. 137.

Ὄλβιε, ὃς σ' ἐφύτευσε, τὴ ὀλβίη, ἥ τινι, μήτης,
Ταυτὴ, ἣ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη?

(a) Tom. III. Menag. p. 287. propoſitum.

Quae adumbrata videri poſſent quibusdam eſſe ex Lucae Euang. cap. XI. 27. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπαρᾶσάσά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τῆς ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ· Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. Potuiſſet & v. 183.

Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος· ἐν δὲ σιωπῇ
Ἔργον, ὅπερ τελέει τις, ἐπὶ τελόδοισιν ἀκούει.

Quam ſententiam in N. T. reperiri notum. Sed bonum factum, quod loca illa non adtenderit, neque enim quicquam hinc elici poteſt, cum talia apud Auctores temporibus iſtis antiquiores reperiantur, ex. gr. apud Ovidium (a):

Sive es mortalis, qui te genuere beati,
Et frater felix, & fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt, & quae dedit ubera
nutrix.

Quod quidam forte objicerent cum ſanctitate Chriſtiana Carmen hoc minus convenire, non adeo urgerem, cum Eccleſiaſticorum, qui Erotica ſcripſerunt, exempla conlegiſſe Aegidium Menagium in Anti Bailleto refert Cel. Fabricius (b). At ſententiam Schoettgenii tum demum amplectar, cum firmioribus, ut decet, argumentis innixam videam, auctori ſuo tamen ipſam placere haud aegre paſſus.

Carminis hujus longe elegantiſſimi a Muſaeo

(a) Metam. lib. 4. 322.
(b) Bibl. Gr. lib. V. cap. 6. p. 785.

saeo condendi occasionem miram, & alibi non repertam pandit Rondellus (a), cujus verba stylo praecipue jucundo se commendantia, longiora quamvis, adponam: *Inter scyphos ludebant Agathias & Musaeus, & more Poëtarum, postquam nugas canoras deblateraſſent, & scholia cantaſſent innumera, petiit noster ab Agathia, quonam vulnere beatus, quanam periret sagitta. Ille diu anceps, tandem fide silentii data, fassus est se Sestiadem quandam Dorcalidem nomine, cui nulla par esset in terris, deperire. Adjicit aerumnas, angores, & superba fastidia puellae. Dein subnectit, quo tandem pacto spe omni decollante, contra spem victor evaserit. Istud quidem temeritate auspice, ac furore duce contigisse, nec ideo minus belle & venuste: gratulari sibi dementiam, quae tam felicem sortita exitum; velle ipsum ἐν τῇ κόρῃ amare Dorcalidem. Musaeus noster illico mirari, laudare, bonas fortunas hominis ad coelum extollere. Sed, Amico, ait, quid invides victoriae modum? Age, effare:* Pars est meminisse triumphi. *Ad quae Agathias: Anne praeterito furens, & vivus vidensque periens, ad dominam nudus adnato, qua parte stant horti ejus, in quibus spatiari solet circa meridiem. Coram me sisto; ajo me in mare jam jam praecipitem daturum, ni amanti & furioso succur-*

(a) In praefatione pag. X.

curret. Sestias mea, nuditatem viri procul dubio miserata, & imagine mortis perturbata, & audacia novi Leandri permota, diritatem morum frangi passa est, & Heronem se praebuit. Ex illo tempore nobis dextrum omen sternuit Amor. Felix tu quidem, inquit Musaeus; verum est quod stupeam, quum Agathias poëta inclytus, suos scribere, imo Leandri veteres illos & decantatos amores, quippe & tu alter Leander es, non adgrediatur. Ad haec nihil Agathias, nisi se non esse tam alti & tam excelsi spiritus poëtam, quam qui versibus dignis, & polienti pectore rem tantam posset exsequi. Risit Musaeus, & in se negotium poëticum recepit. Haec fuit nostri poëmatii origo, quod opus cum prae se ferret dubium & epicoenum nomen authoris, in errorem plerosque induxit, qui nullo temporis habito discrimine, juniores opus vetustissimo poëtae perperam vindicarunt. Sed haec, quia nullo auctore referuntur, ut incerta suo loco relinquemus, ut & an veteres illi amores Heronis & Leandri temporibus Iliacis sint anteriores nec ne, cum nihil ea de re nobis constet, & Magni Bocharti de hac materia foetus, qui inter Opuscula inedita memoratur nondum lucem adspexerit. Vere tamen olim contigisse, quod in dubium videtur vocare Cl. Jac. Gronovius (a), negare non ausim,

(a) Tom. II. Thes. Antiq. num. VIII.

sim, quamvis fabulosa quaedam intermixta non inficias eam. Natatio certe illa Leandri ex Abydo versus urbem Sestum (non ex urbe Sesto versus Abydum, ut referri miror in Itiner. Sponii & Wheleri (a)), quamvis mirabilis valde fidem non superat, cum urbes istae sibi oppositae admodum sint vicinae, septem quippe stadiis a se invicem disjunctae secundum Plinium (b), vel octo secundum Xenophontem (c). Videndi e recentioribus Sponius & Whelerus l. c. Th. Smith in Brevi Constant. Notitia (d), Thevenotus in Itinerario (e) alique. Nec deesse exempla quorundam arte natandi celebrium maxime patere potest ex observatione Rondelli (f), quam hic adscribam: *Forsitan incredibile videbitur, hunc maris tractum a Leandro fuisse transfretatum, qui tamen referente Stokovio sesquileucae est. Sed majus quid vidit Gallia, obsidione Reae insulae. Gregarius enim miles nomine* La Pierre, *ab ea insula, jussu Mareschalli Thoraſii ad Rupellam usque, per 4. leucas & amplius natando, ibat & redibat, ceu utrinque interpres & pararius. Verum, quid istuc, ad celeberrimum urinatorem Colau, qui plus in aquis, quam in terra degebat?*

(a) Explic. Numism. T. I. pag. 425.
(b) H. N. IV. xi.
(c) Locis adductis a Pareo Comment. p. 42.
(d) pag. 68.
(e) Lib. I. cap. 7. pag. 27. Edit. Belg.
(f) ad v. 255.

bat? Vid. Alex. ab Alex. Conſul. & Lipſius ad Tacitum (a), ubi de Batavorum arte natandi agens producit verſus hos Hadriani de Sorano Batavo:

Hadriano potui qui judice, vaſta profundi
Aequora Danubii cunctis tranare ſub armis.

Sed jam ſatis de Auctore poëmatis hujus, atque ipſo carmine; reſtat ut promiſſi memor noſtrum interpretandi inſtitutum, operisque occaſionem pandam, & ſimul de auxiliis, quae ſcribenti ad manus fuerunt, ut & interpretibus quaedam in medium proferam.

Annus interceſſit unus & dimidius, cum in vatem noſtrum, quem tum forte quadam in manus ſumtum avide ſemel atque iterum percurreram, notas quasdam conſcribendi impetum cepi, quas tamen non niſi ad verſum 272. id temporis perduxi. Illas cum oſtendiſſem Viro harum literarum ante alios omnes peritiſſimo TIBERIO HEMSTERHUISIO, a cujus facundo ore pependiſſe ſemper juvabit, qua eſt humanitate vir ſummus ad adcuratius examen notata ocyus revocaturum promiſit; at quo minus tam beato eſſe lieuerit obſtiterunt multiplices, quae virum Magnum (per idem enim

(a) in notis ad lib. 4. Annal. n. 21, pag. 44.

enim tempus Graecarum Literarum in urbe Leyda professio ipsi offerebatur) distrahebant curae, quibus effectum, ut notas, sicut erant, non inlaudatas tamen invitus tandem reddere coactus fuerit. Ab hoc tempore diu in scriniis repositae delituerant, cum in familiari aliquando colloquio fugientium Camenarum inter paucos stator felicissimus P. BURMANNUS (per HEMSTERHUISIUM enim aliquid ipsi, ni fallor, innotuerat de conamine nostro) ineditas quasdam conjecturas PETRI FRANCII: nec non Collationem duorum Codicum MSS. ut & editiones quasdam penes se esse, eorumque omnium copiam lubentissimo animo mihi se facturum vir Humanissimus memoravit, & non tarde mox exhibuit; pro quo prolixo in me favore Praeceptori honoratissimo, atque optime de me merito publice quas possum maximas gratias ago.

Copiis his instructus de Musaeo cogitare iterum, & exactius aliquid elaborare consilium capi. Primae enim illae notae breviores erant, nec decimam partem operis, quale nunc in vulgus prodit, constituebant; tenuiores etiam erant, ut adeo plerasque vel emendare, vel longe abesse penitus jubere coactus fuerim. Nec mirum. Usus fueram tantum una editione, quae Basileae apud Nicol. Bryling A. 1550. in qua praeter Musaeum Aesopi &

Ga-

Gabriae fabulae, Agapetus aliaque continebantur, prodierat, cujus varias Lectiones, quis nec Fabricio nec alteri cuiquam memoratas, quamvis non adeo magni momenti, adjeci. Suspicor Basil. editionem A. 1584. quam in notis & Dissert. p. 13. memorat Kromayerus, ex illa expressam esse, nisi sit eadem.

Postquam vero ultimam editionem, quae Lugduni Batavorum Anno MDCCXXXVII. nuper prodierat, de qua antea ne fando quidem audiveram, mihi comparare licuit, majore successu opus inceptum mox adgrediebar. In hac enim editione prae caeteris omnibus nitida & adcurata longe Eruditissimus juvenis MATTHIAS RÖVERUS, eo tempore annos tantum decem & octo natus, variantes Lectiones septem codicum MSS. & septendecim Editorum cum inedito Scholiasta, & tribus Virorum Doctorum interpretationibus exhibuerat, notisque paucis sed egregiis ornaverat, quo opere de omnibus qui pretium his literis ponere norunt, optime meritus est, & famam, quam non dii post eximia Fragmenti veteris Jurisconsulti a Dositheo magistro servati, & felicissimarum ad Glossas Nomicas Emendationum editione maximo confirmavit opere, ingentem retulit. De Scholiasta quid sentiam in notis & Animadversionibus hic illic aperte

te declaravi, neque dissentire, Doctiss. Editorem ex humanissimis ad me datis literis intellexi, quibus saepius risum sibi movere hominis istius ineptias, publico tamen invidere, quia ineditus, & in libro optimae notae repertus erat, nolluisse significavit, quod institutum nemo humanior improbarit facile.

Adcessit haud adeo longo post tempore (semel enim hic enumeratione editionum defungar) *Musaei Erotopaegnion Herus & Leander* commentario libro illustratum a DANIELE PAREO, quod lucem vidit Francofurti A. MDCXXVII. in hoc autem Pareus id sibi negotii solum datum esse credidisse videtur, ut ex omnis aetatis Scriptoribus, quos forte unius Musaei caussa evolverat, ingenti exemplorum farragine congesta doctrinae famam apud istos homines, qui aliquid futilissimum illud scribendi genus putare solent, aucuparetur; verum adeo mihi non satisfecit, ut Lectorem, cui cornea non est fibra, adeo laboris patientem fore credam vix ullum, ut commentarium illum, quamvis otio abundet, totum percurrere libeat. Vere certe adfirmare mihi posse videor de Musaeo ipsum pessime meritum esse, & vix unquam favente Diva Critica emendationem protulisse, vel locum obscuriorem nitido lumine perfudisse; sed contra, siquid tentet, inep-

tum

tum esse & absurda non raro loqui, certe talia quae nihil ad Musaeum faciunt; qualia in notis & animadversionibus nostris haud raro aspere satis explosa esse non mirabitur Eruditus Lector. Devoranda tamen nobis fuit haec molestia, & taedioſissimo scripto perlegendo labor inpendendus, cujus tamen minime poenitet, cum simul Weitzii & Barthii notata non raro his mixta, quamvis haud multo majoris momenti, reperiantur; tum variorum Eruditorum de hac vel illa materia cogitata memorentur; tum occasione perperam acceptorum quorundam locorum, nobis verum non raro videre licuerit, nonnunquam & aliqua latius deducendi materies nata sit.

Tardius accepi editionem, quam Halae Magdeburgicae Anno MDCCXXI. in lucem emisit JO. HENR. KROMAYERUS Barthii, Weitzii, Voëtii, Heumanni, Schoëttgenii, Gesneri, Bergleri, Groebelii, & ipsius editoris notis ac Dissertatione praevia instructam, de qua editione Vir Celeberrimus *ante illud tempus digniori habitu venustissimum Poëtam in publicum vix prodiisse* jure confirmare posse nobis videtur. Ipse enim vir Eruditus a scribendi illo insanabili cacoëthe, quo praeter inprudenter congesta quaedam non dissimilia exempla, dicta, sententias, Auctorum denique veterum & Re-

cen-

centiorum taedioſiſſime conſtipata loca, vix quicquam bonae frugis ipſi proferunt, longe remotus, nec peſtilenti illo, quod multos noſtro praecipue tempore adflavit, ſidere contactus, Muſaeum nobis nitide expreſſum, & egregie multis locis emendatum, & notis non maximae molis ſed doctis inluſtratum, veteri etiam interpretatione ſaepius conrecta, exhibuit. Quae eruditiſſimus Alciphronis editor, & Cl. Heumannus adtulerunt pauciſſima ſunt, nec tamen ſpernenda. Adtulit plura Voetius, ſed nec adeo multum praeſtitit. Notas Schöettgenii & Geſneri, quae parum bonae frugis continent, & nihil Muſaeo opitulantur, ſi mei res fuiſſet arbitrii, procul abeſſe juſſiſſem; neque puerilibus illis Jo. Auguſt. Groebelii Oſſitienſis, quae Minellio, Farnabio, Junckero, & ſimilis farinae hominibus, palmam dubiam reddere poſſent, adnotatiunculis editionem meam onerari & conſpurcari paſſus fuiſſem.

Editionem noſtram adornanti ad manus praeterea fuerunt editiones Davidis Whitfordi Londini Anno MDCLIX., ut & Andreae Papii Gandenſis Antwerpiae MDLXXV. in lucem emiſſae, quae quamvis non poenitendae eſſent, nobis tamen exiguum uſum praebuerunt, cum conlationes earum in ſua jam exhibuerat Cel. Röverus, cujus diligenti opera

ra effectum, ut reliquarum editionum desiderium vix me incesserit, quippe quae notis nudae fere prodierant, si quae autem reperirentur, jam meliorem partem prostabant in editione Kromayeri: unde factum quoque, ut parum mihi profuerit editio, quam ad Codicem Regium conlatam Jacobus Rondellus Parisiis Anno CIↃ IↃ CLXXVIII. cum notis in vulgus prodiderat. Hisce auxiliis instructus editionem novam adgressus fui, in qua quid praestiterim, paucis monebo.

Prima vice hic comparent conjecturae viri Ingeniosissimi PETRI FRANCII, quas margini editionis Dav. Whitfordi adposuerat, ut & haud exiguum variarum lectionum numerum ex editione Papii, Stephani, & Rondelli aliorumque conlectarum, quas tamen, quia jam conspiciebantur in editione Röveri, praecipue si parvi momenti essent, omisi; ipsas autem conjecturas, quamvis a Viro Erudito in eum finem non viderentur conscriptae, integras adjicere visum fuit, quia aliquando difficilior ipsarum electio esset, nec difficulter, si quid ultimam limam forte non expertum videretur, veniam apud aequos rerum arbitros inventurum arbitrarer. Conjecturas autem has cum conlatione Musaei facta ab IS. VOSSIO, sed v. 118. jam desinente.; ut & altera conlatione a NIC. HEIN-

HEINSIO inſtituta cum editione vetuſta Veneta *literis capitalibus* inpreſſa ad editionem A. Papii Plantinianam A. *1575*. quae v. 79. jam finitur, ut & varias ex editione Baſileenſi Lectiones textui, ut vocant, ſemper diligenter ſubjectas videre licet, quamvis raro alicujus pretii lectio in iis occurrat, quae non in aliqua jam Röveri exhibeatur, unde aequiore animo tuli Conlationes iſtas non diligentius ad finem ipſum peractas me poſſidere. Neque ſane, quidni enim fatear, vati noſtro a novis membranis multum auxilii ſperandum puto, cum omnes fere, in locis procul dubio turpiter conruptis, nihil expediant, & in abſurdas lectiones conjurent, ut adeo in ſolvendis nodis reliquis, qui pauciſſimi nunc ſunt, ingenio Critico opus eſſe neceſſario judicem.

Ipſum textum, ut vocant, ad editionem Cel. Röveri, quae raro diſcedit ab illa Cl. Kromayeri, diligenter exactam expreſſimus, nec, niſi rationibus, ut nobis videbantur, juſtis, quas ſemper reddidimus, moti mutavimus; ipſa etiam lectio edita quibus MSS. niteretur, nec minus quibus de cauſſis vetuſtiores repudiatae, ne Lector neſciret diligenter cautum, ut adeo alicujus pretii lectio vix alicubi exſtet, quam non adtigimus. Id autem eo praecipue ſcopo factum, ne aliis forte diſtrictior Lector toties alias editiones

conſulere opus haberet, quamvis in conſilium adhibuiſſe Röverianam, non ſit, quod quemquam poeniteat. Bina Marci Muſuri Cretenſis Epigrammata & unum Demetrii Cretenſis, ceteraque quae in Editione Röveri, aliisque etiam habebantur, praemiſi.

Indices denique Rerum & Verborum, ut & Auctorum Veterum & Recentiorum, in quibus nihil omiſſum temere reperias, adjeci.

Cum vero ex Commentario Parei, aliisque interpretibus percepiſſem, non pauca eſſe, quae Muſaeo cum Nonno conveniebant, inque eo ipſa lectione magis magisque confirmarer, tandem vaſtiſſimum Dionyſiacorum opus quadraginta octo prolixis libris conſtans, totum perlegendi, atque omnia ea, quae aliquo modo ad vatem noſtrum pertinebant, diligenter conportandi conſilium cepi; neque exiguus inde ad me fructus redundavit. Cum enim nemine diſſentiente tot vatibus ambobus communia eſſent, non vano conatu ex ſedula conlatione locorum, multis male adfectis ſuccurrere, tueri male tentata, obſcura luce clara perfundere, & viciſſim Nonnum pluribus in locis eximie ſanare licuit, qua in re priores interpretes tam negligenter verſatos miror.

Ordi-

Ordinem autem hunc plerumque tenui, ut ea quae propius ad lectionem Muſaei conſtituendam pertinerent, omnia textui ipſi ſubjicerem; loca intellectu difficiliora, quaeque longiorem interpretationem flagitabant, in Animadverſionum librum rejecerim, in quo, ſicut & in notis, quam plurima Veterum Auctorum tam Latinorum quam Graecorum loca, quae medicam manum poſcere videbantur, vel oblata vel adrepta occaſione ſanare, male tentata a Viris Eruditis vindicare, obſcuriora inluſtrare omni ope contendimus, quae res an ex voto ceciderit tui, Erudite Lector, erit arbitrii.

Id autem praecipue egi, ut nihil fere, quod in toto Muſaeo cuiquam difficultatem vel minimam parere poſſe videretur; quod exemplis ex Poëtis aliisque Scriptoribus petitis inluſtrari poſſet; imo vix quicquam eorum, quibus lucem capere, vel dare poterat vates egregius, omitterem, ut adeo pauciſſimi verſus exſtent, ad quos non aliquid monuerim.

Neque tamen eo fiduciae veni, ut poſt meam curam nihil usquam in Muſaeo obſcuri, nihil, quod medicam Eruditorum manum poſceret relictum vane arbitrarer, quin nodos vindice digniſſimos, licet pauciſſimos, reſtare candide fateor. Indicio eſſe queunt emendationes ineditae Viri Eru-

ditissimi, qui nuper Reipublicae literariae, & praecipue huic Academiae flebilis admodum occidit, GEORGII D' ARNAUD, quarum a Venerando juvenis Eruditissimi parente acceptarum, inter plurima prolixi favoris indicia, beneficio eximio me sibi obstringere voluit Athenaei hujus sublime decus L. C. VALCKENAER. Illas (sunt autem plurimae in Scholiasten) sicut erant margini editionis Cel. Röveri adscriptae, tuo, Erudite Lector, sistam judicio. v. 38. in Scholiastae verbis Ἀλλὰ ἡ τὴν Ἀφροδίτην, ἡ τὴν Ἀθηνᾶν ἡ αὐτὸν τὸν Ἔρωτα θυείσης παρήνη ἡ Ἥρα pro τὴν Ἀθηνᾶν conjicit κλήτην ἐφίνων & pro παρήνη, παρήνει. v. 45. pro

ἀλιτροφίων σφυρὸν νήσων

sicut & in Scholiasta, legit ἀλιτρεφίων. v. 47. pro Κυθήρων] τοπικῶς ἐπωνυμίαν emendat τοπικὸν ἐπώνυμον ὄν. v. 111. pro

Ἐκ περάτης δ' ἀνέφαινε βαθύκολπος Ἕσπερος αἴσης.

Ἀνέβαινε legendum, sicut v. 151. pro

Φητεύειν ἐκόμιζεν κ. τ. λ.

Conjicit ἐκόμισσεν. v. 162. pro ἔξω πρὸς τὴν γῆν in Scholiasta ἔπηξε. v. 171. Οὐ κάμεν] ἐκ ὑπέμενεν, vocem ἐκ expungit. v. 199. in eodem verbis ἐν οἷς βασιλεύει τὰ πάντα deesse censet δαιμόζων. v. 205. pro

Οὐ τρομέω βαρὺ χεῦμα τὴν μετανέμεσθαι δυνήν.

le-

legit

Οὐ τρομέω βαθὺ χεῦμα (vel βαρὺ χεῦμα) τοῦ μεταναίμενος ἐυνὴν.

ut Homerus νῆται. v. 213.

Οὐκ ὄψομαι ἐύντα βοώτην.

emendat ὄψιμα vel ὑψιμέδοντα. v. 98. pro

Ἤδη νῦν μέλανιν ἀπέκλασε διχθάδι χέρσῳ.

conjectat ἐφέλκυσε. Si meam ſententiam de iis roges, Erudite Lector, emendationes in Scholiaſta omnes fere certiſſimas videri; in ipſo vero Poëta, eruditas licet, incertiores me putare non diſſimulo; truncare tamen nolui, quia aliis ſecus forſan videretur, nec quemquam adeo exuiſſe omnem humanitatem, ut propter conjecturam forſan minus neceſſariam manes Viri ex literis hiſce immortalem gloriam merito adepti vel verbo laedere velit, facile crediderim.

Ubique libertatem in ferendis judiciis de Interpretibus, ſive Muſaei, ſive aliorum ſcriptorum, ſententiis ſecutus ſum, ſed non effrenem illam, qua plauſtris conviciorum vel in minima re diſſentientes, quo jure quaque injuria, quibusdam obruere mos eſt; verum moderatam, & qualem viciſſim nemini in noſtra ſcripta denegarim, niſi ſi aliquando calor juvenilis, praecipue Scholiaſtae,

Parei, aliorumque ineptiis bilem moventibus, in diversa nos abstuliisse videri posset.

Hinc nollem Lector Eruditus, cum toties Viros longe Doctissimos, Burmannum, Bentlejum, praecipue vero Heinsium, & Marklandum, aliosque refutari videat, siniſtram opinionem de me foveat, ac si ista ratione famam mihi conciliandi animus esset, quem istam cogitationem nunquam subiisse candide fateri possum; quin contra, cum ex nullorum fere scriptis majorem utilitatem perciperem, nullorum vestigia laetius adorarem, ante alios illorum lectionem me cepisse, & detinuisse sancte testor, quando fieri non potuit, ut non raro ab iis discedere, & diversam, parcens tamen nominibus virorum magnorum, quos colere & venerari nunquam desinam, sententiam, libertate cunctis in hoc studiorum genere concessa usus, sequi necessario debuerim.

Unum tandem oro, Erudite Lector, ne, tam brevi interjecto tempore novam Musaei editionem in vulgus prodire nimium miretis, & indignum aliquid me suspiceris; quando, cum animum ad scribendum primum adpuli, de Eruditissimi Röveri editione me nihil inaudivisse; quin aliquando, omnem, ubi innotuerat, novae curandae cogitationem

nem

nem abjeciſſe; & in Obſervationibus Miſcellaneis notata publicandi certam, a qua non niſi virorum Eruditorum hortatus & nimia operis moles tandem me deterruerunt, mihi ſediſſe ſententiam vere adfirmare liceat, quod ſi tam facile tibi, quam Elegantiſſimo Editori, ut ex humaniſſimis ipſius literis non vane mihi perſuadere videor, probavero, ſummo profecto opere mihi gratulabor.

Longiore ſermone tempora tua, Erudite Lector, non eſt quod morer. Tu, ſi ita videtur, conatibus noſtris fave, quando majora olim molituro acres ſtimulos addes. Quod ſi in quibusdam verum cernere haud licuerit, erranti comiter viam monſtrare, quaeſo, ne dedigneris. Exiguum, per quod caſtiſſimis hiſce Muſarum ſacris juveni operari licuit, (dum etenim hanc praefationem abſolvo annum vigeſimum, ante quem, ſi per moras operis typographicis in ipſa praeſertim praefatione factas licuiſſet, opus hoc prodere fuerat animus, haud ita pridem exceſſi) tempus apud te, ſi aequus es rerum arbiter, paratiorem veniam dabit; ſin iniquus es, nihil te moror. Juvenili adeo aetati, poſt tot Eruditorum curas Muſaeo inpenſas parum, quod Eruditioribus placere poſſet, peragendum reſtare in Auctore iſto non inmerito videri poſſe, candide fateor; idque aliquando me terruiſſe non negabo; verum

cunctantem impellebant Doctissimorum & optime de me meritorum Virorum hortatus; incendebant exempla eorum, qui in tenera juventute tale quid ausi grande nomen tulerant, quemadmodum ex. gr. ipsius etiam vatis nostri interpretum Andreae Papii, & Matthiae Röveri; incitabat & elegantissimum Quintiliani monitum, ab aliis jam laudatum: *Non differendum esse tyrocinium in senectutem: nam quotidie metus crescit, majusque fit semper, quod ausuri sumus, & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere jam serum est. Quare fructum viridem, & adhuc dulcem proni decet, dum venia & spes est, & paratus favor. Et laudare non dedecet, & si quid desit operi, supplet aetas, & si qua dicta sunt juveniliter, pro indole accipiuntur.* I nunc, Erudite Lector, atque animum, quem longioris praefationis taedium fors jam tenet, aureo Vatis Elegantissimi Carmine pascere.

SYL-

SYLLABUS

Codicum manu exaratorum, & editorum, quorum Variantes Lectiones in hac Editione memorantur.

A.	Codex Anglicanus Bibliothecae Bodlejanae primus.
B.	—— Secundus.
Basil.	Basilëensis.
Heinſ.	Heinſianus.
L.	Lectii.
Lond.	Londinenſis.
Pap. & P.	Papii.
Par.	Parei.
Reg.	Regius.
S.	Secunda editio.
St.	Stephani.
Vatic.	Vaticanus.
Ven.	Venetus.
Vo.	Voetii.
Voſſ.	Voſſianus.
Whit.	Whitfordi.

EPI-

EPIGRAMMATA QUAEDAM
IN
HERONEM ET LEANDRUM.
Vel in quibus eorum mentio fit.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ Μακεδόνος.
Lib. 1. Anthol. cap. 55.

Αἰεὶ θηλυτέρῃσιν ὕδωρ κακὸν Ἑλλήσποντος
Ξεῖνε, Κλεονίκης πεύθεο Δυρραχίδος.
Πλῶε γὰρ ἐς Σηστὸν μετὰ νυμφίον· ἐν δὲ μελαίνῃ
Φορτίδι τὴν Ἕλλης μοῖραν [1] ἀπεπλάσατο.
[2] Ἠ ῥὰ δειλαίη, σὺ μὲν ἀνέρα, Δηίμαχος δὲ
Νύμφην, ἐν παύροις [3] ὤλεσε σαὶ δόμοις.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.
Lib. 3. cap. 7.

Οὗτος ὁ Λειάνδροιο διάπλοος, ὅστις ὁ πόντῳ
Ποσθμὸς, ὁ μὴ μόνῳ τῷ Φιλέοντι βαρύς.

Ταῦθ'

1. Ἀπεπλάσατο. in quodam Codice legitur ἀπεσπάσατο, sed frustra; sic lib. 7. p. 589. Epigr. 3. v. 4.
Ἀγρὶς Μελπομένης βόμβου ἀπεπλάσατο.
Et pag. 619. Epigr. 5. v. 4.
Ὄμματα τὼ δορὸς φίγγος ἀπεπλάσατο;
Haec loca mihi indicavit Cl. Dorvillius. Rēverus.

2. Ἠ ῥὰ,

EPIGRAMMATA.

ANTIPATRI
Macedonis.

Interprete Eilhardo Lubino.

Semper mulieribus aqua malum Helleſpontus,
Hoſpes: Cleonicam interroga Dyrrachidem.
Navigabat enim Seſtum ad Sponſum. In nigra vero
Oneraria navi Helles fatum effinxit.
Hero infelix, tu quidem virum, Deimachus vero
Sponſam, in paucis perdidiſtis ſtadiis.

ANTIPATRI.

Eodem Interprete.

Hic Leandri tranatus, hic ponti
Tranſitus, qui non ſoli huic amatori gravis,
Haec

2. Ἥρῃ· lege Ἥροι, ex optimo Codice Vaticano; ut apud Theocritum Eidyll. 15. v. 1. Γοργοῖ in optimis. hoc quoque me docuit vir laudatus. *Id.*

3. Ὠλέσαν σταδίους. Quidam vitioſe ἐν σταδίοις. *Id.*

Ταῦθ' Ἥρῃς τὰ πάροιθεν ἐπαίλια, τῦτο τὸ πύργω
Δείψανον· ὁ πρεσβότης ὧδ' ἐπέκειτο λύχνος.
Κεῖνος δ' ἀμφοτέρῃς ὅδ' ἔχει τάφος, εἰσέτι καὶ γῦν
Κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμβρομένης ἀνέμῳ.

ΜΑΡΚΟΥ ΜΟΥΣΟΥΡΟΥ τῦ Κρητός.

Νηὸς ἔην ἀνὰ Σηςὸν, ἀγίνεον ἦχι θυηλὰς
Κυπρογενεῖ σπεύδοντες ἐτήσιον· αὐτὰρ ὅ τόξον
Οὖλος Ἔρως βάςαζε, διοιςεῦσαι δὲ μεμηνὼς,
Ὀξέα δενδίλλεσκε, πικρὸν δ' ἴθυνεν ὀϊςὸν
Μητρὸς ἐπ' ἀρήτειραν· ἐπιςπέρχων δ' ἐπελάσθη
Ἤπατι Δειάνδροιο, κόρης φρένας αἶψα περήσας·
Ἀμφότεροι δὲ πόθῳ αὐτῷ πεφορημένοι ἄϊςῳ,
Ἀλλήλων ἀπόναντο, γάμων δὲ συνίςορα λύχνον
Ἀθρηδὸν θήκαντο, σιδήρειον δὲ λελογχὼς

Αἶμα

EPIGRAMMATA.

Haec Herus prius habitatio. Hac turris
Reliquiae, proditor hic jacet Lychnus.
Communis utrumque hic habet tumulus, nunc etiam adhuc
Illum invidum accusantes ventum.

MARCI MUSURI
Cretensis.

Templum erat in Sesto, porriciebant ubi libamenta
Veneri festinantes quotannis: ac arcum
Vafer amor gestabat, jacularique gestiens
Acute circumspectabat, amaramque contorsit sagittam
Matris in Sacerdotem, properansque inhaesit
Hepati Leandri, quum puellae praecordia statim transfodisset.
Utrique autem Cupidinis eodem perculsi furore
Sui potiti sunt, nuptiarumque conscium lucernam
Clandestinarum posuere; ferreum autem illa sortita

Sangui-

Αἶμα, [1] πολυπλάγκτης πρέσβωκε [2] πόθευτας
ἄλλαις,
Καὶ σφὸς φάσγε μὲν ἄμερσεν, ἄμερσε δὲ καὶ [3] φιλοκήτεω.

Τῦ αὐτῦ. Εἰς ΜΟΥΣΑΙΟΝ.

Καὶ φρενὰς ἀδρήσεια θεῶν ἔλε, δὴ γὰρ ἀοιδὰς
Στεῦτο λαχεῖν Ἄρης μῦθος ἄποινα πόνων.
Τῦτο κλυὼν νεμέσησ', ὃθ' ἑοῖς ἐπενήνοθεν ἔργοις
Ἀχλὺς ἄδην, Ἄρεύς τ' ἄχάδεν ὕβριν Ἔρως,
Μῦσαίῳ δ' ἐπέτελλεν. ὁ δ' ἐκλήιζε ποθεύντων
Οἶτρον ἀποδρέψαι παρθενίης κάλυκας.
Αἰνείσθω δὲ [1] μιχθῆσιν ἐπισχίξας σελίδεσσιν,
Ὅσσ' ὀλίγαις παίζων χερσὶν ἔδρεπεν Ἔρως.

ΔΗ-

1. Πολυπλάγκτης. πολυπλάγκτις MS. *Röverus.*
2. Πεθεύντας. πεθεύντες Ed. Bas.
3. Φιλοκήτεω. φιλόπτως MS. *Röverus.*
ὅτ' ἑοῖς, Eruditiss. Maittairius legendum conficie-

Sanguinem, multivagis prodidit amantes procellis,
Et eos luce privavit, privavit etiam lusibus venereis.

Ejusdem in MUSAEUM.

Etiam praecordia invidia Deorum tetigit: nam carminibus
Jactavit se consecutum Mars praemia laborum.
Id audiens indignatus est, quod sua obumbraverunt opera
Tenebrae satis, Martisque non tulit injuriam Amor,
Musaeoque mandavit; Ille vero canebat amantium
Furorem decerpendi virginitatis florem.
Laudetur ergo, parvis panxisse paginis,
Quae parvis ludens manibus patravit Cupido.

****

DE-

bat. ἐδ' ἰσῶ, vel ἓν οἶδ, vel ἴσ οἶδ. *Id.* Priorem conjecturam a Basil. & Par. editione firmatam recepi. 1. μικρῷσιν. μικραῖσιν. MS.

EPIGRAMMATA.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΔΟΥΚΑΤΟΥ Κρητός.

Καὶ μέγα μικρὸν, καὶ σμικρὸν μέγα, ἠδὲ τόδε, ὡς δεῖ
Πράξαι, ὑμνοπόλοις Φοῖβος ἔδωκε μόνας.
Παρθένος Ἥρω Λεάνδρου τε βροτοὶ περ ἐόντες·
Εἰσὶ δὲ ἀθάνατοι τερψινόοις ἔπεσιν
Εἰ δὴ Μουσαῖός τις ἔμ' ὑμνήσαιτο θανόντα,
Αὐτίκα τεθνηξίην, ὄφρα βίοιο τυχών.

1. Παρθένος Ἥρω. Ἥρω πας. Olim MS. Rovenius.

EPIGRAMMATA.

DEMETRII DUCATI
Cretenſis.

Et magnum *aliquid*, *quod tamen parvum eſt*,
& parvum
Quod tamen magnum, non ita, ut decet
Facere, Poetis Phoebus dedit ſolis.
Virgo Hero & Leander mortales ambo exiſtentes,
Sunt inmortales animum oblectantibus verſibus.
Si vero Muſaeus aliquis me caneret morientem
Statim morerer, ut vitam ſortirer.

EPIGRAMMATUM

FINIS.

Pag. 39. l. 20. *pro* Interpretibus l. Interpretum,

JUVENI EGREGIO
JOHANNI SCHRADERO
ERUDITIS IN MUSAEUM ANIMADVERSIONIBUS FAMAM AUSPICANTI.

FLos & honor doctae, ſollers SCHRADERE, juventae,
Delicium Phoebi, Pieridumque decus.
Cui ſua Graja Charis nudavit pectora, ſacro
Et puerum pavit lacte Latina Venus.
Qui nihil abjectum tenero meditatus ab ungue,
Regia qua ducit te via, carpis iter.
Et procul a ſecli ſectantis vilia peſte,
Ignoto populis tramite, ſumma petis.
Exſere te, docti nam ſic meruere labores,
Dignaque virtutis praemia tolle tuae.
Praemia, laurigeri quae collibus edita Pindi
Melpomene aeterna texuit ipſa manu.

Et

Et quae Pimplaeo rorantia flumine ſerta
Aptantur meritis, Pallade dante, comis.
Illa tibi ſpondent, quod vix de millibus uni,
Vivere jam verno flore per ora virûm.
Quodque aliis aetas longo confecta labore,
Id tibi nunc ultro prima juventa dabit.
Te, duce Naturae genio, teque, auſpice Phoebo,
Fervidus Aonidum raptat in antra calor.
Et Latias Grajis felix conjungere Muſas
Tendis, ubi ad Superos Gloria pandit iter.
Agreſtesque animis linquens vulgaribus eſcas
Tu ſolo veterum nectare corda reples.
Gurgite coenoſo cum pectora vulgus inundet,
Permeſſi liquido proluis ora vado.
Noſtraque futilibus tumeant cum ſecula ſcriptis,
Quae mox cum domino ſint peritura ſuo;
Nil aliud condis, niſi pura quod adprobet auris,
Et ferat a memori poſteritate decus.

Teſtis Abydeni juvenis quae tantat amores
Pagina, quae flammas, Seſti puella, tuas.
Hanc dudum foeda obductam rubigine ſecli,
Temporis immundum vel ſubiiſſe ſitum,
Vidit & indoluit blandi Dea mater Amoris,
Et medicam Myſtae ſedula quaerit opem.
Invenit & geminos juvenes, quis pectora Paean
Numinis adtactu nobiliore movet.
Doctaque Muſaeo ſuccurrit dextra RÖVERI,
Qui nitido adfectum pumice limat opus.
Navaque SCHRADERI ſuccedit cura, ſalutem
Qui medica vati reſtituitque manu.
Dumque ſuo vitam reddit lucemque poëtae,
Ingenii varias divitis addit opes.
Et bene maturos verno jam tempore fructus
Profert foecundâ meſſe beatus ager.

Haec

Haec ſunt ſeptenae vixdum trieteridos orſa,

Quae nil protritum, nil puerile ſonant.

Hac arte Heinſiades famae proludere coepit,

Hac inmortalis Grotius ante via.

Perge decus noſtrum: tibi ſic Helicona colenti

Caſtalidum ſacros detur adire choros.

Exemploque tuo doctam firmare juventam,

Atque aliis genio perge praeire tuo.

Vindice te Phoebi myſteria rite colantur,

Stet ſuus Aoniſin, te ſtimulante, decor.

At fera Barbaries, inviſaque nomina Muſis,

Incipiant vires aegra timere tuas.

Tempus erit, raro quae nunc adplaudit alumno,

Quo meritâ cinget FRANECA fronde caput.

PETRUS BURMANNUS
JUNIOR.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ
τοῦ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
τὰ
ΚΑΘ' ΗΡΩ
καὶ
ΛΕΑΝΔΡΟΝ

MUSAEI
GRAMMATICI
de
HERONE
&
LEANDRO
CARMEN.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ

τοῦ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

τὰ

ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

Εἰπὲ, θεά, πυρφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων,

Καὶ

Μουσαίου τοῦ γραμματικοῦ τὰ κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Editio Basil. A. 1550. omittit voces τοῦ Γραμματικοῦ, nec non κατ' pro καθ' expressit. Sed veram esse, quam dedimus inscriptionem, liquet, quia in Vett. Codd. inventa est a Michaële Sophiano, ut testatur Vossius de Natura Art. lib. I. c. 4. 11. p. 14. ΜΟΥΣΑΙΟΥ. Ita expresserunt hanc Vocem Ed. Basil. Röveri, aliaeque, cum Kromaijerus ΜΟΥΣΑΙΟΥ in sua, quod auctoritate MS. Oxon. apud Jac. Gronovium To. II. Thes. Antiq. num. VIII. firmatur. Eadem hujus literae forma placuit Viro Docto in epigrammate Musuri pag. 27. Sed utraque sententia se tueri potest. Errat enim Harduinus de Nummis Antiquis Populorum & Urbium pag. 15. & de nummis Herodiadum pag. 31. 84. quique ipsum laudat Th. Smith Annot. in Monum. Palmyr. I. pag. 40. qui *C pro Σ vix occurrere in nummis aut marmoribus ante Domitiani principatum, post illum non aliter fere: veteri forma pingendi σίγμα per Σ prorsus ablegata*, confidenter pronunciant, cum contrarium facillime luculentis exemplis ostendi queat. Ita C pro Σ ante Domitianum reperitur apud Reinesium Inscr. Synt. Cl. I. 242. p. 224. cui & haec literae forma placuit in exhi-

MUSAEI GRAMMATICI de HERONE & LEANDRO CARMEN.

Dic, Dea, occultorum teſtem lychnum amorum,

Et

hibita inſcriptione, quae exſtat apud Strabonem & Lucianum, 202. p. 202. Apud Patinum in Hiſtoria Numiſm. cap. 9. p. 60. exſtat Numiſma cum inſcriptione: ΚΛΕΟΠΑΤΡΑC ΒΑΣΙΛΗΣΣΗΣ, quod ille refert ad Cleopatram Julii Caeſaris amicam, cui non diſſimile admodum profert Cel. Haverçampus in Tabula Numismatica ante Joſephum num. 10. quamvis in notis p. 18. referat ad Antiochi Magni filiam, quae Ptolomaeo nupſit. Eandem figuram obſervare liçet in nummo Regis Antiochi, qui quarto Veſpaſiani anno regno exutus eſt, apud eundem num. 24. ut & p. 22. in nota addita, nec non in Reginae Jotapae ib. Minime igitur *invictum argumentum*, quale ipſi viſum, quo ductus Cel. Smith emendationem tentat in Inſcriptione citata, ratus *aut Quadratarium aut Exſcriptorem in notatione anni hujus marmoris erraſſe.* Contra Σ pro C poſt Domitiani imperium notavi in Reineſii Syntagm. Inſcr. Cl. III. 11. p. 303. 12. p. 304. 17. p. 305. 54. p. 323.

ΘΕΙΟΝΤΑΤΗΣ ΚΑΙ
ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΗΣ
ΣΕΒΑΣΤΗ.

ubi intelligitur Helena Conſtantini M. mater. Vide & p. praeced. & 72. p. 330. de Abgaro Oſroënonim Rege, nec non Ap-

Καὶ νύχιον πλωτῆρα θαλασσοπόρων ὑμεναίων,
Καὶ γάμον ἀχλύοεντα, τὸν οὐκ ἴδεν ἄφθιτος Ἠώς·
Καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον, ὅπῃ γάμος ἔννυχος Ἥρῃ.
Νηχομένου τε Λέανδρου ὁμῷ καὶ λύχνον ἀϋτῇ,

Λή-

pend. Omiſſ. 13. p. 1020. Patini Hiſt. Num. cap. 16. p. 115.

4. ὅπῃ. ὅπου Voſſ.

5. ἀϋτέω. Ad crepitantis facis ſonitum & natantis ſtrepitum haec referenda cenſet Celeberrimus Dorvillius, faces enim dum cremantur crepare. Atque ita etiam intellexiſſe Whitfordum patet ex interpretatione ejus:

Fax & Leandri nantis ſonus impulit aures.

Sed an λύχνον proprie dictam facem notare probatorum Scriptorum teſtimonio oſtendi queat dubito. Certe in eadem fabula alii *lucernam* memorant. Ita Fulgentius Mythol. 1. p. 4. *Neque enim illas Heroïdarum arbitreris lucernas meis praeſules libris, quibus aut Sulpicillae procacitas, aut Pſyches curioſitas declarata eſt: neque illam, quae vi maritum Phaedriam in tumulum duxit, aut Leandricos natatus intercepit.* Teſtam vocat Auſonius Cupid. Cruc. Adf. v. 22.

fert fumida teſtae
Lumina Seſtiaca praeceps de turre puella.

Ubi confer Vinetum. Praeterea Ovidius in epiſt. Heroidum 18, & 19. ſemper *lumen*, numquam facem adpellat. Obſtare tamen videtur ipſe Muſaeus v. 307.

Θελγομένη δὲ
Μοιράων ἀνίφαινε, τῇ οὐκέτι δαλὸν ἐφάπτων.

Niſi, quod verum puto, Poëta reſpiciat ad Meleagri fatum, de quo Antoninus Li-

Et nocturnum natatorem, nuptiarum causſa per mare vectum,
Et coitum tenebroſum, quem non vidit immortalis Aurora;
Et Seſtum & Abydum, ubi nuptiae nocturnae Herus (*erant.*)
Natantemque Leandrum ſimul & lychnum ſpecto,

Lychnum

Liberalis cap. 2. καὶ ἅρπαξ ἀποθνήσκει, τῆς μητρὸς ἐμπρησάσης τὸ φῶς τῶν μοιρῶν αὐτῇ δόντων δαλόν. *Periit, crematâ a matre face, quam ei Parcae dederant.* Et ad Cupidinem, cui nunquam non faces adtribuuntur, unde minus ipſi placuiſſe λύχνον ἐρώτων verosimile eſt. Pedibus igitur malo ire in alteram ſententiam ejusdem Viri Eruditiſſimi, qua ὁ ἀκὼν refert ad id quod proprie videtur, lectiſſimis exemplis demonſtratam. Ita Achilles Tatius lib. 1. p. 17. συνεπίνομεν δύο καλὰς τὰς κλίνας διαλαχόντες. ἔτυχε δὲ ἴδιον ὁ πατὴρ αὐτὸς κάγὼ τὴν μέσην, αἱ μητέρες αἱ δύο τὴν ἐν ἀριστερᾷ, τὴν δεξιὰν εἶχον αἱ παρθένοι· Ἐγὼ δὲ ὡς ἔγνων ἄκων τὴν ἐυπρέπειαν, μικρῷ παρεσκίλλων τὸν πατέρα καὶ παρεφίλησα, ὅτι μὴ κατ' ὀφθαλμοὺς ἀντίκλινε τὴν παρθένον.

Bini ſinguli menſus accubuimus hujusmodi ab Hippia ordine adhibito, ut ipſe & ego mediam, matres ſiniſtram, dexteram virgines obtinerent, quod cum ipſe animadvertiſſem, parum abfuit quin ad patrem, propterea quod virginem exadverſum oculis meis collocaverat, oſculando procederem. Eadem verborum ſenſus denotantium permutatio apud eundem lib. 2. p. 105. ἡμῶν δὲ οἱ μὲν ἔφυγον, οἱ δὲ ἴδοντες ἔτυπτον, οἱ δὲ ἅμα τε εἶδον καὶ ἔβόων, λαγὼς κακὸν ἔχουσι. *E nobis alii ea re neque viſa, neque audita fugae ſeſe mandarunt; nonnulli & viderunt & vocem hanc ſimul miſerunt, Calligonen piratae avexerunt.* Orpheus Argon. v. 1147.

ἐπιφείσσεται δὲ ἠδη
Ἀκὴ ἀπὸ Ζέφυρον καλαδίσεται.

Λύχνον ἀπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης,
Ἥρῃς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην·
Λύχνον, ἔρωτος ἄγαλμα· τὸν ὤφελεν ἀιθέριος Ζεὺς

Εὐ-

inhorreſcentem enim jam
In ſuperficie flantem Zephyrum perſentiſco.

Vel *audio*.
Virgilius Ecl. 9. v. 58.

Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aequor; & omnes
(Adſpice) ventoſi ceciderunt murmuris aurae.

Ad quem locum Servius: ADSPICE &c.] *frondes ſcilicet arborum; oſtendens vel ipſas auras quieviſſe, quibus nihil omnino moveatur.* Sed minime mihi liquet Lycidam comiti ſuo oculos flectere juſſiſſe ad arbores folia non moventes; videturque non multo melius explicatione praecedentis ventſus, qua *aequor* interpretatur per *ſpatium campi*, cum neminem Veterum *ſtratum campum* vocaſſe, quem ventus non perflat, perſuaſiſſimus ſim. Conſultus de hoc loco Eruditiſſimus Burmannus, pro ſingulari, qua eſt erga me, humanitate Patruum ſuum hunc locum in notis nondum editis de fluvio ſeu Mincio ſeu alio explicuiſſe oſtendit, & ita *aequor* non raro poni adſeverabat, quod veriſſimum: ſic enim uſus inter alios Auſonius in Moſella: v. 35.

Non ſuperante vado rapidos reparare meatus
Cogeris, exſtantes medio non aequore terras
Interceptus habes,

quemadmodum & alibi in eodem hoc carmine;

Navita caudiceo fluitans ſuper aequora lembo.

Olim cogitabam an non pro *Adſpice* rectius legeretur *Accipe*, nam & alibi has voces permutatas deprehenderam: Ita apud Boëth. de

Lychnum adnuntiantem nuntium Veneris,
Herus nocte nubentis nuptias ornantem nuntium;
Lychnum, laetabile amoris signum: quem debuit aetherius Jupiter

Noctu-

de Consol. Phil. lib. 4. metr. 6. v. 3.

Adspice summi culmina coeli.

Codex MS. ab Helia Putschio conlatus *Accipe*; apud Ovid. Art. Am. I. v. 398.

Tempora qui solis operosa colentibus arva
Fallitur, & nautis adspicienda putat.

Duo Codices *accipienda* praeferunt teste Burmanno, qui conjecturam Heinsii *arripienda* docte inlustrat. Sed frustra. *Adspice* significat *aures adverte*. Securum jubet esse Horatius Carm. I. 14. v. 3.

Nonne vides, ut
Nudum remigio latus
Et malus celeri saucius Africo
Antennaeque gemant?

Ubi asperis verbis potuisset parcere Bentlejus, qui nimio, ut saepe, hic acumine peccat. Ceterum huic explicationi Cel. Dorvillii favet etiam Andreas Papius in versione sua:

Iam mihi Leandrum videor spectare natantem,
Et lychnon Veneris qui jussa referre solebat.

P. FRANCIUS autem: *Animadverto.* Verbum debuerat poni, quod ad utrumque referri possit: & ita quoque hunc locum explicat Rondellus.

6. Λύχνον Ducem vocat Ovidius in epist. Leandri. V. infr. v. 212. & 218. *FRANCIUS.*

7. γαμοστόλον *Pronubam lucernam.* V. Rondellum. ID.

8. ἄγαλμα *monumentum* Rondellus. ID. Orpheus in Lunae Suffimine p. 106.

Λαμπτῆρα, χαροπῶν, τελε-
σφόρον, ὄμματα κούρης, ἄγαλμα.

Ἐννύχιον μετ' ἄεθλαν ἄγειν ἐς ἀμήγυριν ἄστρων,

Καὶ μιν ἐπιλῆσαι νυμφοστόλον ἄστρον ἐρώτων,

Ὅττι πέλεν συνέριθος ἐρωμανεῶν ὀδυνάων,

Ἀγγελίην τ' ἐφύλαξεν ἀκοιμήτων ὑμεναίων.

Πρὶν χαλεπὸν ποιῆσιν ἀήμεναι ἐχθρὸν ἀήτην.

Ἀλλ' ἄγε, μοι μέλποντι μιὰν ξυναείδετε τελευτὴν

Λύχνοι συβεννυμένοιο, καὶ ὀλλυμένοιο Λεάνδρου.

Σηστὸς

Percoquistrix, Trivia, Lucetia, noctis Ocelle.

9. ἄεθλον. *Officium* vertunt omnes, sed significatione, ut puto, Graeciae ignota. Solus non caecutivit Florens Christianus, qui vertit:

quam (tedam) post certamina noctis

Inserere astrorum numero cata debuit alti

Cura Jovis.

Quidni hunc audiam? Certe de ministerio lucernae mox agit. v. 11.

Οὔτε πέλεν συνέριθος ἐρωμανίων ὀδυνάων. κ. τ. λ.

Plura dicemus in Animadversionibus. Posses tamen retinere *Officium*, sed eo significatu quo usus Ovidius Amor. 3. 7. v. 23.

At nuper bis flava Chlide, ter candida Pytho,

Ter Libas officio contimuata meo est.

Sed prius praestat.

ibid. ἐσ. ἐφ' Voss. & Basil. ἐσ' ὁ μν. Heins.

10. Νυμ-

Nocturnum poſt certamen addere aſtrorum
conſortio,
Ac ipſum adpellare pronubam ſtellam amo-
ris,
Quoniam erat adminiſter amatoriarum ſolici-
tudinum:
Nuntiumque ſervavit inſomnium nuptia-
rum,
Antequam moleſtum flatibus flaret inimicus
ventus.
Sed eja, mihi canenti unum concine finem
Lychni exſtincti, & pereuntis Leandri!

Se-

10. Νυμφοστόλον. νυμφαγωγὸν uti exponit Heſychius, qui futuris ſponſis praeluceat. FRANCIUS. νυμφοστόλαν Heinſ.

11. Πέλεν. ita Baſil. Sed Heinſ. πέλε.

12. τ'. δ'. Baſil.

13. Χαλεπὸν. Omnes conſtruunt χαλεπὸν αὐήμεναι, moleſtum flare, quemadmodum v. 295.

ὑγρὰ θέμεθλα θαλάσσης.
Χειμερίην πνέοντες ἀεὶ συφέλιζον ἀῆται.
madida fundamenta maris
Hiemale ſpirantes ſemper verberabant venti.

Ex conjectura Doctiſſimi Dorvillii. Vulgo χειμέριον. Aliter tamen cepit Scholiaſtes, qui notat: περὶ τὸν χαλεπὸν καὶ ἐχθρὸν ζεῦξις πνεύσας ἄνεμον. Jungit hic χαλεπὸν cum αὐήμεν, duo epitheta uni voci adtribuens, de quo plura ad v. 133. in Animadverſionibus.

ibid. πνοιῆσιν. πνοῇσιν Baſil. mendoſe, ut & in Oraculo apud Euſeb. de Praep. Euang. V. 8.

Πνοιὴ ὑπὸ λιγυρῇ κικαλυμμένον ἠέρος ἀγνῆς.

legendum πνοιῇ

14. ξυναύδει. ita quoque Baſil. cum alii συναύδει.

Σηστὸς ἔην καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ἐγγυθὶ πόντου
Γείτονές εἰσι πόληες· Ἔρως δ' ἀνὰ τόξα τιταίνων,
Ἀμφοτέρης πολίεσσιν ἑνὶ ζυνέηκεν ὀιστὸν,
Ἠΐθεον φλέξας καὶ παρθένον· ὄνομα δ' αὐτῶν
Γ'μερόεις τε Λέανδρος ἔην καὶ παρθένος Η'ρώ.
Η' μὲν Σηστὸν ἔναιεν, ὁ δὲ πτολίεθρον Ἄβύδου,
Ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες ἄμφω.
Ι'χελοι ἀλλήλοισι. Σὺ δ' εἴποτε χείθι περήσεις,

Διζεό

16. ἦν. *erat* vertunt omnes, mihi magis adridet *est*, quae significatio obvia. Lucianus Dial. Mort. 3. p. 4. ed. Hemst. ἐπιμετρήσας ἅλλα τοσαῦτα, ἔγωγ' οἶδ' ὅτι ἦν, κἀμὲ ἔπι πολέων. *Si fieri possit.* Scholiastes Poëtae nostri ad v. 52. Ὅπως ἀγγελίαι ἦν ἑορτῆς. explicans illa, ὅπως φάτις ἐστὶν ἑορτῆς. Nonnus Dionys lib. 4. p. 114. l. 4. Hesiodus in Ἔργοις. v. 11.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐριδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω.

Non sane unum est contentionum genus, sed in terra.

Sunt duo.

Qui locus simillimus est, nisi quod nostro elegantior, in utroque enim versu priori ἐὼν, altero autem εἰσὶ occurrit.

18. Ἀμφοτέρης. ita Basil. Ἀμφοτέροις Voss.
ibid. πολίεσσιν. Heins. πτολίεσσιν Basil.

19. Η'ίθεον.

Seſtus eſt & Abydus e regione; prope mare
Vicinae ſunt urbes: Cupido autem, arcum tendens,
Ambabus urbibus unam inmiſit ſagittam,
Juvenem urens & virginem; nomen vero eorum
Suavisque Leander erat, & virgo Hero.
Haec quidem Seſtum habitabat, ille vero oppidum Abydi,
Ambarum urbium perpulcrae ſtellae ambo.
Similes inter ſe. Tu vero, ſi quando illac tranſieris,

Quae-

19. Ἠΐθεον. *juvenem*, *puerum*, ut Hylas, Hermaphroditus adpellantur Ovidio, Alexis Virgilio. Idem de Marcello. Proprie eſt ὁ ἀκμάζων ταχέως, νέος, ἄγαμος, παρθένος, Heſychius. FRANCIUS.

22. Πολίων. Heinſ. πτολίων Baſil.

ibid. Περικαλλέες. περικαλλέες Baſil. mendoſe, quemadmodum & apud Phavorinum in voce κύπρα. male ſcribitur διὰ τὸ καλίσας φέρειν πορφύρας. pro καλλίστας.

23. Ἴκελοι. Ita diſerte omnes Codices legunt praeter Whit. & Lond. qui habent εἴκελοι, probante Röverо, qui potius ſe cum iis, quod prima ſyllaba in πὲ ἴκελοι melius conripitur, facere profitetur. At nihil mutandum docet locus Heſiodi in Ἔργοις v. 304.

Ζεὺς, κηφίνεσσι κακὸν ἴκελος ἠμὲν.

Vivit,

Δίζεό μοι τινὲ πύργον, ὅπη ποτὲ Σηςιὰς Ἡρὼ

25. Γ'ήιατο λύχνον ἔχεσα, καὶ ἡγεμόνευε Λεάνδρῳ·

Δίζεο δ' ἀρχαίης ἁλιηχέα πορθμὸν Ἀβύδε,

Εἰσέτι πε κλαίονται μόρον καὶ ἔρωτα Λεάνδρε.

Ἀλλὰ πόθεν Λείανδρος, Ἀβυδόθι δώματα ναίων,

Ἡρῆς ἐς πόθον ἦλθε, πόθῳ δ' ἐνέδησε καὶ αὐτήν;

Ἡρὼ

Vivit, fucis aculeo carentibus similis cupiditate.

Nonnus Dionys. lib. 53. pag. 1134.

Ἦλυθεν ἴκελα δῶρα γέρων Παπτωλὸς ἀείρων.

Nec non lib. 1. pag. 14.

Οὐ βοὶ χερσαίῳ τύπον ἴκελον ἀνάλιος βῆς.

Idque imitatione sua probavit Jo. Gothofr. Herrichen in Carmine de Thea herba apud Henninium in notis ad Tollii ep. Itiner. 3. pag. 81. ubi Γ'ίκελον ἄνθος dixit versu Adonio.

26. Πορθμὸν Ἀβύδε. Nescio quid moverit Doctissimum Juvenem Andream Papium ut verterit *littus*;

Quaere & fluctisonans antiquae littus Abydi.

Quem secutus Whitfordus, cum ea significatio Graeciae ignota. Recte enim Eustathio ad Dionysium pag. 24. πορθμὸς definitur θαλάσσης πόρος στενὸς ἠπείρου διὰ γῆς μεσολαβῶν. apud Gronovium ad Pomp. Melam 1. 1. not. 26. qui male reprehendit Henr. Stephanum in Thesauro L. G. (illum enim tangi puto) qui vertit: *fretum, sinum maris in angustias coarctati, qui facile trajici potest*, quod debuerat non *sinum*, sed *transitum* reddere, quasi id nescivisset Vir Doctus, qui exemplis ex Hesychio, Eustathio &c. ipse docuerat,

Quaere mihi quandam turrim, ubi quondam
Sestias Hero
Stabat lychnum tenens, & dux erat Lean-
dro:
Quaere & antiquae marisonum fretum Aby-
di,
Adhuc flens mortem & amorem Leandri.
Verum unde Leander, Abydi domos habi-
tans,
Herus in amorem venit, amore vero devin-
xit & ipsam?

Hero

rat. Quin Statius Sylv. 1. 3. v. 37. fretum Sestum inter & Abydum *sinum* vocat:

Sestiacos nunc fama sinus, pelagusque natatum
Factet.

Πορθμὸς autem Ἀβύδου non male dicitur fretum, quod inter Sestum & Abydum, cum quia de turre Sestiaca jam locutus, tum quia non dissimili modo alii scriptores loquuntur. ex. gr. Fulgentius Myth. 1, pag. 12.

Quod Moeonides ranarum
Cachinnavit proelio,

ita Munckerus pro *Moeonius* conjecit. Martialis lib. 14. Epigr. 183.

Perlege Moeonio cantatas carmine ranas,
Et frontem nugis solvere disce meis.

Uterque respicit ad *Batrachomyomachiam* Homeri, & tamen solas memorat ranas missis muribus, ut contra in antiquissimo, quod Homeri exhibet Apotheosin, marmore tantum mures conspiciuntur: Confer Ampl. Cuperum p. 46.

26. Ἀχαιὸς, ἀχαιὰς Heins.

27. εἰρίη τε. ita Heins. & Basil. τῆ Pap. & Vo. quemadmodum Antipater apud Röverum, cui id merito non displicuit. Pro eo Antoninus Liberalis cap. 2. dixit: ἄχει τῷ ἔτι.

29. ἐς πόδα χάλκεα. ita Theo-

Ἥρῳ μὲν χαρίεσσα, διοτρεφὲς αἷμα λαχοῦσα,
Κύπριδος ἦν ἱέρεια, γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα,
Πύργου ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναίε θαλάσσῃ,
Ἄλλη Κύπρις ἄνασσα· σαοφροσύνη δὲ καὶ αἰδοῖ
Οὐδέποτ' ἀγρομένῃσι μεθωμίλησε γυναιξίν,
Οὐδὲ χορὸν χαρίεντα μετήλυθεν ἥλικος ἥβης,
Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων·

Καὶ

Theocritus, ἐς λίνον ἐλθεῖν, Idyll. 27: v. 16.

Μή λέγε, μὴ βάλλῃ σε, καὶ ἐς λίνον ἄλλυδις ἔλθῃς.

ibid. Πείθω δ' ἐνίδησε καὶ αὐτόν. ἐνίδησε tres Codices apud Röverum, quomodo & Heinſ. Sed nihil mutandum docet Herodotus lib. I. cap. 11. μετὰ δὲ, ἐκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνιδεῖν διαφέρειν τοιαύτην αἵρεσιν. *Poſtea obſecrare illam, ne ſe neceſſitati alligaret dijudicandæ talis electionis.* Oraculum, quod exſtat apud Euſebium de Praepar. Euang. v. 8.

Κλῦθί μευ ὦ ἐθέλοντος, ἐπεὶ μ' ἐπίδησας ἀνάγκη.

Me nolentem audi, quem vis, inlata coëgit.

ubi forte non adeo infeliciter legendum quis conjectaret ἐνίδησας. Conferri poteſt cum hac eleganti locutione locus Alciphronis lib. 3. ep. 49. Ὦ δαῖμον ὃς με κεκλήρωσαι καὶ εἴλησας, ὃς πονηρὸς εἶ, καὶ λυπεῖς ἀεὶ τῇ πενίᾳ συνδέων; *O Daemon, qui me ſortitus es & ſorte adeptus*

Hero gratiosa, generosum sanguinem sor- 30.
tita,
Veneris erat sacerdos, nuptiarum vero ex-
pers existens,
Turrim avitam ad vicinum habitabat ma-
re,
Altera Venus regina; castitate vero & pu-
dore
Nunquam congregatarum commercio est
usa mulierum,
Neque tripudium gratiosum adivit juvenilis 35.
aetatis,
Livorem evitans invidum mulierum;

Nam

tius quam malignus es & mihi molestius, semper paupertati me adstringens?

32. Ἐσθλή. Non capio notam Rondelli, nisi ἀεὶ γάμου velit ex Regio. FRANCIUS. Nihil mutandum recte docet Röverus.

33. Ἄλλη κ. τ. λ. Hic versus deest in MS. Sed infra occurrit v. 188. Pro eo autem hic exhibet MS.

Ἀλλ' ἵνα νυμεστώσῃ σὺν ἀμφιπόλῳ ἰυὶ μούνη,
Οὐδ' ἅμα τ' ἀγρομένῃσι συναιήλησι γυναιξίν.

34. ἀγρομένῃσι μεθαμιλητοῖ. ita Heinf. ἀγρομενῆσιν ἐναμίλλοις Basil. & Rondell. notante FRANCIO.

35. χορὸν. Scholia: τόπον σημαίνει. male. ita enim vocari χορήγιον testatur Pollux lib. 4. cap. 15. Segm. 106. χορήγιον ὁ ὑπὸ. *ibid.* ἥλικος ἥβης. Scholia: τ' ὁμηλικίου. Abrahamus Gronovius ὁμήλικας, non male, nisi velis ὁμηλικίης. Hesychius: ὁμηλικίη, τ' αὐτῆς ἡλικίας συνήλιξ. eadem habet Phavorinus Camers. Sed nihil mutasse praesti-

Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες·
Ἀλλ' αἰεὶ Κυθέρειαν ἱλασκομένη Ἀφροδίτην
Πολλάκι καὶ τὸν Ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς,
Μηλείῃ σὺν ὑρανίῃ Φλογερὴν τερομέσσα Φαρέτρην.
Ἀλλ' ὅδ' ὡς ἀλέεινε πυριπνείοντας ὀϊστούς.
Δὴ γὰρ Κυπριδίῃ πανδήμιος ἦλθεν ἑορτὴ,
Τὴν ἀνὰ Σηςὸν ἄγουσιν Ἀδωνίδι καὶ Κυθερείῃ·
Πανσυδίῃ δ' ἔσπευδαν ἐς ἱερὸν ἦμαρ ἱκέσθαι
Ὅσσοι ὑακιντήεσσαν ἀλιφεφέων σφυρὰ νήσων.

Οἱ

ſkiterit. ita κρυφαῖος eſt apud Antonin. Liber. cap. 34. ὅπ αὐτῳ κόρη μιαιφονίαν ἀνθρώπων ποθεῖ τὸ δαιμόνιον κρυφαῖος εἰς τὴν κοίτην. ubi plura hujus generis notavit Th. Munckerus.

41. πυριπνείοντας. Primam in voce πυρὶ conripit Poëta aliorum exemplum ſecutus. Producit tamen Orpheus Argon. v. 868.

Ὡς τε βίας ζεύγλῃσι δαμάσσῃ πυρὶ πνείοντας.

Tum etiam, ut boves ſub jugum miſerit ignivomos.

qui locus vindicare poſſet Callimachum, Hymn. in Del. v. 200.

Φῦκος ἄωτον κατὰ φλιξας ἐπεὶ πτελέῃσιν πυρὶ.

Marinam algam omnem exuſſiſti: quoniam circumquaque flagrabas igne.

Quem conruptum putat Henricus Stephanus, qui deeſſe aliquid ſuſpicatur, vel ſuſpectam habet vocem πυρὶ. Inmerito. Niſi potius apud Orpheum legas πυριπνείοντας, & ibi prima ob con-

Nam ob pulcritudinem invidae ſunt feminae:
Sed ſemper Cytheream placans Venerem,
Saepe etiam Cupidinem conciliabat libamentis,
Matre cum coeleſti flammeam tremens pharetram.
Sed neque ſic evitavit ignitas (*ejus*) ſagittas.
Jamque Venereum populare venit feſtum,
Quod Seſti celebrant Adonidi & Veneri,
Catervatimque feſtinabant ad ſacrum diem ire
Quotquot habitabant mari circumdatarum extrema inſularum:

Hi

concurſum trium brevium recte producatur.

42. Κυθερείη. Κύθρειαν ἡ. Voſſ.

43. Κυθερείη. Κυθρεία. Voſſ. Κυθερείη. Baſil.

44. Παιανιδίη. Heinſ. παιωνιδίη. Baſil. quomodo & apud Homerum Il. λ. v. 708. nec non 724. Illud exſtat apud Tryphiodorum de excidio Ilii. v. 140.

Πλώτην παιανιδίη ψευδώνυμον εἴνατε νόστον.

ibid. ἰς. Voſſ. ἰὼς.

45. Ἁλιτρεφίων. Homerus Odyſſ. κ. v. 195. (206.) idem Hymno in Apoll. ἁλιτρεφέων πολίεθρον. ἁλιτρεφέων. Hortibonus. Dionyſius in princip. νῆσος ἀπείρεσιν ἐπιφάνηται. FRANCIUS. ἁλιτρεφέων. Baſil. ἁλιτρεφέων. Voſſ. quomodo etiam legiſſe Scholiaſten patet ex ejus nota: παιτρεχαῖς σὺν πολλῷ ὄχλῳ τῶν ἁλιτρεφομένων νήσων. Emendat quidem Gronovius ἀλὶ τεθραμμένων; ſed an ita ſcripſerit Scholiaſtes, qui uſus forte jam tum minus emendato Codice, equidem dubito. Caſauboni

Οἱ μὲν ἀφ' Αἱμονίης, οἱ δ' εἰναλίης ἀπὸ Κυπρου.
Οὐδὲ γυνή τις ἔμιμνεν ἐνὶ πτολίεσσι Κυθήρων·
Οὐ Λιβάνου θυόεντος ἐνὶ πτερύγεσσι χορεύων,
Οὐδὲ περικτίονων τις ἐλείπετο τῆμος ἑορτῆς,
Οὐ Φρυγίης ναέτης, ὅ γείτονος ἀξὸς Ἀβύδου,

Οὐ-

emendationem certissimam post alios recepi. Sic Orpheus Argon. v. 45.

ἃς περὶ Νείλος ἀγάρρους ἐπιφάνεται.

quas circum Nilus rapidus cingit.

ut & v. 143.

ὃς Γύρτωνος ἁλιστεφῆς ἔκτισεν ἄστυ.

qui Gyrtonis mari cinctam urbem condidit.

nec non v. 1206.

Λυκαῖον πολὺ χέρσον ἁλιστεφέος τε θαλάσσης.

Lycaeam ad terram, marique cinctas stationes.

Nonnus Dionys. lib. 2. pag. 56. l. 1.

Ῥιζοκτυπὴς ὅθι πίζα παλιμπορος ὀκταυγεῖο,
Τέτρακα τμηθομένην περιβάλλεται ἄντυγα κόσμου·
Ζωσαμένη στεφανηδὸν ὅλην χθόνα κυκλάδι μίτρῃ.

Homerus Od. κ. l. c.

Νῆσος τὴν περὶ πόντος ἀπείρονας ἐστεφάνωται.

Versum hunc Auctor vitae ipsius pag. 294. edit. Gal. adducit ad exemplum Metaphorae, additque: καὶ ὅτι (λέγων ἔχει) ὁ στέφανος περὶς τοῦτο, ὃν περίκειται, αὐτὴν θαλάσσα περὶς νῆσον.

47. ἐνὶ πτολίεσσι. ἀνὰ πτολίεθρα. Heins. nec non S. St. & L. in marg. exhibent probante Rövero, propter illud sequens ἐνὶ πτερύγεσσι. Sed tanti id non putarem, ut ideo tot Codicum consensum spernerem.

ibid.

Hi quidem ab Haemonia, hi vero marina e Cypro.
Neque mulier ulla remanſit in oppidis Cytherorum,
Non Libani odoriferi in ſummitatibus ſaltans,
Neque accolarum quisquam deerat tunc feſto,
Non Phrygiae incola, non vicinae civis Abydi, 50.

Ne-

ibid. Κυθήρων. Κυθήρων. Voſſ. 49. Περικλύστων. Recte hoc vocabulum, quod in paucis perperam ſcribebatur περικτυόντων, retinuit Röverus. Ita apud Orpheum Argon. v. 659.

Ἄθλον ἐπὶ ξείνοισι περικλύστοισιν ἀνθρώποις.

Ibi confer Eſchenbachium. Homerum Il. τ. v. 104.

Οὓς πάντοσε περικλύστοισιν ἄνδρες.

Nec non v. 109. praeterea apud Apollonium Rhodium lib. 1. v. 942.

Γαγγαίης, μέγα θαῦμα περικλύστοισιν ἰδέσθαι.

& Nonnum Dionyſ. lib. 3. p. 106.

Πάντοσε περικλύστοιο πλὴν φάος.

Vid. & lib. 4. p. 142. l. 5. Ceterum integer hic verſus deeſt in Baſil.

Ibid. ἐλείπετο τῆμος ἰοιτῆς. Reg. ἐλείπετ' ἰοιτῆς τοίης. forte τοίης ὡς ἐλείπετ' ἰοιτ. FRANCIUS.

50. Φρυγίης. Primam vocis ſyllabam reliquos Poëtas ſecutus conripit noſter. ita enim ex. gr. Callimachus Hymn. in Dian. v. 159.

Οὐ γὰρ ὄγε Φρυγίη περ ὑπὸ δρυὶ γυῖα θανεῖς.

Nonnus Dionyſ. lib. 3. pag. 104.

Καὶ Φρυγίῃ Σαμόθῃ θαλέθοντα δόκα κορυφάων.

Et quicquid eſt bonorum Poëtarum. Evertitur igitur conjectura Viri Cel.

Οὐδὲ τις ἡϊθέων Φιλοπάρθενος· ἦ γὰρ ἐκεῖνοι
Αἰὲν ὁμαρτήσαντες, ὅπη Φαέτις ἐσὶν ἑορτῆς,
Οὐ τόσον Ἀθαναίτων ἀγέμεν σπεύδουσι θυηλὰς
Ὅσσον ἀγειρομένων διὰ κάλλεα παρθενικάων.

55. Ἡ δὲ θεῆς ἀνὰ νηὸν ἐπώχετο παρθένος Ἥρῃ,
Μαρμαρυζὴν χαρίεσσαν ἀπαςράπλοσα προσώπῳ,
Οἵη

Ez. Spanhemii in Diogene. Tragico apud Athenaeum lib. 14. pag. 636.

Κλύω δὶ Λυδὰς, Βακτρίας τε παρθένους
Παζομῷ παρόικους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεόν,
Ἀμφίσκιον κατ' ἄλσος, Ἄρτεμιν σέβειν.

Audio autem Lydias, Bactriasque virgines,
Accolas fluvio Halyi, Tmoliam Deam,
In luco, lauro multa opaco, Dianam venerari.

Quo loco pro Βακτρίας legendum putabat Φρυγίας ob situm Halyos & Tmoli in Lydiae ac Phrygiae confinio. Sed omnino retinenda lectio vulgata, admissa explicatione ejusdem Viri Docti, qua Βακτρίας pro Persicis capit, quia Bactrii iis parebant, Diana autem colitur in Lydiae tractu Persico, unde ipsa Persica vocatur. Spanhemium autem metri non nimis gnarum fuisse patet quoque ex loco Euripidis apud Plutarchum de Pyth. Orac. Tom. II. p. 407. in quo, pro

Φαῖβον ἀνθρώποις μόνον χρὴ θεσπιωδεῖν.

Oportet Apollinem solum hominibus vaticinari.

in

Neque ullus juvenum amator virginum: certe enim illi
Semper ſecuti, ubi fama eſt feſti,
Non tantum inmortalium (deorum) adferre feſtinant ſacrificia,
Quantum congregatarum ob pulcritudinem virginum.
Verum Deae per aedem inceſſit virgo Hero, 55.
Splendorem gratioſum emittens facie.

Qua-

in notis ad Callim. Hymn. in Del. v. 94. reſtituit ſecundum metrum, ut ait,

Χρὴ Φοῖβον ἀνθρώποις Θεσπιαδᾶν μόνον.

Cum tamen antepenultima vocis Θεσπιαδᾶν. ſyllaba non producatur, Ariſtoph. in Plut. v. 9.

Οἳ Θεσπιαδᾶν τρίποδος ἐν χρυσηλάτου.

Lege igitur,

Χρὴ Θεσπιαδᾶν Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον.

Id elegans & certum.

53. Ἀθανάτων ἀγέμεν. Baſil. Ἀθανάτοισιν ἄγειν Voſſ. & quatuor codices apud Röverum, qui merito in his Muſaei manum latere ſuſpicatur.

56. Μαρμαρυγὴν χαρίσσαν. Μαρμαρυγὰς χαρίσσας. Cod. Reg. χαρίσσαν aliae editiones & ita ſaepe Nonnus. V. Pareus. FRANCIUS. cum Regio facit Voſſ. Χαρίσσας autem Heins. quomodo ſex alii Codices, quos ſecutus in editione ſua Doctiſſ. Juvenis Röverus. χαρίσσαν Baſil. cum reliquis omnibus, a quibus non multum diſſentiunt, qui ſcribunt χαρίσσας, quod recipere non dubitavi ob imitationem Nonni, qui voci Μαρμαρυγὴν plerumque adponit epitheton, ut liquet ex notis Parei, quemadmodum quoque Achilles Tatius lib. 5.

Οἷόν τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα σελήνη,
Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἦ τάχα Φαίης
Ἡρῦς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμώνα φανῆναι.
Χροιὴν γὰρ μελέων ἐρυθαίνετο· νισσομένης δὲ
Καὶ ῥόδα λευκοχίτωνος ὑπὸ σφυρὰ λάμπετο κούρης,
Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων χάριτες ῥέον. Οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς χαρίτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡρῦς
Ὀφθαλ-

pag. 307. de Melite: ἡμᾶς μαιρεῖ ἡ αὐτῇ τὸ βλίμμα μαρμαρυγὴν Ἀφροδίσιον. Atque ita in ſuo Codice invenit Scholiaſtes, qui reſtituente Gronovio notat: Λαμπηδόνα ποιχαλωτωμένην ἀπεσφίγγησεν τῷ σφοδρῷ.

58. Ἄκρα, Ἀώρα Baſil. Conferendus Achilles Tatius lib. 1. pag. 17. de Leucippe: λευκὴ παρεία, ᾧ λευκὸν ἐς μέσον ἐφοινίσσετο, καὶ ἐμμελὲς παρφύρα, οἷον εἰς τὸ ἐλέφαντα Λυδία βάπτει γυνή. quem locum forte reſpexit: quod enim illi εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, Muſaeo ἄκρα κύκλα φοινίσσετο dicitur, ut ſignificet id quod eminet in genis rubere.

61. Χροιὴν. Baſil. χροιὴ. Voſſ. & Heinſ. ἐρυθαίνετο. ἐρυθραίνετο Baſil.

62. Κούρης. κώρη. Heinſ.

63. Οἱ δὲ παλαιοὶ κ. τ. λ. Verti: *Antiqui igitur tres eſſe Gratias mentiti ſunt*, quia ſcilicet ex membris puellae centum fluebant. Reliqui *autem*: Sic apud Heſiodum in Ἔργοις v. 24. ἀγα-

Qualis alba genas exoriens luna.
Summi vero nivearum rubebant circuli genarum,
Ut rosa ex thecis bicolor: certe diceres,
Herus in membris rosarum pratum adparere.
Colore enim membrorum rubebat: euntis vero
Etiam rosae candidam indutae tunicam sub talis splendebant puellae,
Multae vero ex membris Gratiae fluebant; antiqui igitur
Tres Gratias mentiti sunt esse: alteruter enim Herus

Ocu-

ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Bona ergo haec contentio hominibus.

Aelian. Var. Hist. 2. 4. Ἥξιε γ' τὸ Μενάλιππον οἱ συγχωρῆσαι.

64. Εἷς γ' πς Ἥρῃς Ὄφθαλμὸς. Verti: *alteruter enim Herus Oculus*, ut ita det Poëta rationem, cur Veteres mendacii arguat. Sic particula hac usus Hesiodus in Ἔργοις v. 151.

Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Nec non v. 23.

Ζηλοῖ γ' τι γείτονα γείτων.

Theocritus Idyll. 22. v. 214.

Χαίρετε Λήδας πόκαι, αἱ μὲν ἀμετέροις κλέος ὕμνοις

Ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε. φίλοι γ' τε πάντες ἀοιδοί

Tyndaridae.

Nec non Idyll. 26. 23.

Σὺν δ' ἐπέραξε ποσὶν μανιάδιος ὄργια βάκχου.

Ἐξεπίνας ἐπίδευε· τὸ δ' οὐχ ὁρέοντι βέβηλοι.

Lucianus Dial. Mort. 2. p. 3. Οὐκ ἴστε Αἴακος, ὦ Ἑρμῆ· τῶν δ' ἄλλων, ὡς ὁρᾷς, ἀφικνοῦνται ἡμῖν. Felicitep hunc significatum Lucae cap. 12. v. 2. restituit L. Bos, quemadmodum Anacreonti Od. 9. v. 6.

Τίς ἔσσι; μοὶ μέλει γ'.

Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.
Ἀτρεκέως ἱέρειαν ἐπάξιον ἔυρατο Κύπρις.
Ὡς ἡ μὲν, περὶ πολλὸν ἀριστεύσασα γυναικῶν,
Κύπριδος ἀρήτειρα, νέη διεφαίνετο Κύπρις.
Δύσατο δ' ἠϊθέων ἀπαλὰς φρένας· οὐδέ τις ἀνδρῶν
Ἦεν, ὃς οὐ μενέαινεν ἔχειν ὁμοδέμνιον Ἡρώ.
Ἣ δ' ἄρα καλλιθέμεθλον ὅπῃ κατὰ νηὸν ἀλᾶτο,
Ἐσπόμενον νόον εἶχε, καὶ ὄμματα, καὶ φρένας ἀνδρῶν.
Καί τις ἐν ἠϊθέοισιν ἐθαύμασε, καί φάτο μῦθον.
Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαίμονος ἔδραχον ἄστυ,

Ἦχι

Quaenam es tui columba? mea enim interest.

Doctissimus Georgius d' Arnaud, cujus emendationem amplector. Hoc si sciviſſet pauper plerumque, niſi cum aliorum ſcrinia ſtrenue conpilat, Jo. Clericus, non conjeciſſet tam infeliciter in epiſt. ad Hebr. cap. 13. v. 4. Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους γὰρ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. ſcriptum fuiſſe olim γὰρ; Vulgatus enim Interpres, qui recte vertit: *Fornicatores enim & adulteros Deus judicabit*, fruſtra ad partes vocatur, quaſi & huic obvia illa particulae ſignificatio latuiſſet.

65. Γελόων, γελάων. Baſil.
66. Ἔυρατο. ἔυρητο. Baſil. ſed

Oculus ridens centum Gratiis pullulabat.
Profecto ſacerdotem dignam nacta erat Venus.
Sic ea quidem, plurimum antecellens feminas,
Veneris ſacerdos nova adparebat Venus.
Subiit autem juvenum teneras mentes; neque ullus vir
Erat, qui non cuperet habere conjugem Hero.
Illa autem bene fundatam quacumque per aedem vagabatur,
Sequentem mentem habebat, & oculos, & corda virorum.
Atque aliquis inter juvenes admiratus eſt, (*eam*) & dixit verbum:
Et Spartam acceſſi, Lacedaemonis vidi urbem,
Ubi

ſed prius recte adgnoſcit Voſſ.

68. Ἀρήτυρα. ἀρήτυρα. Heinſ.

71. Καλλιθέμεθλον. καλλιθέμεθλον. Baſil.

74. Λακεδαίμονος ἴδρανον ἄστυ. An hinc firmari poſſet Gottorphiani Codicis lectio in Ovidio Heroid. ep. 19. 177.

Ut ſemel Idaeus Lacedaemona vidit adulter.

ut & ita in ſuo invenerit Muſaeus? ſed nihil adfirmo. Vulgo legitur *venit*. ut & hic Codex B. & Rond. apud Röverum ſcribunt ἴδρεμον. Simili modo in eadem voce conruptus videtur Orpheus Argon. v. 462.

75. Ἦχι μόθον καὶ ἄεθλον ἀκόμεν ἀγλαϊάων·
Τοίην δ' ὅπω ὅπωπα νέην, κεδνήν θ' ἁπαλήν τε.

Καὶ

Οὐλύμπου δὲ βαθυσκοπίλου πρηῶνας ἱκμένους
Εἰσίδεσκον Μινύας.

Olympique excelsa cacumina ad inaccessa
Advenerunt Minyae.

Verissima enim emendatio Eschenbachii restituentis Εἰσίδεσκον.

76. Τοίην δ' ὅπω ὅπωπα νέην. Ven. & Codex Barthii, legunt ὅποτ', atque ita conjecit P. FRANCIUS. Fateor molliorem ita effici versum, nec tamen, quod pace viri Doctissimi dixerim, aliquid temere mutandum censerem, cum utique apud utriusque Linguae Scriptores similia non raro notari possunt. ex. gr. ita locutus Hesiodus in Ἔργοις v. 82.

Ἄωρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀφήσσιν.

Homerus. Il. ω. 232.

Χρυσῇ ζ' ἥσας Ὀδυσῆος δέκα πάντα τάλαντα.

Locum hunc alio tamen scopo adducit Auctor vitae Homeri pag. 298. ubi mendose editur Ὀδυσσέος. In ipso autem Homero legitur ἔφερεν, quod unice verum. Theocritus Idyll. 23: v. 37

Τοῖσι ποῖσιν ἴδῃς.

Bion 3: 11.

Θνάτων ἀθανάτων τι πόθος.

Huc referri posset locus Nonni in Paraphr. Joannis cap. 19.

Κεκεμένων μελέων τετεμένον ὀστέον ἔσαι.

Quemadmodum & Hesiodi in Scut. v. 154.

Ἐν δὲ προΐωξις τε παλίωξις τε τέτυκτο.

Quin & ipse Musaeus, si vera lectio, ita scripsit v. 136.

Οὐ γὰρ ἐπιχθονίῃσιν ἴσην καλέω σε γυναιξίν.

quem locum jam pulcre contra Alexandrum Popium defendit summus Dorvillius. Virgilius Æneid. lib. 12: 442.

Telum immane manu quatiens.

Sta-

Ubi laborem & certamen audimus pulchritu- 75
dinum:
Talem autem nondum vidi puellam, tam
venerandam, tamque teneram;

For-

Statius Theb. lib. 1: 367.

Paſtorum pecorumque domos.

Ubi adeo me non offendit ὁμοιοτελευτὸν, ut lubens hanc lectionem fide duorum Codicum firmatam recipiam, ſecus ac cenſet vir Eruditus in Obſ. Miſcell. vol. 1. pag. 172. Vulgo legitur: *pecudum*. Ovidius Heroïd. ep. 19: 60.

Brachia nunc humeris humida ferre meis.

& paulo ante v. 44.

Pallade jam pingui tinguere membra putes?

ubi tamen Doctiſſimus Burmannus offenſus ejusdem ſoni iteratione emendat *Ungere j. p. Pallade m. p.* quae voces ſaepe commutantur, ſed nihil mutaſſe conſultius putarem. *ibid.* κεδνὴν δ', ἀπαλήν τε. illo epitheto ornantur plerumque pudicae mulieres. ita Heſiod. Θεογ. v. 68.

κεδνὴν δ' ἴσχειν ἄκοιτιν, ἀρηρυῖαν περικίδνασι.

Pudicam vero habuit conjugem, ſapientem.

& in Ἔργοις v. 699.

Παρθενικὴν δ' ἤ γαμέειν, ὥς κε ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.

Virginem vero ducito, ut mores caſtos doceas.

Interpres in editione Baſil. A. 1550. *prudentem* vertit, ut ita ad animi bona referatur, quemadmodum ἁπαλή ad corporis. Sed dubito an hoc voluerit amator, cui tantum externa facies puellae adparebat. Reliqui vertunt, *praeſtanti corpore puellam*; ſed vix puto hanc vocem eo ſenſu facile occurrere. Ego verti *venerandam*, ut indicet Poëta pulcritudinem cum majeſtate decora fuisſe conjunctam, quae ſacerdoti recte convenit, confer v. 55. ita cepit quoque Doct. Heumannus, hunc ſignificatum probans ex Homero Il. 1. v. 582. qui reddi quoque poſſet forte

Or-

Καὶ τάχα Κύπρις ἔχει χαριτων μίαν ὁπλοτεράων.
Παπταίνων ἐμόγησα, κόρον δ' οὐχ εὗρον ὀπωπῆς·
Αὐτίκα τεθναίην λεχέων ἐπιβήμενος Ἥρᾳς·
Οὐκ ἂν ἐγὼ κατ' ὄλυμπον ἐφιμείρω θεὸς εἶναι,
Ἡμετέρην παράκοιτιν ἔχων ἐνὶ δώμασιν Ἥρω·
Εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέοικε τεὴν ἱέρειαν ἀφάσσειν,
Τοίην μοι, Κυθέρεια, νέην παράκοιτιν ὀπάσσαις.
Τοῖα μὲν ἠϊθέων τὶς ἐφώνεεν· ἄλλοθεν ἄλλος
Ἕλκος ὑποκλέπτων ἐπεμήνατο καλλεϊ κούρης.
Αἰνοπαθὲς Λείανδρε, σὺ δ', ὡς ἴδες εὐκλέα κούρην,
Οὐκ ἔθελες κρυφίοισι καταιθύσσειν Φρένα κέντροις,

Ἀλ-

Orpheo in Hymno Proſerpinae pag. 126.

Πλούτωνος πολύμνα δάμαρ, κεδνὴ, πολυδώτη.

Reperitur & apud Homerum Il. ω. 730. Ceterum Codicis Heinſ. Scripturam, quae & in aliis apud Röverum, κεδνὴ πάλιν ἀπολήγετε, nemo facile amplectetur; quo enim, quaeſo, referetur illud πάλιν?

78. Παπταίνων ἐμόγησα. *intuendo defeſſus ſum.* Rondellus, monente Röverо in Add. legebat ἀμόγησα, quia alioqui pugnant cum v. 171. Οὐ κάμεν ἐσορόων. at recte

Forte Venus habet Gratiarum unam juvenum.
Intuendo defeſſus ſum, ſatietatem autem non inveni adſpiciendi.
Illico moriar, cubile ubi conſcenderim Herus:
Non ego in coelo cupio Deus eſſe,
Noſtram uxorem habens domi Hero.
Si autem mihi non licet tuam ſacerdotem contrectare,
Talem mihi, Cytherea, puellam uxorem praebeas!
Talia quidem juvenum quis locutus eſt: aliunde (*vero*) alius
Vulnus celans inſanivit pulcritudine puellae.
Gravia paſſe Leander, tu autem, ut vidiſti inclytam puellam,
Nolebas occultis conſumere mentem ſtimulis,

Sed

recte obſervat Doctiſſimus Juvenis Poëtas tam accurate non loqui, & exprimi ita ultimo loco vehementiorem amorem. Quid, quod vel ſolum rem conficit, hic ſermo de Juvene quodam, altero autem de Leandro?

ibid. δ'. κ'. Rondellus. Non opus. FRANCIUS.

79. ἐπιβήμενος. ita Heinſ. ἐπιβήμενος Pap. Huc usque conferre coeperat Nic. Heinſius.

81. Ἡμενίην κ. τ. λ. Acute, ut ſolet, Cel. Dorvillius conjectabat Ἡμετέρης.

ut

Ἀλλὰ, πυριπνεύστοισι θαμειὰς ἀδόκητον ὀϊστοῖς,
Οὐκ ἔθελες ζώειν περικαλλέος ἄμμορος Ἡρῦς.
Ζωὴ βλεφάρων δ' ἀκτῖσιν ἀέξετο πυρσὸς ἐρώτων,
Καὶ κραδίη πάφλαζεν ἀνικήτῳ πυρὶ ὁρμῇ.
Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
Ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ·
Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Κάλλος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἄνδρος ὁδεύει.

Εἶλε

ut ita vim majorem haberet ſententia. Firmat hanc emendationem Homerus H. A. v. 29.

Τὴν δ' ἐγὼ λύσω, πολὺν μὲν καὶ γῆρας ἔπεσσιν
Ἡμετέρῳ ἐνὶ δήμῳ ἐν Ἄργει, τηλόθι πάτρης.

Vulgatam tamen commode ſervari poſſe non diffiteor.

88. Πυριπνείστοισι. πυρεβλήτοισι Voſſ.

89. Ἄμμορος. ἄμορος Baſil.

94. δ'. cum Par. & H. melius legi poſſe δ' putat Röverus, ſed nihil mutaſſe ſatius forte erit.

95. Κάλλος ὀλισθαίνει. Quo facilius mendum ſublatum adpareat. totum adponam locum:

Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
Ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ·
Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἔλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἄνδρὸς ὁδεύει.

ita diſerte legunt, quae prodierunt ad hoc tempus, editiones omnes, etiam emendatiſſima Röveri, qui omnino hanc lectionem retinendam cenſet. Equidem vix adducor, ut credam hanc eſſe Poëtae manum, quem quovis fere pignore contendere auſim nobis reliquiſſe Κάλλος ὀλισθαίνει. elegantiſſima repetitione ſuperioris vocis, quam cum toto

Sed ardentibus domitus inopinato ſagittis,
Nolebas vivere perpulcrae expers Herus.
Cum oculorum vero radiis creſcebat fax amorum,
Et cor (*ei*) fervebat invicti ignis impetu.
Pulchritudo enim celebris emendatae formae mulieris
Acutior hominibus eſt veloci ſagitta;
Oculus vero via eſt, ab oculi ictibus
Pulchritudo delabitur, & in corda viri deſcendit.

Ce-

toto orationis curſu corrumpit inficetum illud Ἕλκος. Firmant hanc lectionem Codex Voſſ. Venet. & Bodlejanus B. apud Röverum, qui diſerte habent κάλλος, nec non Regius, in quo teſtibus Francio & Rövero, κἄλκος, qui egregie nobis erroris fontem aperit. Nempe κ & λ ſaepe inter ſe permutantur, quod & notavit Gul. Canterus in Syntagm. de ratione Emend. Graec. Auct. pag. 20, 21. inde cum haec vox abiiſſet in κάλκος, nec quisquam intelligeret bonus aliquis corrector, quaſi eſſet pro κοὐχὶ ἕλκος emendabat κἄλκος: Sed cum miſero huic τῷ locum plane non eſſe emunctioris naris Criticus probe perſpiceret reponebat Ἕλκος, quam vocem invenerat v. 85. & verſu 93. ubi mentio πτερόεντος ὀϊστοῦ, recte convenire ſibi perſuadebat. Ita quoque legiſſe Scholiaſten docent ejus verba: ὡς βολῆς τῆ ὀμμάτων ἁλισθὲν (ita legit Gronovius) ἐμποιεῖται κάλλος. Denique, ut plane ſecurus ſis, ita locutus Achilles Tatius lib. I. pag. 17. quem noſter in hoc, ut aliis multis locis, religioſe imitatus eſt: Ὡς ἦ εἶδον, εὐθὺς ἀπολάλαγα. κἄλλος γὰρ ὀξύτερον πτερώσκει βέλος, ἢ ἀφ' ἡ ὀφθαλμῶν

Εἶλε δὲ μιν τότε θάμβος, ἀναιδείη, τρόμος, αἰδώς.

Ἔτρεμε μὲν καρδίη, αἰδὼς δέ μιν εἶχεν ἀλῶναι.

Θάμβεε δ' εἶδος ἄριστον· ἔρως δ' ἀπενόσφισεν αἰδώ.

Θαρσαλέως δ' ὑπ' ἔρωτος ἀναιδείην ἀγαπάζων,

Ῥῆμα ποσσὶν ἔβαινε· καὶ ἀντίον ἵστατο κούρης.

Λοξὰ

μῶν· εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ· ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. *Itaque ſtatim, ut eam contemplatus ſum occidi. Forma enim ad inferendum vulnus telo acutior eſt, per oculosque amatoris vulneri aditum patefaciens, in animum penetrat.* Vide & lib. 6. pag. 375. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ ὄμμα τῶν καλῶν τὸ κάλλος κάθηται, ῥεῖον ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ὁρώντων ἵσταται· Confer praeterea elegantiſſimum locum, lib. 5. pag. 307. ἡ γὰρ τῆς θέας ἡδονὴ λαβὼν ἀμμάτων εἰσρύσα, τοῖς στέρνοις ἐγκάθηται· ἕλκουσα γὰρ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομάσσεται (Salmaſius pag. 674. l. ἐναπομάσσεται) τῷ τῆς ψυχῆς κατόπτρῳ, καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν. ἡ γὰρ κάλλους ἀπορροὴ δι' ὀφθαλμῶν ἀκτίνων ἐπὶ τὴν ἐρωτικὴν ἑλκομένη καρδίαν, ἐναποφραγίζει κάτω τῇ σκιᾷ. *Voluptas autem, quae in videndo percipitur, per oculos illapſa menti inſidet, neque viſae imaginem ſecum raptam animi ſpeculo continenter imprimit, atque effingit: pulchritudinisque fluxio ipſa per occultos radios in amantis pectus dimanans, amatae rei formam inſculpit.*

ibid. ἀνδρὸς. ἀνδρῶν. Voſſ.

96. Θάμβος, ἀναιδείη. Scholiaſtes: Τότε δὴ αὐτὸν ἔλαβεν θάμβος ἀναιδές. Sed hominis inperitiam ſatis arguit ipſe Poëta, qui diſtincte mox voces has & ordine explicat, quod & facit Achilles Tatius loco inferius citando.

97. Ἔτρε-

Cepit autem ipſum tunc ſtupor, inpudentia, tremor, pudor:

Tremuit quidem (*ipſi*) cor, pudebat vero ipſum capi.

Obſtupuit vero pulcritudine optima, amor vero ademit (*ipſi*) pudorem.

Audacter autem ob amorem inpudentiam adfectans,

Tacite pedibus incedebat, & e regione conſiſtebat virginis.

Obli-

97. Ἔτερμε μὲν καρδίη, καρδίῃ. Baſil. cum aliis apud Röverum. Elegantiſſimus FRANCIUS καρδίην conjectabat, quam conjecturam nonnihil juvat Achilles Tatius lib. 1. pag. 17. ἔτερμεν τὴν καρδίαν. & praecipue ipſe Muſaeus, qui hanc loquendi rationem amat. Ita v. 61.

Χρειὼν γὰρ μελίων ἱμείρεται.

ubi pariter Voſſ. & Heins. aliique apud Röverum Codices legunt Χρειώ. & v. 107.

ὁ δ' ἴσθμοι θυμὸν ἴσθμε.

et & v. 167.

Θίεμεν δ καρδίην γλυκερῷ πυρὶ κάρθεν ἐμῇ.

Nam quod v. 91.

Καὶ καρδίη πάφλαζεν κ. τ. λ. fecit ut melius caſus conveniret cum praecedentibus, αἴξατο πυρσὸς ἰμάσσων. Eandem mihi conjecturam conlato Tatii loco natam fuiſſe non diffiteor, ſed, praecipue quia nulli Codices addicunt, nihil moverem.

97. Λίθως ἦ μὲν εἴκειν ἀλῶναι. Digniſſimus eſt, qui conferatur locus Achillis Tatii lib. 1. pag. 17. πάντα δί μὲ εἶχεν ὁμῶ, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδὼς, ἀναίδεια· ἐπῆν τὸ μέγεθος, ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, ἔτερμεν τὴν καρδίαν, ἔβλεπον ἀναιδῶς, ἠδόμην ἁλῶναι. *Temporisque momento eodem & proceritatem laudare, & pulchritudine obſtupefieri, & corde tremere,*

C &

Λοξὰ δ' ὑπιππεύων ὀλερὰς ἐλέλιξεν ὀπώπὰς,
Νεύμασιν ἀμφιβόγγοισι παραπλάζων φρένα κόρης.
Αὐτὴ δ', ὡς ξυνέηκε πόθον δολόεντα Λεάνδρου,

Καὶ-

& *oculis laſcivius intueri, ac ne deprehenderer vereri coactus ſum.* Ultima melius verterentur, *ac capi pudebat*; id enim menti ſcriptoris melius convenire nemo non videt. Hic autem locus nobis ad verum intellectum verborum Muſaei, αἰδὼς δέ μιν εἶχεν ἀλῶναι ſponte ducit; haec enim non, quod vulgo fit, reddenda cenſeo: *pudor vero ipſum tenebat captum eſſe*, ſed clarius: *pudebat vero ipſum capi.* Atque ita fere Doctiſſ. Berglerus, qui tamen minus recte Leandrum pudoris cauſſam, *ſi quis eum virginem Sacerdotem tentaſſe ſenſerit ac deprehenderit*, conſtituiſſe putat, quae verior erat, quod adgnoſceret, *non eſſe viri vinci a femella, & amore ei quaſi mancipari*, ut recte Heumannus, qui tamen minus recte: *pudebat ipſum, quod captus eſſet*, cum deberet *capi.* Mecum facit, ut videtur, Kromajerus in eleganti Diſſertatione Muſaeo praefixa p. 19. ut adeo mirer ipſum reddidiſſe: *pudor vero ipſum tenebat captum eſſe* & non potius *capi*, ut dudum Florens Chriſtianus:

Cor trepidat, vincique pudebat.

Ceterum ut Muſaeus, αἰδὼς δέ μιν εἶχεν, ita dixit Homerus Iliad. ξ. v. 416.

Τὸν δ' ἔπιε ἴχεν θυμόν.

101. Ἐλέλιξεν. ἔλιξεν. Voſſ. ἐλέλιξεν. Baſil. cum plurimis apud Röverum, qui hanc elegantiſſimam lectionem in Addendis omnino retinendam cenſet. Atque ita ἐλέλιξεν in aliis locutionibus frequens, ut apud Nonnum Dionys. lib. 15. p. 416. l. 8. lib. 24. p. 636. l. 17. lib. 31. p. 800. l. 12. l. 32. p. 806. lib. 23. lib. 44. p. 1138. l. 17. & in con-

Oblique vero intuens dolosos torquebat oculos.

Nutibus mutis in errorem inducens mentem puellae.

Ipsa vero, ut sensit amorem dolosum Leandri,

Ga-

conpositis lib. 22. p. 590. l. 18. lib. 42. p. 1096. l. 23. Septem autem Codices apud Röverum legunt ἰλίλιζεν, quam lectionem plurima apud Nonnum loca firmant. Ita lib. 2. p. 72. l. 17.

Εἰ ἧδ ἐς ἀνθρώπων σφωιτερῶν ἰλίλιζεν ὀπωπάς.

& lib. 7. p. 212. l. 16.

Τ'ψιφανὴς ἰλίλιζεν ἀτίρμονα κύκλον ὀπωπῆς.

Ut & l. c. p. 216. l. 17.

Λ'ευκίος δ' ἰλίλιζεν ἀλήμονα κύκλον ὀπωπῆς.

Nec non lib. 9. pag. 250. l. 33.

Ὀ'φθαλμὸς ἰλίλιζεν ἀκοσμήτοιο θεωσάων.

Confer praeterea lib. 10. p. 272. l. 14. p. 280. l. 10. lib. 19. p. 520. l. 30. lib. 48. p. 1256. l. 7. quae loca tantum indicasse sufficerit: reliqua enim, in quibus eadem verbi forma quidem occurrit, sed non significatus, ne lectori taedium oriatur, (tantus est numerus) sciens praetereo. His inductam mentem cogitatio subiit, an non vera in Musaeo lectio esset ἰλίλιζεν: sed ne sic ἰλίλιξεν loco movere ausus fui, quod tuetur unus ejusdem Poëtae locus lib. 4. p. 118. l. 30.

Εἴ ποτε δινεύων φρενοπερθὲς κύκλον ὀπωπῆς

Ὀ'φθαλμὸς ἰλίλιξεν.

qui non fugit diligentiam Elegantissimi Röveri. Plures praeterea Musaei Codices, eademque vocis forma, licet in aliis locutionibus, Nonno, ut liquet ex locis adductis, non inusitata, satis hanc lectionem tuentur.

102. Παρατιτλάζων φρένα κόρης. Est imitatio Nonni

Χαῖρεν ἐπ' ἀγλαΐῃσιν· ἐν ἡσυχίῃ δὲ καὶ αὐτὴ
Πολλάκις ἱμερόεσσαν ἐὴν ἀπέκρυψεν ὀπωπήν,
Νεύμασι λαθριδίοισιν ὑπαγγελέουσα Λεάνδρῳ,
Καὶ πάλιν ἀντέκλινεν. ὁ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἰάνθη,
Ὅττι πόθον ξυνέηκε, καὶ οὐκ ἀπεσείσατο, κούρη.
Ὄφρα μὲν οὖν Λείανδρος ἐδίζετο λάθριον οἶμον,
Φέγγος ἀναστείλασα κατήϊεν ἐς δύσιν Ἠώς.

Ἐκ

Dionyſ. lib. 42. p. 1096. l. 27.

Εἶτεν ἀκηλίδωτα παρηπλώζων φρένα κούρης.

Μυσῶν λιγύφωνον ἄγων χορὸν ἠλίθιον Ἀπόλλων.

105. Ἀπέκρυψεν. Tres Codices ἐπέκρυψεν, duo in margine ἐπέκυψεν apud Röverum. Error natus quod α, & υ facillime permutantur, quod notum. Sic in Colutho de Raptu Helenae v. 22. pro

Πῆς μὲν ἐπ' Οὐλύμποιο, Περσηΐδαι τ' Ἀθάναται,

Legendum ἀπ' Οὐλύμποιο.

Ἐκ τ' ἀκιλιστήτοις ἐπιστομίοισι Κέλαινῶν

106. Ὑπαγγελέουσα. ita Baſil. ἐπαγγελέουσα Voſſ.

110. Ἠὼς *Aurora* vertitur in editione Baſil. aliisque, Kromajero placuit *Sol*, quemadmodum & v. 287. quod cum Röverо ſeçutus ſum. v. 192. autem

Ἀνὰ νύκτα καὶ Ἠῶ,

Notat *diem*. Varios hujus vocis ſignificatus tradunt Grammatici, de quibus poſt citatos a Doctiſſ. Valckenaerio

Gavisa est suum ob pulcritudinem; tacite vero & ipsa
Saepe gratam suam occuluit faciem,
Nutibus occultis signa amoris praenuntia dans Leandro,
Et rursus ex adverso ipsi innuit. ille vero intus animo gaudebat,
Quod amorem sensisset, & non renuerit puella.
Dum igitur Leander quaerebat occultam horam,
Lucem contrahens descendit ad occasum sol,

E

naerio ad Ammonium in V. Ἡμέρα consulendus Tzetzes ad Lycophr Cassandr. v. 16. Ἠὼς χρηματίζεται τὸ ἀπὸ πρωΐας μέχρι δ γεύματος καιρὸν, τὸν ὅλον ἡμέραν, καὶ δ ἀπὸ νύκτος καὶ ἡμέρας διάστημα, ὡς τὸ τῷ,

Ἠὼς γέ μοί ἐστιν
Ἠὼς δυωδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα.

καὶ καθολικωτέρως αὐτὸ δ λέγων ὄνομα νὺξ καὶ ἡμέρας, ὅπερ οἱ μυθογράφοι νυχθήμερον ἔλεγον εἶναι, ὡς ἐκεῖ δ,

Ἠὼς δ' οὐ λιχέων.

καὶ δ ἀπὸ ἀνατολῶν μέχρι μεσημβρίας δ ἡλίου διάστημα, ὡς δ,

Ἔφθη δ ἠὼς, πρὶν αἴξασι ἱερὸν ἦμαρ.

Primus locus exstat apud Homer. Iliad. φ. 80. Secundus Odyss. E. 1. Quid differat haec vox ab Ἡμέρα, tradit Ammonius l. c. Ἡμέρα Ἠὼς διαφέρει. Ἡμέρα μὲν γὰρ ἐστι τὸ κατάστημα μόνον ἀνθρώπων. Ἠὼς (ita lego cum Valken. non Ἠῶς) δὲ τὸ συναμφότερον. Totum autem locum scriptoris hujus obscurissimum esse acutissimo Editori facile largior, nec quomodo in clariori luce constituendus adhuc video, nisi excidisse aliquid statuamus. Forte enim

Ἐκ περάτης δ' ἀνέβαινε βαθύσπιος Ἔσπερος ἀστὴρ.

Αὐτὰρ ὁ θαρσαλέως μετεμίσθεν ἐγγύθι κώμης,
Ὡς ἴδε μυχανόπεπλαν ἐπιθρώσκουσαν ὁμίχλην,
Ἤρεμα μὲν θλίβων ῥοδοειδέα δάκτυλα κώ-
πης,
Βυσσόθεν ἐσοναχίζεν. ἀθέσφατον· ἦ δὲ σιω-
πῇ,

Οἷάτε

illa verba: ἦν Ἡσίοδος Νυκτὸς γενεαλογῇ κ. τ. λ. ut & ἦν (vera haec conjectura Valck. pro ἐν) πάλιν Ἡσίοδος Θείας ἀπολείπει. κ. τ. λ. per parentheſin ſunt inſerenda, quod non inſuetum eſſe Ammonio docet locus plane ſimilis in V. Ἄγγελος. Poſt verba autem inſerta, ultimo ſaltem loco deberet ſequi exemplum ex Poëta, Homero vel Heſiodo, quod καπέτημα ἀνύμφου denotaret, ſed librariorum ſupina incuria & ignorantia neglectum. Non diſſimili certe ratione loco depoſito ſuccurrendum eſſe perſuaſus ſum.

111. Ἀνέφαινε. ita Baſil. cum reliquis omnibus, praeter ſolam editionem ſecundam, in qua legitur ἀνίσχε, non improbante Röverο, quia nullis editio haec gloſſis eſt inquinata. Firmat hanc conjecturam Nonnus Dionyſ. lib. 7. p. 218. l. 24.

Ἕσπερον ἀντέλλοντα κὴξ ἀδύτοιο πλάσσας·

lib. 12. p. 296. l. 12.

Ἄμπελος ἀντέλλων ἔτι φωσφόρος.

ſic lib. 5. p. 146. l. 13.

Ἑσπερίης ἀνίσχοντι φάος ψευδήμονι νηΐ.

confer lib. 13. p. 376. l. 3. lib. 33. p. 832. l. 17. lib. 38. p. 964. l. 31.

114. Μιν. Baſil. 3. Voſſ. & quinque alii apud Röverum Codices. Elegantiſſima haec lectio curſum Orationis molliorem facit, quae ſi vulgatam ſequaris durior eſt. Nihil tamen in textu (ut vocant) inmutare

E regione autem adparuit umbrosa Hesperus stella,
Sed ipse audacter adibat prope puellam,
Ut vidit atratas insurgentes tenebras,
Tacite quidem stringens roseos digitos puellae,
Ex imo suspirabat vehementer, illa vero sentio, 115.
Tan-

tare ausus fui, cum ipsi Poëtae hanc duritiem adscribendam alius non multo elegantior locus docet, qui occurrit v. 320.

Πολλάκι μὲν λιτρύνουσι θαλασσαίην Ἀφροδίτην,
Πολλάκι δ' αὐτὸν ἄναχθ' Ποσειδάωνα θαλάσσης·
Ἀτθίδος ἐ Βορέην ἀμνήμονα κάλλεϊ νύμφης·

Ubi copulae inelegans, mea quidem sententia, est defectus. Praeterea v. 213.

Καὶ μιν ἐπιστυφέων σὺν ὄψεσιν δύπτε Βοώτην,
Οὐ θρασὺν Ὠρίωνα, τὸν ἄβροχον ἄλλοθ' ἁλίξας·
Πατρίδος ἀντιπόροιο πολὺ χλοεῦν ἄρμον ἰκοίμην.

Sed hoc loco plane durissimo Doctissimi Canteri elegantem, quicquid alii censeant, emendationem ἐψὲ δύοντα, omnino recipiendam esse docebimus. Ita nascitur optimus sensus & constructio minime impedita, istud enim ἰκοίμην convenit cum Ἔστομαι v. 212. permutatione modorum non inusitata, quod & ibi ostendemus, admissa.

114. Κύρης. Memoria lapsus Thomas Munckerus ad Antonin. Liber. cap. 41. p. 333. citat χαρὰς, cum in omnibus aliis Codicibus MSS. & editionibus habetur κύρης.

115. Βύσσοθεν ἐσανάχιζεν ἀθέσφατον. βυσσόθεν Voss. Ita Rosweytha de Gestis Oddonis I. T. I. Scriptorum Rerum Germanic. Meybomii p. 725. v. 745.

Ex aegri latebris ducens suspiria cordis.

Οἵητε χλωμένη, ῥαδέην ἐξέσπασε χεῖρα.
Ὡς δ' ἐρατῆς ἐνόησε χαλίφρονα νεύματα κύ-
ρης,
Θαρσαλέως παλάμῃ πολυδαίδαλον ἕλκε χιτῶνα,
Ἔσχατα τιμήεντος ἄγων ἐπὶ κεύθεα κηοῦ.
Ὀκναλέοις δὲ πόδεσσιν ἐφέσπετο παρθένος Ἡ-
ροῦ,
Οἵατερ ὄφι ἀθέλουσα, τοίην δ' ἀνενείκατο φωνὴν,
Θηλυτέροις ἐπέεσσιν ἀπειλείουσα Λεάνδρῳ·
Ξεῖνε, τί μαργαίνεις; τί με, δύσμορε παρ-
θένον ἕλκεις;

Ἄλ-

117. Χαλίφρονα νεύματα. χαλὶς, ὁ ἀήρατος οἶνος, ὁ μεμηνὼς, ἢ καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας. Hesychius. FRANCIUS.

118. Θαρσαλέως παλάμῃ. Basil. Θαρσαλίῃ Ven. Θαρσαλιῃ Codex ab Is. Vossio conlatus, qui hic jam desinit, quae elegans est & vera forte lectio, a qua non multum abit Ven. cum casus istos permutari in Codicibus tritum. Non parvum pro hac lectione pondus est in Nonno, qui saepe hunc loquendi morem secutus est. Ita lib. 26. Dionys. p. 680. l. 17.

Γηραλέῃ παλάμῃ πολυδαίδαλον ἀσπίδα πάλλων.

& lib. 34. p. 850. l. 20.

Μαλιχίῃ παλάμῃ πεφιδημένον ἰγχος ἀείρων.

ut & lib. 37. p. 940. l. 10.

Αἰδομένῃ παλάμῃ τετυνσμένον ἵππον ἀείρων.

praeterea lib. 37. p. 946. l. 7.

Τερπομένῃ παλάμῃ πρωταγρίῃ κύφισι νίκης.

Confer lib. 43. p. 1126. l. 30. lib. 48. p. 1260. l. 13. lib. 48. p. 1284. l. 23.

120. Ὀκναλέοις ϛ πόδεσσιν. Sic Kromajervs, qui tamen minus accurate vertit *Pigre*, & Röverus cum septem

Tanquam iraſcens, roſeam retraxit manum.
Ut vero amatae ſenſit remiſſos nutus puellae,
Audacter manu artificioſam traxit veſtem,
Ultima venerandi ducens ad penetralia templi.
Pigris autem pedibus ſequebatur virgo Hero,
Tanquam nolens, talemque emiſit vocem,
Femineis verbis minans Leandro:
Hoſpes, quid inſanis? quid me, infelix, virginem trahis?

Alia

tem aliis. Plures cum Baſil. Ὀχναλέως. Prius recepi. Ita Nonnus Dionyſ. lib. 32. p. 816. l. 19.

Ὀχναλέοις ϑ' πόδεσσιν ἐχάζετο ναῦφι κόρη.

& l. 32.

Σιγαλέοις ϑ' πόδεσσιν ἐδύσατο δύσχιον ὕλην.

Sic lib. 33. p. 32. l. 25.

Ὀχναλέοις ϑ' πόδεσσι μόγις βεβαῶς ἔτι Μοῖρα.

Conferri velim lib. 34. p. 860. l. 30. & lib. 43. p. 1134. l. 3. qui locus primo fere ſimilis eſt. lib. 44. p. 1154. l. 22. lib. 47. p. 1204. l. 10. lib. 45. p. 1176. l. 27. lib. 48. p. 1256. l. 32. p. 1266. l. 32.

121. Τοίην δ' ἀνυσίχαλον φωνήν. Coluthus de Raptu Helenae v. 167. 259. 288 dixit ϑόην α. φ. Sic Nonnus Dionyſ. lib. 6. p. 198. l. 10. Idem lib. 37. p. 942. l. 9. dixit:

Καὶ οἱ ἐπισσυμένῳ τρομερὴν ἀνυσίχαλον φωνήν.

quod rarius eſt, & forte in ἀνυσίχαλον mutandum; quod in hac re proprium fere eſt. Atque ita quoque Muſaeus v. 172. Quod autem paucos Codices inſedit ἀνυσίχαλον omnino corruptum hic eſt.

122. Ἀπαλείσατο. ἐπαλείσατο Whitfordus. leg. ἀπαλείσατο. FRANCIUS.

123. Ἔκτη, τί μαργαίνεαι;

Ἄλλην δεῦρο κέλευθον· ἐμὸν δ' ἀπόλειπε χιτῶνα·
Μῆνιν ἐμῶν ἀπόειπε πολυκτεάνων γενετήρων.
Κύπριδος ἄ σοι ἔαμε θεῆς ἱέρειαν ἀφάσσειν·
Παρθενικῆς ἐπὶ λέκτρον ἀμήχανόν ἐστιν ἱκέσθαι.
Τοῖα μὲν ἠπείλησεν, ἐοικότα παρθενεκῆσιν.
Θηλείης δὲ Λέανδρος ἐπεὶ κλύεν οἶστρον ἀπειλῆς,
Ἔγνω πειθομένων σημήϊα παρθενικάων.
Καὶ γὰρ ὅτ' ἠϊθέοισιν ἀπειλείωσι γυναῖκες,
Κυπριδίων ὀάρων αὐτάγγελοί εἰσιν ἀπειλαί.

Παρ-

Sic & Nonnus Dionyſ. lib. 45. p. 1160. l. 32.

Καδμε τί μαργαίνεις; τίνι δαίμονι κῶμον ἐγείρεις;

Nec non lib. 37. p. 942. l. 19.

Φαῦνε, τί μαργαίνεις ξυνήρετμε κῶμον ἀνάπτων;

Faune, quid feſtinas inſane communem reprehenſionem accendere? vel potius *quid inſanis c. r. accendens?* Quid enim huc faciat *feſtinare* non video.

129. Ἔπεὶ κλύεν. Baſil. cum plurimis aliis, quod auctoritate Homer. Iliad. O. v. 270. recte firmavit Röverus. Ven. & B. legunt ὡς ἔκλυεν. atque ita Nonnus Dionyſ. lib. 18. p. 498. l. 28.

Μίθη δ' ὡς ἔκλυε φωνήν.

Verum metro ita laboranti melius ſuccurrit editio ſecunda, quae legit ὅτ' ἔκλυεν. atque hanc lectionem minime ſpernendam tuetur idem Nonnus lib. 35. p. 878. l. 14.

Δαιμονίην δὲ γυναῖκες ὅτ' ἔκλυον ἴδιον ἠχώ.

Nec

Alia ito via, meamque dimitte veſtem!
Iram meorum evita (*time*) locupletum pa- 125
rentum!
Veneris non te decet deae ſacerdotem ſoli-
citare;
Virginis ad lectum difficile eſt pervenire.
Talia minata eſt, convenientia virginibus.
Feminearum autem Leander ubi audivit fu-
rorem minarum,
Senſit perſuaſarum ſigna virginum. 130
Etenim quum juvenibus minantur feminae,
Venerearum conſuetudinum nuntiae ſunt
minae.

Vir-

Nec non lib. 48. p. 1248. l. 2.

Καὶ Σαμίλης ὅτι παῖδα φιτρόσβιος ἔκλυε μήτης.

131. Ἀπαλέεσσι. ἀπιχθαίρουσι. Cod. Reg. alii contra metrum ἐχθαίρουσι apud Röverum, qui recte rejicit has lectiones, quas non fabricaſſent boni librarii, ſi ſtylum Muſaei accuratius adtendiſſent, qui easdem voces, praecipue cum dictorum rationem reddit, repetere ſolet. Supra v. 36.

Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτερέων·

Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες.

Atque ita aliis locis.

132. Κυπρίδιον ἄεθλον. Optime Scholiaſtes: Ὁμιλιῶν τὸ διὰ τῆς μιξίως. Ita v. 230.

Παννυχίων δ' ἀέθλων κρυφίους πολίοντες ἀέθλους.

Orpheus Argon. v. 1324.

Εἰδέ κε νυμφιδίοις ἀέθλοις λέκτρῳ τε κλιθείην

Παρθενίην ἄχυσεν, ἐὸς πόσις ἄμμιν ἀγίσθω.

Quod ſi vero maritali conſuetudine, concubitu-

que

Vir-

Παρθενικῆς δ' ἐύοδμον ἐύχροον αὐχένα κύσας
Τοῖον μῦθον ἔειπε, πόθῳ βεβολημένος οἴστρῳ·
Κύπρι φίλη μετὰ Κύπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην,
Οὐ γὰρ ἐπιχθονίησιν ἴσην καλέω σε γυναιξίν,
Ἄλλα

Virginitatem defloravit, suus maritus eam ducito.

Saepissime tamen notat *confabulationes*. Ita Nonnus lib. 31. p. 790. l. 33. lib. 38. p. 968 l. 8. lib. 40. p. 1016. l 20. lib. 48 p. 1258. l. 30. p. 1276. l. 10. & l. 32. aliisque locis, quae non coacervo. Vid. & Hesiodum in Ἔργοις v. 789. & in Theog. v. 205. saepe autem, quemadmodum & in quibusdam locis jam citatis, notat *sermones de rebus Venereis*. Ceterum de vario hujus vocis significatu consule Ez. Spanhemium ad Callim. Hymn. in Lavacr. Pall. v. 66. & ad h. l Röverum.

134. Πόθῳ βεβολημένος ὄιστρῳ. πόθῳ β. ὄιστρ. Venet. apud Röverum, atque ita forte in suo invenit Scholiastes, notat enim: Τοῖον λόγον φησὶ τῷ πόθῳ βεβλημένος τὴν ἡδονήν. Sed nihil muta. ὄιστρος enim, ut recte definit Ammonius in V. Μανία. est μανιώδης ἐπιθυμία. Ita Coluthus de Raptu Helenae v. 95.

Οὕτω φιλόπλους ἱμὰς ἐμὸν οἶστρον ἰλῶσαι.

Nonnus lib. 4. p. 122. l. 27. lib. 7. p. 218. l. 17. lib. 11. p. 316. l. 14. lib. 13. p. 384. l. 10. lib. 15. p. 424. l. 33. p. 430. l. 1. lib. 16. p. 456. l. 31. lib. 26. p. 690. l. 10. lib. 31. p. 794. l. 2. lib. 33. p. 836. l. 11. lib. 34. p. 848. l. 15. lib 37. p. 956 l. 16. lib. 41. p. 1068. l. 10. lib. 42. p. 1090. l. 33. p. 1102. l. 12. Sic & lib. 7. p. 216. l. 15.

Ζεὺς ἢ πυρσιγλώχινι πόθῳ δεδονημένος οἴστρῳ.

Quae phrasis, pro eo quod Mu-

Virginis autem bene olentem bonique coloris cervicem osculatus

Tale verbum ait, amoris ictus furore:

Venus cara post Venerem, Minerva post Minervam,

Non enim terrestribus aequalem voco te mulieribus,

Sed

Musaeus π. βεβολημένος ο. dixit, in deliciis ipsi habita recurrit lib. 10. p. 288. l. 7. lib. 42. p. 1084. l. 1. Ceterum hic consule Röverum, qui inter οἶστρον & κέντρον ἔρωτος recte distinguit: hoc autem apud Nonnum crebro quoque recurrit, ut quivis notare potest: lectorem enim exemplorum, quae notavi, numero obrutum ne taedium capiat, vereor.

136. Ἐπιχθονίῃσιν ἴσην---γυναιξὶν. Ita omnes editiones, & plures MSS. constanter; nec male. An tamen in his lateat manus auctoris equidem dubito. Suspicionem injicit lectio trium MSS. V. Ven. & Reg. apud Röverum, qui diserte praeferunt ἐπιχθονίων ἴσην---γυναικῶν, quod ourspernamus? ἴσος quidem cum casu secundo construi sine exemplo putabam; sed res in vado. Ita enim Achilles Tatius lib. 8. p. 475. Καὶ καθὼ λόγον ἔστιν ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον ὃ ᾠδήθη ἴσον ἔχων. Sic vulgo. Sed omnino emendandum, quod tamen huc non facit, cum Doct. Salmasio pag. 701. ἄνισον. Absorpta videtur prima vocis syllaba, quae in nonnullis forte Codicibus scribebatur, ut centies α & ι permutantur, ἴνισον, a praecedentis vocis ultima. Juvat Longus Pastor. lib. 2. p. 61. in eadem fabula: τὸ ὄργανον νοεῖ, καὶ τὰς καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους. καὶ ὅτι καὶ ὁ Ἔρως ἄνισος αὐτοῖς. *Instrumentum animo suo concipit, disparis cera conjungendo calamos, ad testandum disparem illis fuisse amorem.* Sed in viam. Nonnus lib. 8. p. 234. l. 21.

Τῆς

Ἄλλα σὲ θυγατέρεσσι Διὸς Κρονίωνος ἐίσκω.
Ὄλβιος, ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη, ἥ τε-
κε, μήτηρ,
Γαστὴρ, ἥ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη· ἀλλὰ
λιτάων
140. Ἧμετέρων ἐπάκουε, πόθῳ δ' ὄιστειρον ἀνάγ-
κην.
Κύπριδος ὡς ἱέρεια, μετέρχεο Κύπριδος ἔργα.
Δεῦρ'

Τῇς δίμας ἶσον ἴχουσα διίστιχε ἐς δόμον Ἥρης.

Cui corpus aequale habens transiit in domum Junonis.

Idem lib. 22. p. 586. l. 2.

Χιονίης σέλας ἶσον ἀκοντίζουσα σελήνης.

Candidae jubar aequale jaculans Lunae.

Nec non lib. 25. p. 674. l. 14.

Ἀνδρὸς ἴχνη τύπον ἶσον, ὃς ἐν λιχίεσσιν ἰούσης.

Ut & lib. 37. p. 928. l. 4.

Μῆνες ἴχνη τύπου ἶσον ἰῆς γενέτωρ τεκούσης.

Sic & ἴσελος occurrit apud eundem lib. 25. p. 642. l. 27.

Τίς κάμε τοῖον ἀγῶνα, πῆς ἴσελος ἔπλεθ Βάκχῳ·

Nec tantum cum casu secundo, sed & cum quarto junctum invenitur ἶσος apud eundem lib. 26. p. 667. l. 12.

Καὶ δίμας ἀπαίξασα μετάτροπον ἶσον Ὀρόντῃ,

Γαμβρὸν ἀϊρσιλάφῳ μιμήσατο Δηϊαδῆος·

Et corpus mutans versatile simile Orontem,

Generum superbi imitabatur Deriadei.

140. Οἴκτειρον Ita in Nonno Dionys. lib. 5. p. 166. l. 13. pro

Παι-

Sed te filiabus Jovis Saturnii adsimilo.
Beatus, qui te genuit, & beata, quae peperit, mater,
Venter, qui te enixus est, beatissimus. Sed preces
Nostras exaudi, amorisque miserere necessitatis.
Veneris ut sacerdos, exerce Veneris opera.

Huc

Παιδοφόνους ἄκτειρον ἀμειμφίας.

Filii homicidas miserare irreprehensibiles.

legendum ἀίκτειρον.

141. Μετέρχεο Κύπριδος ἔργα. Recte contra Pareum, qui μετέργεο volebat, vulgatam lectionem defendit Röverus ex Homero Iliad. E. v. 429. Sic Nonnus Dionys. lib. 1. p. 24. l. 26.

Μετερχομένη ἧκι ἀύτῃ,

Οἰστροσύνης μύραινα δρακοντίνης πόθον εὐνῆς,

Πορτυπόρων ἴφελξε θεμείλιον ἄθμια δρακόντων.

Pertransiens vero & ipsa,

Oestro agitata muraena serpentini desiderium lecti.

Per mare incedentium exhorruit cum Diis pugnantem halitum draconum.

Mallem vertere: *Cum adiret vero & ipsa o. a. m. serpentis desideratum lectum*, vel potius *exercens desideratum cum serpente concubitum.* Cum isto autem loco conferri meretur Achilles Tatius lib. 1. p. 59. apud quem legitur σμύραινα, quod & in Nonno forte quis reponeret, ut obfuerit similitudo ultimae praecedentis vocis literae; sed ego Vulgatam lectionem non temere sollicitarem.

142.

Δεῦρ' ἴθι, μυσιπόλευε γαμήλια θεσμὰ θεαίνης.

Παρθένον οὐκ ἐπέοικεν ὑποδρήσσειν Ἀφροδίτῃ,
Παρθενικαῖς δ' Κύπρις ἰαίνεται. Ἦν δ' ἐθελήσῃς

145. Θεσμὰ θεῆς ἐρέεντα, καὶ ὄργια πιστὰ δαῆναι,

Ἔστι

142. Omittit hunc versum editio Basileensis.

143. ἐπέοικεν. Pareus edidit ἐπέοικα.

ibid. ὑποδρήσσειν. ὑποδρήσειν Basil aliaeque apud Röverum mendose. Nonn. Dionys. lib. 34. p. 862. l. 16.

Ἄτταλάτεις ὑποδρήσσειν Διονύσῳ.

Sic. lib. 40. p. 1026. l. 5. p. 1028. l. 4. lib. 43. p. 1116. l. 23. Attamen lib. 48. p. 1264. l. 25. occurrit:

Μὴ γαμίῃ μετὰ πότμον ὑποδρήσεις Ἀφροδίτῃ.

Quem locum Pareus adducit edens & in notis ὑποδρήσειν. Sed in Nonno omnino legendum ὑποδρήσσεις.

145. ὄργια πιστὰ. Duo Codices κιδνὰ apud Röverum, sed qui recte notat Veneris sacra per excellentiam dici posse πιστὰ, atque hinc *foedera amantum*. Vox autem ὄργια, quae proprie *Sacra Liberi* notat, varios induit significatus, & quaevis *mysteria* denotat. Nonnus Dionys. lib. 4. p. 126. l. 32.

Καὶ Λίγυπτος Διονύσου

Εἴνία φοινιπόρος Θρείκιος ὄργια φαίνων.

ibid. l. 27. Cadmus, qui Graeciae literas induxit, dicitur,

Πάτρια θεσπεσίης δεδαημένος ὄργια τέχνης.

Paterna divinae doctus mysteria artis.

Sic lib. 41. p. 1074. l. 21.

Κάδμος ἐυγλώσσοιο διδάσκεται ὄργια φωνῆς.

Sic lib. 35. p. 868. l. 10.

Εἴ ποθι ἴυγμα

Φάε-

Huc ades, initiare nuptialibus legibus Deae!
Virginem non decet miniſtrare Veneri,
Virginibus Venus non gaudet. Si vero volueris
Inſtituta Deae amabilia, & caerimonias fidas (*veras*) ſcire,

Sunt

Φάρμακα λυσιπόνα Παιήονος ὄργια τίχης.

lib. 38. p. 966. l. 22.

Ἴδμων δ' αἰολόμητις, ἐπεὶ μάθεν ὄργια Μούσης

Οὐρανίης εὐκυκλὸν ἐπισταμένης ἴτυν ἄστρων.

Idmon vero varia conſilia ſciens, poſtquam didiciſſet orgia Muſae

Uraniae circularem cognoſcentis viam aſtrorum.

Quemadmodum & lib. 41. p. 1072. l. 16.

Σίλβων, ᾧ ἔνι πάντα τετεύχαται ὄργια θεσμῶν.

Atque ita *ſacra Veneris* hoc loco vocat Poëta, quocum conferri velim, quem ipſum reſpexiſſe non vane conjeceris, Achillem Tatium lib. 4. p. 219. ubi Clitophon ad Leucippen: Μίχει πότε, εἶπον, χρεώσομεν τῇ τῆς Ἀφροδίτης ὀργίων; *Quousque tandem, inquam, Veneris fructu carendum nobis erit?* Quo loco vehementer adridet, quemadmodum in libris eſſe, & potius legendum monet Cl. Salmaſius pag. 607. elegantiſſima lectio χηρεύομεν. Sic apud Suetonium in Julio Caeſare cap. 66. *Aut quidem vetuſtiſſima nave impoſitos, quocumque vento in quaſcunque terras jubeo avehi.* Cum viris Doctis omnino legendum, non *jubebo*, quod minus ſapit minantem ducem. Praeſentia autem tempora pro futuris eleganter adhibentur, ſed parum intellecta corrumpendi Scriptores ſaepe anſam dederunt Callimachus Hymn. in Dian. v. 251.

Εἴσι γάμος καὶ λέκτρα. Σὺ δ', εἰ φιλέεις Κυθέρειαν,
Θελξινόων ἀγάπαζε μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων,
Σὴν δ' ἰκέτην με νόμιζε, καὶ, ἣν ἐθέλῃς, παρακοίτην,

Τόν

Ἀλαπαζίμεν ἠπείλησε
Λύγδαμις ὑβρίσης.

Quod non intellexit Henr. Stephanus, qui perperam in ἀλαπαξίμεν mutat. Epigr. 1. v. 6.

Σὺν μοι
Βάλυσσον, ποτίρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.

Lactantius de Mort. Perſ. cap. 18. *Ille vero ajebat ei indecens eſſe, ſi poſt tantam ſublimis faſtigii claritatem in humilis vitae tenebras decidiſſet & minus tutum quod in longo imperio multorum ſibi odia quaeſiſſet.* Vir Doctus Jo. Columbus legendum putat & pro *ei*, quod elegantia non caret; recte enim cohaeret cum ſeqq. *& minus tutum.* Nec tamen plane neceſſarium. *Ei* enim pro *ſibi* aliquando occurrit, ut notum. Nec *decere* cum caſu tertio inſuetum. Quod enim P. Bauldri intrudit *futurum eſſe*, ſolito more inſcitiam prodit. Plautus Milit. Glorios. 3. 1. v. 10.

Quippe ſi reſciverint inimici conſilium tuum
Tuopte tibi conſilio occludunt linguam & conſtringunt manus,
Atque eadem quae illis voluiſti facere faciunt tibi.

Multus in hac locutione Hyginus, ut patet ex Indice Locutionum Rariorum aucto a Th. Munckero in V. *Infinitivus.* Orpheus Argon. v. 291.

Ἐν δ' ἄρα φωνῇ
Λαὸς ἐπερρώθησεν, Μινύαις ἐπικοίρανον εἶναι
Ἀλκείδην.

& v. 301.

Καὶ θῆκαν Ἰήσονα κοίρανον εἶναι.

Theo-

Sunt nuptiae & lecti. Tu autem, ſi amas Venerem,
Mulcentium mentem ama ſuavem legem amorum,
Tuumque ſervum (*tibi ſupplicem*) me accipe, &, ſi velis, conjugem,
Quem

Theocritus Idyll. 27: 60.

Φῆς μοι πάντα δόμεν, πάχα δ' ὕστερον ἠδ' ἄλα δοίης.

Confer Achillem Tat. lib. 8. p. 479. Ariſtaen. I. 13. Proprium autem hoc eſt Vaticinantium. Ovid. Heroïd. ep. 5: 117.

Graja juvenca venit.

Ubi videndus Summus Burmannus. Lucas in Euang. cap. 23. v. 29. Ὅτι ἰδοὺ, ἔρχονται ἡμέραι ἐν αἷς ἐροῦσι· Μακάριαι αἱ στεῖραι κ. τ. λ.

148. Ἢν ἐθέλῃς. Baſil. cum omnibus aliis. Unus Kromajerus edidit ἐθέλοις, improbante merito Rövero. Graecos ita locutos equidem non nego, quippe ita Nonnus Dionyſ. lib. 20. p. 544. l. 1.

Εἴμπης δ' ἢν ἐθέλοις ϑωρήξομαι·

Sed rariſſima haec conſtructio, nec apud Nonnum, niſi unico hoc loco, ni fallor, obvia, cum in plurimis alteram uſurpet. ſic lib. 10. p. 288. l. 6. lib. 16. p. 446. l. 13. lib. 17. p. 480. l. 20, & 24. lib. 19. p. 510. l. 24. & l. 31. lib. 24. p. 638. l. 19. lib. 29. p. 748. l. 22. aliisque locis plurimis. Theocritus Idyll. 27: 35.

Οὐ μὰ αὐϑὶν τὸν Πᾶνα, κἢν ἢν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.

Verſu 144. Poëta noſter dixit ἢν δ' ἐθελήσῃς. quomodo ſaepe idem Nonnus, ut lib. 2. p. 74. l. 31. lib. 6. p. 196. l. 12. lib. 8. p. 234. l. 3. lib. 10. p. 286. l. 18. lib. 16. p. 442. l. 21. lib. 19. p. 510. l. 25. lib. 31. p. 792. l. 28. p. 796. l. 23. lib. 34. p. 854. l. 21. aliisque locis plurimis. Tantum lib. 5. p. 168. l. 7 occurrit ἢν δ' ἐθελήσεις, pro quo Vir Doctiſſimus Gerartus

Τόν σοι Ἔρως ἤγρευσεν, ἑοῖς βελέεσσι κιχήσας·
Ὡς θρασὺν Ἡρακλῆα θοός χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς
Θητεύειν ἐκόμιζεν Ἰαρδανίην ποτὶ νύμφην.
Σοὶ δέ με Κύπρις ἔπεμπε, καὶ ἁ σοφὸς ἤγαγεν Ἑρμῆς.
Παρθένος ἄ σε λέλῃθεν ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντη·
Ἦ ποτε Μειλανίωνος ἐρασσαμένα φύγεν ἐυνὴν,
Παρθενίης ἀλέγουσα· χολωσαμένης δ' Ἀφροδίτης,
Τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.
Πείθεο καὶ σύ, φίλη, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς.

Ὡς

Falkenburgius in Lection. & Conject. ad h. l. legendum putat ἦ ἐθέλησεν: infeliciter sane. Quanto rectius perpetuum loquendi morem Poëtae secutus reposuisset ἦ δ' ἐθελήσῃς? Hoc & occurrit apud Musaeum v. 180. ubi uni Codici scribenti ἦ ἢ θελήσῃς, praesidium est in Nonno lib. 16. p. 440. l. 10. ubi dicit: ἦ ἢ θελήσῃ. nec non lib. 21. p. 570. l. 8.

ἦ ἢ θέλῃς πόδα κάμψαι ὁμιλεῖν εἰς χθόνα Μήδων.

Si quis tamen potius hic legendum putet ἦ ἢ ἐθελήσῃς & ἦ δ' ἐθέλῃς, quemadmodum primo, quem adduxi, loco, pro ἦ δ' ἐθελήσεις, ἦν ἐθέλῃς me non difficilem habebit; quamvis periculosiores tales emendationes,

Quem tibi Cupido venatus eſt, ſuis ſagittis adſecutus;
Sicut audacem Herculem celer auream geſtans virgam Mercurius
Servitum duxit Jardaniam ad puellam.
Tibi vero me Venus miſit, & non ſapiens adduxit Mercurius.
Virgo non te latet ab Arcadia Atalanta;
Quae olim Milanionis amantis fugit lectum,
Virginitatem curans; irata autem Venere,
Quem prius non amavit, (*eum*) in corde poſuit toto.
Perſuadere & tu, cara, ne Veneri iram excites.

Sic

nes, ſi Codices non faveant.

151. Ἰαρδανίην. Γορδανίην Vatic. & B. quemadmodum Ven. Ἰορδανίῃ apud Röverum. Eodem modo in Palaephato pro Ἰορδάνου, Tollium reſtituiſſe Ἰαρδάνου memorat Jac. Gronovius ad Herod. l. 7. p. 797. Qui ſcriptor eam ancillam Jardani vocat: Heraclidae enim ipſi memorantur εἶναι δούλης τινὸς τοῦ Ἰαρδάνου γεγονότες ὑπὸ Ἡρακλέους. quod ut conciliet Gronovius putat in inperio Aſiaticis ſimili, ubi praeter Reges omnia ſerva, Omphalen, Jardani licet uxorem, δούλην dici poſſe.

153. Λίλητον. In editione Baſil. mendoſe legitur λίλυθον.

157. Ἔγκρης. Corruptus in hac voce Nonnus Dionyſ. lib. 44. p. 1152. l. 6.

Ὣς εἰπὼν, παφέπεισιν ἀναινομένης φρένα κύ-
ρης,
Θυμὸν ἐρωτότοκοισι παραπλάγξας ἐνὶ μύ-
θοις.
Παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπὴν,
Αἰδοῖ ἐρυθιόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειήν·
Καὶ χθονὸς ἔξεεν ἄκρον ὑπ' ἴχνεσιν, αἰδομένη
δὲ
Πολλάκις ἀμφ' ὤμοισιν ἑὸν ξυνέεργε χιτῶνα.
Πειθὼς γὰρ τάδε πάντα προάγγελα. Παρθε-
νικῆς δὲ
Πειθομένης ποτὶ λέκτρον ὑπόσχεσίς ἐστι σιωπή.
Ἤδη καὶ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον ἐρώ-
των,

Θέρ-

Ἀλλ' ὅπι καὶ μανίης μείζω, καὶ λύσσαν ἀγείρω.

Sed quod etiam inſaniae inpero, & rabiem excito.

Ita ſaltem legitur in editione Hanoviae inpreſſa A. 1610. ſed legendum ἐγείρω, ita lib. 1. p. 40. l. 6.

Καὶ πλέον εἶσορον ἔγειρε.

lib. 4. p. 120. l. 16.

Ὡς καὶ ἐγείρω

Οἶκτον ὁμῶς καὶ ζῆλον ἀθλαγέϊ Περσεφονείῃ.

lib. 22. p. 600. l. 7.

Δάκρυα Νηϊάδεσσιν ἀδακρύτοισιν ἐγείρων.

lib. 31. p. 784. l. 5.

Καὶ χόλον ἄλλον ἔγειρεν ἐρυθραίῳ ὠδῖνι πόντῳ.

Vide praeterea lib. 43. p. 1116. l. 27. Abſolute Orpheus Argon. v. 415.

Ἡ δ' ὡς Ἡρακλῆϊ καπύπτια μαιμώωντες

Ε',

Sic fatus, perſuadendo flexit recuſantis mentem puellae,
Animum (*ejus*) amorem parientibus errare faciens verbis.
Virgoque tacita in terram defixit oculos,
Pudore rubefactam abſcondens genam;
Et terrae radebat ſummum veſtigiis, pudidibunda autem
Saepe circa humeros ſuam contraxit veſtem,
Perſuaſionis enim haec omnia praenuntia.
Virginis enim (*certe*)
Perſuaſae ad lectum promiſſio eſt ſilentium.
Jam & ſuavamarum ſuſceperat ſtimulum amorum

Ure-

Ε'ν Φολοῇ δ'ειεσαν· ἐπὶ μέινος οἵτε ἴγειρεν.

160. Ε'πὶ χθόνα πήξεν ὀπωπήν. Ita Coluthus de Excidio Ilii v. 296.

Ε''νπεπε· ἡ δ' ἐρύσσαν ἐπὶ χθονὶ πῆξεν ὀπωπήν.

Illud ἐπὶ χθονὶ occurrit & apud Homerum Iliad. A. 88.

Οὔπω ἐμεῖο ζώνῆος, κὴμ ἐπὶ χθονὶ δίεκομένοιο.

Locum enim non inſpexit Voetius, qui citat ἐπὶ χθόνα.

161. Ε'ρυθιόωσαν. ita Whitfordus. forte ἐρυθειόωσαν. FRANCIUS. Conjecturam Viri Doctiſſimi juvat Baſileenſis editio, & S. apud Röverum, & in quibus, quamvis conrupte, ἐρυθρόωσαν & ἐρυθροίωσαν ſcribitur. In reliquis omnibus ἐρυθιόωσαν, quemadmodum & in Nonno ſcribitur, Dionyſ. lib. 9. p. 266. l. 20. atque ita aliquoties occurit ἐρευθιόωσαν, & ἐρυθαίνετο.

162. Υ'π' ἴχνεσιν, ἐπ' ἴχνεσιν.

Θέρμετο δὲ κραδίην γλυκερῷ πυρὶ παρθένος Ἡρώ,
Καλλεϊ δ' ἰμερόεντος ἀνεπτοίητο Λεάνδρου.
Ὄφρα μὲν ὄν ποτὶ γαῖαν ἔχεν νεύουσαν ὀπωπήν,
Τόφρα δὲ καὶ Λείανδρος ἐρωμανέεσσι προσώποις
Οὐ κάμεν εἰσορόων ἀπαλόχροον αὐχένα κύρης.
Ὀψὲ δὲ Λειάνδρῳ γλυκερὴν ἀνενείκατο φωνήν,
Αἰδῶς ὑγρὸν ἔρευθος ἀποσάζουσα προσώπου·
Ξεῖνε, τεοῖς ἐπέεσσι τάχ' ἂν καὶ πέτρον ὀρίναις.
Τίς σε πολυπλανέων ἐπέων ἐδίδαξε κελεύθους;
Οἵ μοι. τίς σ' ἐκόμισσεν ἐμὴν ἐς πατρίδα γαῖαν;
Ταῦτα δέ πάντα μάτην ἐφθέγξαο. Πῶς γὰρ ἀλήτης

Ξεῖ-

ον. Basil. cum pluribus aliis; quinque scribunt ὖπ', atque ita Röverus edidit. Nihil verius. Sic plane Nonnus Dionys. lib. 10. p. 276. l. 4. de Ino in mare se praecipitante:

Ὡς φαμένη τρομεροῖσιν ὑπ' ἴχνεσιν ἤλατο πόντῳ.

Sic ubi dixit, trepidis vestigiis desiliit in pontum.

Quo loco inductus hic malui vertere: *Et terrae tadebat summum vestigiis* sive *pedibus*, quam *subter vestigia*, quod non plane perperam quem facturum dicit Cel. Kro-

Urebatur autem cor dulci igne virgo Hero,
Pulcritudineque ſuavis ſtupeſcebat Leandri.
Quando igitur (*illa*) in terram habebat inclinatos oculos,
Tum & Leander amore furente vultu
Non defatigabatur ſpectando teneram cervicem virginis.
Tandem autem Leandro ſuavem (*hanc*) emiſit vocem, (*Hero*)
Verecundiae madidum rubòrem ſtillans a facie:
Hoſpes tuis verbis forſan & cautem moveas.
Quis te fallentium verborum docuit vias?
Hei mihi! quis te duxit meam in patriam terram?
Haec tamen omnia fruſtra locutus es. quomodo enim vagus

Hoſpes

Kromajerus, ſibi tamen placere alteram interpretationem, quae mihi tamen non aeque adridet. Erudite autem Vir Cel. hunc locum contra nugas Parei explicavit.

169. Ὀπωπὴν. male vulgo ἰμίχλην. FRANCIUS. ἰμίχλην. Baſil. quoque cum aliis multis, ſed veram lectionem, quam & Scholiaſtes in ſuo Codice inveniſſe videtur, dudum Viri Docti reduxerunt.

176. Ἔχόμισσεν. ἐκόμισεν. Baſil. Sic in Nonno Paraphr. Joann. cap. 19. v. 61. pro Ἔκ-

Ξεῖνος ἐὼν, καὶ ἄπυστος, ἐμῇ φιλότητι μιγείης;
Ἀμφαδὸν δ' δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι.
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν· ἦν δ' ἐθελήσῃς
Ὥς ξεῖνος πολύφοιτος ἐμὴν ἐς πατρίδα μίμνειν,
Οὐ δύνασαι σκοτόεσσαν ὑποκλέπτειν ἀφροδίτην.

Γλῶσ-

Ἔχτιθεν ὑψορόφων μεγάρων ἐκόμισεν Ἰησῦν.

Legendum ἐκόμισσεν.

177. Ἐφθέγξαο. ἐφθέγξατο. Basil. Sic in So. legi & edidisse Rondellum, sed in notis conrexisse monet Röverus. Eadem menda insedit Nonno Dionys. lib. 40. p. 1040. l. 24.

Εἴτε σὺ Παιήων ὀδυνήφατος, εἰ πέλες αἰθὴρ
Ποικίλος, Ἀστροχίτων ἢ φαλίζεαι. Εὐνύχιοι γὰρ
Οὐρανὸν ἀστερόεντες ἐπαυγάζουσι χιτῶνες,
Οὔασιν εὐμενέεσσιν ἐμὴν ἀσπάζεο φωνήν.

Sive tu Paeon dolorem mitigans, sive es aether Varius, Astrochiton vero adpellatur. Nocturnae enim Caelum stellatae illustrant tunicae,
Auribus benevolis meam amplectere vocem.

Caecus est, qui non legendum mecum censet, Ἀστροχίτων ἢ φαλίζεαι, *Astrochiton vero adpellaris.* Verbis parco in re clarissima. Forte & in Paraphr. Euang. Joannis cap. 4. ubi vulgo scribitur:

Οὐδὲ μὲν εἴστιν Πέτρος ἄπο θρασὺς, οὐδὲ κε αὐτὸν
Τολμήσας ἐρέεινε, Τί δίζεαι, ἢ τί μετ' αὐτῆς
Φθέγγεαι;

melius legeretur τί δίζεαι; ἢ τί μ. α. Φθέγγεαι. Certe ita facer Scriptor v. 27. οὐδὲς μίννει εἶπε. Τί ζητεῖς; ἢ

τί

Hoſpes quum ſis & ignotus, meo amori miſcearis?
Palam non poſſumus nuptiis legitimis jungi;
Non enim meis parentibus (*id*) placuit. Si autem voles
Ut hoſpes vagabundus mea in patria manere,
Non potes furtivam celare Venerem.

Lin-

τί λαλεῖς μετ' ἀυτῆς; Hunc autem preſſe ſequitur Nonnus in talibus.

178. Ἄτυτος. ἄπιστος. Baſil. Legendum ἄπυστος cum H. Stephano. Vulgatam defendit Rondellus. FRANCIUS. Probarunt hanc lectionem Cel. Dorvillius nec non Röverus, quibus ſummo jure parui. ξεῖνος autem & ἄπιστος juncta reperiuntur apud Nonnum Dionyſ. lib. 14. p. 410. l. 22. & lib. 36. p. 904. l. 13.

ibid. ἐμῇ. in ora veteris Editionis ſcribitur ἐμοῖ.

179. Δυνάμεσθα. In quibusdam ſcribitur δυνάμεθα. Sed mendoſe. Sic apud Phavorinum: Σοὶ πάντῃς μαχόμεθα, πὰρ Ὁμήρῳ, ἤγουν ἀλλὰ σοί. Ut & Heſychium loco etiam citato a Valckenaerio ad Lesbonactem p. 186. cum in Homero Iliad. E. v. 875. recte legitur μαχόμεθα.

181. Πολύφοιτος. Pareus mallet πολίφοιτος, atque ita Cod. Ven. apud Röverum. Mirum tamen, addit, ni Poëta ſcripſerit πτερίφοιτος, quemadmodum Nonnus in Dionyſiacis. Id quamvis non ſpernerem, tamen contra Codices nil moveo.

182. Σκοτίσσαν. Cum in B. πυκίσσαν & Rondell. σκοπίσσαι offenderet, acute Elegantiſſimus Röverus τοκίσσαν legendum conjecit; verius tamen in Add. Vulgatam ſatis ſibi placere fatetur lectionem, ſed σκοτίσσαν Ἀφροδίτην elegantius verti poſſe *furtivam Venerem*

Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος· ἐν δὲ σιωπῇ
Ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐνὶ τριόδοισιν ἀκούει.
Εἰπὲ δὲ, μὴ κρύψῃς, τέον ὄνομα, καὶ σέο πάτρην·
Οὐ γὰρ ἐμὸν σε λέλῃθεν· ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Ἡρώ·
Πύργος δ' ἀμφιβόητος ἐμὸς δόμος ἀρχομήνης,
Ὧι ἔνι ναιετάουσα σὺν ἀμφιπόλῳ τινὶ μούνῃ
Σηστιάδος πρὸ πόληος ὑπὲρ βαθυκύμονας ὄχθας

Γεί-

rem quam *tenebrosam*, quod in versione secutus sum. Confer ad h. l. Pareum.

183. Ἐν ᾗ σιωπῇ. ut supra v. 104. ἐν ἡσυχίῃ. & omissa praepositione v. 115. ᾗ σιωπῇ κ. τ. λ. Generale autem hoc est effatum, de iis, quae secreto gesta facile in hominum notitiam perveniunt, atque adeo hic tantum noctem fraudi & rebus obscoenis accommodam minime cum Pareo intelligendam puto.

184. Ἐνὶ τριόδοισιν ἀκούει. Optime locum cepit Andreas Papius vertens:

In triviisque aliquis, tacite quae gesserit, audit.

Pessime Daniel Pareus, qui notat: *Cluit.* Alibi Graecus Antiphon in Politico: ὑπάρχει τι δόξης καὶ σωφροσύνης, καὶ εὐκλείας, καὶ τοῦ ἀκούειν &c. Putavit vir bonus ἀκούειν idem hic esse, quod Latini dicunt *bene*, *male audire*, quod a mente Musaei remotissimum.

188. Μούνῃ. Forte μύνῃ ut ad Hero referatur. FRANCIUS. Sic & MS. exhibere monuimus supra ad v. 33, neque haec elegans mihi displicet conjectura.

189. Ὄχθας *undas* Interpres in editione Basil. vertit. Rectius alii βαθυκύμονας ὄχθας reddunt *profundas undas*

das

Lingua enim hominum amans conviciorum:
& in silentio (*clam*)
Opus, quod perficit aliquis, in triviis audit.
Dic vero, ne celes, tuum nomen, & tuam 185.
patriam!
Non enim meum te latet: mihi nomen inclytum Hero.
Turris autem circumsona mea domus praealta,
In qua habitans cum ancilla quadam sola
Sestiensem ante urbem super (*ad*) profundas undas habentia littora

Vici-

das habentia littora. Propriè autem hanc vocem notare *ripam fluvii* contra Annam Fabri alios docuisse hic monet Kromajerus. Sic Ammonius in V. Ὄχθαι μὲν γάρ εἰσι ποταμῶν, χείλη. Migrant hanc observationem saepe scriptores, ut hic Musaeus. Contra Nonnus Dionys. lib. 23. p. 600. l. 19.

Αὐτὰρ ὁ βάρβαρος φῦλα παρ' ἠόνας ἄορι τύπτων
Εἰς ὀχθοὺς ἔτρεψε.

& l. 27.

Οὐ δ' ἐπὶ δὴν ὀχθῃσιν ἐπιστείβεσκε φερεσταθέος ποταμοῖο.

utraque enim vox proprie de *littore maris* usurpatur. Vid. & pag. 602. l. 17. Eodem modo *ripa* pro *littore maris* occurrit apud Lactantium de Mort. Persec. cap. 36. *Diversas ripas armati tenebant.* Sermo autem est de Propontidis litoribus. vid. Vir Doctus Jo. Columbus. Virgilius Æneid. lib. 8. v. 82.

Candida per silvam cum foetu concolor albo
Procubuit, viridique in litore conspicitur sus.

Servius: LITORE] *fluviali scilicet.* Ita v. 43.

Lito-

Γείτονα πόντον ἔχω συγεραῖς βαλήσι τοκή-
ων.
Οὐδέ μοι ἐγγὺς ἔασιν ὁμήλικες, οὐδὲ χορεῖαι
Ἠϊθέων παρέασιν· ἀεὶ δ', ἀνὰ νύκτα καὶ
Ἠῶ,
Ἐξ ἁλὸς ἠνεμόφωνος ἐπιβρέμει ὄασιν ἠχή.
Ὡς φαμένη ροδέην ὑπὸ φάρεϊ κρύπτε παρείην,
Ἔμπαλιν αἰδομένη, σφετέροις δ' ἐπεμέμφε-
το μύθοις.
Λείανδρος δὲ, πόθῳ βεβολημένος ὀξέϊ κέν-
τρῳ,
Φράζετο, πῶσκεν Ἔρωτος ἀεθλεύσειεν ἀγῶ-
να.
Ἄνδρα γὰρ ἀιολόμητις Ἔρως βελέεσσι δαμά-
ζει,

Καὶ

Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus.

Ad quem locum notat idem: LITOREIS] *Licet poſſimus etiam de fluvio* litus *dicere: ponit tamen diſcretionem, ut hic,* ſub ilicibus. *paulò poſt,* Viridiq. &c. Ipſe Servius ad v. 57. *ſic ergo & nunc* ducam *a litore fluvii non recedentem ſignificat.* Ovidius Heroïd. ep. 6: 34.

Milite tam forti ripa tenenda fuit.

Conſule Nic. Heinſium ad h. l. Graevium ad Flor. 2. 2. §. 1. &, quos laudat Wopkenſius in Obſ. Miſc. Vol. x. p. 12.

193. Ἠνεμόφωνος. ἠνεμόεντος Baſil. Prius retinui Viris Doctis obſecutus, ſed, quod in verſione relictum, *ventoſi* mutavi in *ventoſus*: Conſtruenda enim haec vox non cum ἁλὸς ſed ἠχή.

194. Κρύπτε. Sic Baſil. cum reliquis, praeter P. & Vo. in quibus κλέπτε. nam

Vicinum pontum habeo, inviſis conſiliis parentum.
Neque me prope ſunt coaetaneae, neque choreae
Juvenum adſunt; ſed ſemper, noctu & interdiu,
Ex mari ventoſus inſonat auribus ſonitus.
Sic fata, roſeam ſub veſte celabat genam,
Rurſus pudefacta, ſuaque increpabat dicta.
Leander autem, amoris percuſſus acuto ſtimulo,
Cogitabat, quomodo Amoris certaret certamen.
Virum enim varius conſiliis Amor ſagittis domat,

Etiam

nam Kromajerus errorem tandem emendavit, notante Röverο. Nonnus Dionyſ. lib. 36. p. 696. l. 21.

Ἵππος γὰρ φορέοντες ἀλωλότος αἴνυτο κόσμης,
Ψευδόμενοι κρύπτουσιν ἀληθέα κύκλον ὀπωπῆς.

& loco plane ſimili lib. 42. p. 1098. l. 22.

Παρθένος ἄσκοπον ὄμμα φυλασσομένη Διονύσῳ
Φάρεϊ μαρμαίρουσαν ἐὴν ἔκρυψε παρειήν.

Alteram lectionem quidem juvat ipſe Poëta v. 161. & Achilles Tat. lib. 6. p. 359. ἡνίκα κλείπει τὸ αὐγάσπορον τῇ πέπλῳ. Sed contra Codicum conſenſum nil moveo.

198. Ἀιολόμηλος. Quidam αἰολόμητιν, ſed minus recte, ut jam monuit Doct. Röverus. Sic & Amor Nonno vocatur Dionyſ. lib. 33. p. 24. l. 14.

Δεύτερος αἰολόμητις ἔρως τεχνήμονι θεσμῷ

Ἵμε-

Καὶ πάλιν ἀνέρος ἕλκος ἀκέσσεται· ὅισι δ' ἀνάσσει

Αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ βουληφόρος ἐστὶ βροτοῖσιν.

Αὐτὸς καὶ ποθέοντι τότε χαρίσμησε Λεάνδρῳ.
Ὀψὲ δ' ἀλασήσας πολυμήχανον ἔννεπε μῦθον.
Παρθένε, σὸν δ' ἔρωτα καὶ ἄγριον οἶδμα περήσω,
Εἰ πυρὶ παφλάζοιτο, καὶ ἅπλοον ἔσσεται ὕδωρ·
Οὐ τρομέω βαρὺ χεῦμα τεὴν μετανεύμενος εὐνὴν,
Οὐ βρόμον ἠχήεντα περιπτώσσοιμι θαλάσσης.
Ἀλλ' αἰεὶ κατὰ νύκτα φορεύμενος ὑγρὸς ἀκοίτης
Νήξομαι Ἑλλήσποντον ἀγάρροον· Οὐχ' ἕκαθεν γὰρ
Ἀντία σεῖο πόληος ἔχω πτολίεθρον Ἀβύδου.

Μῶ-

Ἱμερόεν δείπνης εἶλε, καὶ ἔσχατα τελευτῆς.
Quemadmodum Venus δαλόμητις dicitur Colutho de Excidio Ilii v. 80.

206. Περιπτώσσοιμι. ita V. Ven. Cod. Reg. S. nec non St. & L. in marg. idque voluit Cod. A. in quo legitur περιπτώσσοιμι. Reliqui omnes ſcribunt βαρυγδούποιο, Baſil. βαρύχδουποιο. Prius retinui Eruditiſſimo Röverо, qui an illud non retinendum eſſet valde dubitare ſe profitebatur, non parvos ſtimulos ſubjiciente. Nonnus Dionyſ. lib. 17. p. 476. l. 11.

Δεῖσαι ἐπεγκλίσαι νίκην.

Καὶ

Etiam rurſus viri vulneri medetur; quibusque dominatur
Ipſe omnium domitor, iis etiam conſulit, hominibus.
Ipſe etiam amanti tunc auxiliatus eſt Leandro.
Tandemque ingemens ſolers dixit verbum:
Virgo, tuum propter amorem etiam aſperam undam tranſibo,
Etſi igni ferveat, & innavigabilis fuerit aqua.
Non timeo gravem undam, tuum adiens cubile,
Non fremitum ſonantem exhorreſco maris;
Sed ſemper per noctem vectus (*per aquas*) madidus maritus
Natabo (*per*) Helleſpontum valde fluentem; non longe enim
Contra tuam urbem habeo oppidum Abydi.

Tan-

Καὶ Σατύρες πτώσσοντας.

p. 478. l. 14.

Σὺς Σατύρους πτώσσοντας ἐμῷ δαρὲὶ πάντας ἐλίσσων.

Sic lib. 26. p. 682. l. 2.

Ψυχῆς θάρσος ἔχησι· καὶ ἐ πτώσσουσιν Ἐνυώ.

Nec non lib. 36. p. 908. l. 22.

Τί πτώσσεις Διόνυσε; πὸ σοὶ δόλος ἀντὶ κυδοιμοῦ;

Sic καταπτώσσω, exſtat apud Homerum Iliad. Δ. v. 224. & 340. Iliad. Ε. 254. 476. & πτώσσω v. 634. &c.

210. Μῶνον ἐμοὶ ἕνα λύχνον ἀπ' ἠλιβάτου σέο πύργου
Εἰς περάτης ἀνάφαινε κατὰ κνέφας· ὄφρα νοήσας
Ἔσσομαι ὁλκὰς Ἔρωτος, ἔχων σέθεν ἀστέρα λύχνον.
Καὶ μιν ὀπιπτεύων οὐκ ὄψομαι δύντα Βοώτην,

Οὐ

213. Ὀπιπτεύων. in B. legitur ὀπιπεύων; quemadmodum innumeris, imo omnibus locis apud Nonnum in Dionyſiacis. Recte autem Doctiſſ. Röverus pro *aſpiciens* vertendum potius *obſervans* in Add. monuit. Ita Nonnus lib. 7. p. 213. l. 18. de Jove natantem Semelen diligenter obſervante:

Πατρὸς ὀπιπευτῆρος Ἔρως ἀντώπιον ἔστη.

Idem lib. 20. p. 536. l. 1. Argum vocat:

Ζηνὸς ὀπιπευτῆρα βοοκμήρων ὑμεναίων.

& lib. 31. p. 796. l. 24. de eodem:

Ζηνὸς ὀπιπευτῆρα βοοκλόπου ἄλκον ἐγείρας.

Aliisque locis.

ibid. Ὄψομαι. Ὀψιμέδοντα Papius. ὀψὲ δύοντα Canterus Nov. Lection. l. 2. ex Homero Odyſſ. ε. 272. ὀψὲ δύοντα Βοώτην. quo reſpexit. Pro οὐκ ὄψομαι Codex Regius ὃ βλέψω. quo omnis difficultas tollitur. Praeſtat tamen Canteri emendatio. FRANCIUS. Ad inficetam lectionem ὄψομαι, quae omnes Editiones & Codices fere inſidet, ſtabiliendam multi multa commenti, ſed infeliciter. Daniel Pareus, ſe probare illorum ſententiam, qui ᾳ & αι conripi poſſe ſtatuunt, fatetur: Hoc autem tempore, quo Bootes, ſive temo ſuperavit ſtellas, ſublimem eſſe noctem Ennium teſtari. Illud vellem pluribus, quam uno Orphei loco adſtruxiſſet, exemplis; alterum, ſi id vo-

Tantum mihi quendam lychnum ab excelsa tua turri
E regione ostende per tenebras; ut (*illum*) intuens
Sim navis Amoris habens tuam stellam (*stellae loco*) lychnum;
Et ipsum observans non spectem occidentem Booten;

Non

voluit, nescio quid juvet. Voetius veram lectionem nondum inventam putat, cujusque tamen conjecturam, Papii sc. & Canteri, commodam esse. Ego Canteri tantum veram puto. Heumannus difficultatem non vidit. Schoettgenius αι & οι conripi, & contrariam sententiam a Bentlejo speciose magis, quam vere demonstratam, putat, quod ut prolixius ostenderet, instituti rationem non pati. Sed non video, cur non aeque commode id facere potuerit ac Casaubonus, Jensius, aliique in suis ad scriptores, quos inlustrabant, notis. Verius puto difficultatem hujus rei absterruisse Cel. Virum, nec vanam conjecturam hanc esse docet locus Homeri, quem unicum tantum laudat, Iliad. A. 18.

Χ' μὲν μὴ θεοὶ δοῖεν ἀλύσπητα δώματ' ἔχοντες.

Si quis enim ibi synizesin esse statueret, nihil reponi posset. Atque ita ipse Hesiodus in Θεογ. v. 44.

Θεῶν γένος αὐδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδοί.

Sic locum Theognidis v. 653.

Εὐδαίμων εἴην, καὶ θεοῖς φίλος ἀθανάτοισι.

Cepit Cel. Jo. Alberti ad Jac. ep. 2: 23. Atque ita Orpheus Suffimine Vestae p. 178. v. 5.

Οἱ καὶ θεῶν μακάρων θνητῶν σέλγμα κρατοῦσι.

Homerus Odyss. E. 215.

Πότνια θεὰ μὴ μοι τόδε χώσεο· οἶδα καὶ αὐτός.

Deinde monet Bootem occide-

Οὐ θρασὺν Ὠρίωνα, καὶ ἄβροχον ὅλκιδι Ἀ-
μάξης·

215. Πατρίδος ἀντιπόροιο ποτὶ γλυκὺν ὅρμον ἰκοί-
μην.

Ἀλλὰ, φίλη, πεφύλαξο βαρυπνείοντας ἀήτας,
Μὴ

cidere IV. Nonas Martias ex Ovidio, eoque tempore tempeſtates in mari adhuc ſaevire. Kromajerus hic tacet. Eruditiſſimus Röverus bono judicio Canteri emendationem probavit, nec non Francius, cui tamen minus recte aliquo in pretio fuit illud ἀ βλεψω, quod & aliquando mihi inciderat, ſed mox damnavi. Eſt enim manifeſta gloſſa, quemadmodum recte cenſuit Röverus, nec quicquam juvat ſenſum, qui in voce ὄψομαι conruptiſſimus, nec cuiquam tamen animadverſus, ne ipſi Cantero, qui tantum, ne illud ω conriperetur, metuiſſe videtur. Quis enim, quaeſo, ſenſus in his, *Oſtende mihi lychnum, quem obſervans non adſpiciam occidentem Bootem?* Bootem ſera nocte occidere norunt & qui nondum aere lavantur, ſed quid denotet occidentem ſtellam videre id non expedio. An tales ſequeretur bonus Leander? Alii omnes certe *nitidas*, *clare fulgentes*, & *certas*. Valerius Flaccus lib. 2. v. 61.

Atque adeo non illa ſequi mihi ſidera monſtrant

Quae delapſa polo reficit mare: tantus Orion

Jam cadit: irato jam ſtridet in aequore Perſeus.

Sed mihi dux, vetitis qui nunquam conditus undis

Axe nitet ſerpens, ſeptenosque inplicat ignes.

Ubi v. primo omnino cum Voſſio legendum puto *monſtrat*, quod tamen non ad Argo, quemadmodum ille, ſed ad Palladem refero, ut v. 49.

Nec me tantum Tritonia curſus

Erudiit, ſaepe ipſa manu dignata carinam eſt.

&

Non aſperum Orionem, & ſiccum tractum Plauſtri,
Patriae (*tuae*) oppoſitae ad dulcem portum 215.
veniam.
Sed, cara, cave graviter flantes ventos,

Ne

& v. 53.

Quanta quoties & Palladis arte

Incaſſum decimae cecidit tumor arduus undae.

Niſi quis putet Muſaeum per δύσιν Βοώτου intelligere ſtellam quae non ſemper ſplendet, ſed ſecundum Servium ad Virg. Georg. I. 229. verno tempore occidit, & quidem IV. Nonas Martias. ut Schoettgenius ex Ovidio hic notat. Fateor ita meliorem ſenſum gigni: ſed non perfectum. Quid enim huc facit τὸ δύσιν? quo monendum erat occidere Bootem? ne dicam longiuſcule petitum id videri, nonne conſtructio, quod ſupra ad v. 114. monui, dura, imo vix ferenda in ſcriptore, nedum eleganti Poëta? nonne ſublata iſta ſcabritie optimus ſenſus, & elegans orationis curſus redditur? Certe qui monitus haec omnia concoquere poterit, illi durum ſtomachum non invideo. Eaedem fere rationes valent, ſi quis interpretaretur: ſtellam, quae, ſera quamvis nocte, tamen occidit, nec toto tempore fulget, quamvis haec omnium revera optima interpretatio &, ſi vera lectio, tantum admittenda. Nemo tamen putet me id agere ut exemplum hoc, quo diphthongus *au* ſequente conſonante conripitur aliis eripiam, cum contrariam plane foveam ſententiam, quam, ne nimium haec nota creſcat, in Animadverſionibus latius adſtructum ibo. Recte quoque hunc locum cepit Florens Chriſtianus, qui vertit:

Intuitusque illam, non merſum ſera Bootem,

Sic Papius *ſeri ſigna Bootae* reddit. Nam Gulielmus de Mara, & Whitfordus omiſerunt. Ceterum elegantiſſimi loci inventionem debet noſter Ovidio Heroïd. ep. 18. v. 149.

Μὴ μὶν ἀποσβέσσωσι, καὶ ἀυτίκα θυμὸν ὀλέσσω·
Λύχνον, ἐμῷ βιότοιο φαεσφόρον ἡγεμονῆα.
Εἰ ἐτεὸν δ' ἐθέλεις ἐμὸν ὄνομα καὶ σὺ δαῆναι,
Ὄυνομά μοι Λειάνδρος, ἐϋσεφάνῳ πόσις Ἡρῇ.
Ὡς οἱ μὲν ἡρῳφίοισι γάμοις συνέθεντο μιγῆναι,

Καὶ

Nec ſequar aut Helicen, aut, qua Tyros utitur, Arcton:

Publica non curat ſidera noſter amor. &c.

Eſt aliud lumen, multo mihi certius iſtis,

Non erit in tenebris quo duce noſter amor.

Confer totum locum oppido elegantiſſimum. Siderum autem nomina & reliqua mutuatus eſt ab Homero l. c. ubi de Ulyxe a Calypſone diſcedente:

Πλειάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι

Μ' τ' ἀυτῷ σείφιζι, καὶ ὑ' Ὠαρίωνα δοκεύει·
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λουτρῶν Ὠκεανοῖο.

Quem locum noſtrum ſaltem imitatum eſſe nemo, niſi durae frontis negare ſuſtinebit. Id ſi verum judicium Muſaei omnino deſidero, qui cum eleganter ſcribere poſſet, quemadmodum Canterus emendavit, hemiſtichio Homeri Carminis tantum inſerto, omnia collutulare maluerit, quod videant illi, an h. l. in Poëtam cadere velint. Talia autem hemiſtichia carminibus ſuis inſerere, ut ſummos Poëtas non puduit, ita nec noſtrum, quod vel hic locus docet v. 214. qui can-

Ne ipſum exſtinguant, & ſtatim animam per-
dam;
Lychnum, meae vitae luciferum ducem.
Si verum autem vis meum nomen & tu ſci-
re,
Nomen mihi Leander, formoſae (*elegantî* 220.
redimitae corona) conjux Herus.
Sic hi quidem clandeſtinis nuptiis conſti-
tuebant miſceri,
Et

conſtat ex Nonno Dionyſ. lib. 20. p. 534. l. 32.

Οὐ θεσσὶν Ἀξείοιο δυσίμερον.

& lib. 23. p. 618. l. 14.

Ἄξονες ἄκρα κάρηνα, καὶ ἄβροχον ἄλκον ἁμαίξης.

Ut mittam alia loca, quae in notis & Animadverſionibus recurrunt.

217. Καὶ αἰνύτω θυμὸν ὀλέσσω. Pareus hunc verſum ſequenti poſtponit, ſed invitis Muſis & Gratiis. Verius Viri Docti Berglerus & Kromajerus in Diſſertatione ſua p. 19. haec verba per parentheſin includunt. Ceterum καὶ non agnoſcit editio Baſileenſis.

219. Εἰ ἐπὶ δ' ἐθέλοις. Εἰ ἐπὶ ἢ θέλοις Baſil. cum pleriſque aliis. Prius cum paucioribus Röverum ſecutus recepi. Eruditiſſimus Dorvillius omnino legendum cenſet Εἰ δ' ἐπὶ ἐθέλοις, atque ita apud Homerum occurrere Εἰ δ' ἐπὶ notat Röverus. Sed alterum Εἰ ἐπὶ non rarius obvium eſt apud eundem Poëtam, ex. gr. Iliad. B. v. 300. E. v. 104. Nonnum Dionyſ. lib. 3. p. 102. l. 26. lib. 42. p. 1100. l. 16. Illud autem Εἰ δ' ἐθέλοις occurrit ib. p. 1102. l. 9. & apud Homerum Iliad. Z. v. 150. Φ. v. 487. nusquam, quod ſcio, Εἰ ἢ θέλοις. Nam quod in Heſiodi Ἔργοις v. 106. pro Εἰ δ' ἐθέλοις MS. I. Graevii, ut monet in Lection. cap. 3. ſcribit Εἰ ἢ θέλοις ſimiliter corruptum puto.

220. Πίστις. Leandrum ſta-

Καὶ νυχίην Φιλότητα, καὶ ἀγγελίην ὑμεναίων,
Λύχνε μαρτυρίῃσιν, ἐπισώσαντο φυλάξειν;
Ἡ μὲν Φάος ταμέειν, ὁ δὲ κύματα μακρὰ περῆσαι.

Παν-

tim hic in nomine omen rapere, quod putat Pareus, nimis quaesitum, nec a Poëta forte cogitatum.

223. Φυλάξειν. φυλάσσειν Basil.

224. Φάος Ita recte Basileensis cum reliquis aliis editionibus, & MSS. soli Pareus & Krommjerus contra omnium Codicum fidem, ne monito lectore, edere ausi sunt φῶς, quod miror secutum Eruditissimum Röverum, nec non Francium, qui ita emendarat in margine, praecipue cum altera lectio habet, quo se tueatur. Quidni enim si Homero & Hesiodo θεὰ & θεοῖς una syllaba pronunciare vitio nemo vertit & hic licebit Musaeo φάος? Quidni cum saepe in aliis vocibus simile quid observare licet? Sic πολέως duabus syllabis extulit Aschylus. Consule Eruditissimum Spanhemium ad Callim. Hymn. in Jov. v. 87.

Ἐσπέριος κέν τις γε πόλει, τό κεν ἠοῖ τοιόσδε.

Nisi quis, quemadmodum Bentlejus aliique, hic legendum censeat τοίοσδε. Vulgatam tamen tuetur Tryphiodorus de Ilii Excidio v. 380.

Γαστέρα δ' πλήθουσαν ἀναπλήσασθ' ἀναβοήσει.

Nisi & hic scribendum ἀναβώσει. Homerus Iliad. ψ. v. 195.

Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ, καὶ ὑπέσχετο ἱερὰ κάλλα.

v. 226.

Ἡμος δ' Ἑωσφόρος εἶσι, φάος ἐρίων ἐπὶ γαῖαν.

Si quis tricetur in hisce exemplis omnibus brevem syllabam absorberi a longa, hic vero ubi duae natura breves aliam longe esse rationem respondere possem primam in φάος produci, ut a Nonno in Paraphr. Euang. Joann. cap. 20. v. 42.

Εἰς

Et nocturnum amorem & nuntium nuptiarum,
Lychni teſtimoniis pacti ſunt ſervare;
Illa quidem, lychnum extendere, hic autem, undas latas tranſire.

Per-

Εἰς τρία φάεα μοῦνον ἐγείρεμεν ὄφρον ἰδόντε.

Sic autem Homerus Iliad. Ω. v. 736.

Κοίμησε δ' ἐνὶ δήμῳ ἀδελφεὸν ἑπποτα Ἕκτωρ.

Nec non v. 769.

Δακρύων, ἠ γαλόων, ἠ εἰναπύρων ἐνοπάων.

Confer Doctiſſ. Graevium Lect. Heſiod. cap. 1. Vel ſyllabae poſitione longae eandem eſſe rationem regererem, ut apud Heſiodum in Ἔργοις v. 492.

Μήτ' ἄρ' γενόμενον πολιὸν, μήθ' ἥλικος ὄμβρος.

Homerum Iliad. Ω. v. 734.

Ἀτθλεύων ὡς τ' ἄνακτος ἀμυλίχιος ἦ ἐς Ἀχαιούς.

& Orpheum Argon. v. 484.

Ἴλιον Δαρδανίην, Πετεῶο ἐπιδέξι' ἔχοντες.

Sed hic ν elidi ante Δ, dequo ad v. 318. potius crederem. Vel reſponderem duas breves eodem numero poſſe haberi, quemadmodum ex. gr. apud Heſiod. in Ἔργοις v. 502.

Δείκνυσι δ' ἀνθρώποισι, θέρεος ἔτι μέσσου, ἰόντος.

& v. 647.

Βάλλειν δ' χεῖα τε πρόφυγόν τε καὶ λιποῦ' ἀπειρῆ.

Ubi χεῖα una ſyllaba pronunciandum tamen, quod rariſſimum, conripitur. Niſi, quod Graevius in Lect. cap. 15. monet duos Codices ſcribere, βάλλειν δ' quis amplecti velit, ut v. 477, 478. Vel potius ſynizeſin in βάλλειν ſtatuere, quemadmodum v. 261.

Δῆμος ἀπηφαλίας βασιλῆι, οἳ λυγρὴ νοεῦντες.

Certiſſimae enim emendationi Graevii cap. 6. omnino ſubſcribendum. Vulgo βασιλέων. Ita Θεογ. v. 94.

Ἐκ δὲ Διὸς Μοῦσαι καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος

Ita certe ſcribitur in antiquis Scholiis ad h. l. & Didymo ad Homer. Iliad. A. v. 167. ut notat Graevius. Sed in editionibus hujus

325. Παννυχίδας δ' ἀνύσαντες ἀκοιμήτων ὑμεναίων,
Ἀλλήλων ἀέκοντες ἐνοσφίσθησαν ἀνάγκῃ,

H.

Poëtae non habetur illud ϑι, quod forte ortum ex praecedenti verſu:

Οἷα τοι Μυσῶν ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.

Quo loco Scholia, notante Graevio, ſcribunt οἷα τε. Sed male. An metuerunt ii, qui nobis hanc lectionem procuderunt, ne οι conriperetur? Sed ſecuris eſſe licuerat; ultima enim in οἷα facile produci poteſt ob ſequentem literam τ. Quemadmodum Homerus Iliad. Υ. v. 315.

Μήτι τοι δρυὸς μίγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι·
Μήτ' ἄν τι κυδιόωντας ἴσει οἷ νῶϊ πάντως.

Conf. v. 318. &c. Heſiodus in Ἔργοις v. 113.

Νόσφιν ἄπερ πόνων ἠδ' ὀιζύος.

Quemadmodum recte hunc cum multis aliis locis reſtituit ſagaciſſimus Graevius Lect. Heſiod. cap. 3. Si quid mutandum, illud ϑ ejici non incommode poſſet; cum praecedentibus certe non male cohaerebit.

Nec rariores tales ſyniſeſes apud Latinos. Propertius lib. 4. El. 7. v. 7.

Eosdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos,

Eosdem oculos.

Quo loco omnino faciendum puto cum iis, qui craſin admittunt, quamvis *Hosdem* in ſex libris. Vid. Broekhuſius. Virgilius Georg. lib. 1. v. 481.

Fluviorum Rex Eridanus.

Ubi triſyllabum eſt *Fluviorum*, quemadmodum *Connubium* apud Poëtas, utrecte ſynaereſin in ea voce agnovit Scholiaſtes Statii ad Theb. 2. v. 340. ſecus ac Servius, de quo Eruditiſſimum Munckerum in eleganti Diſſertatione Hygino praefixa pag. 8. conſuli velim, ubi ex barbaris Inſcriptionibus alia exempla dabit. Rosweytha de Geſtis Oddonis v. 12. p. 711.

Praeeminet eximius.

Hoc ſi cogitaſſet Interpres Delphinicus Petrus Callyus, non tam puerilem nobis

Pernoctationes autem exſecuti vigilum nup- 225.
tiarum,
A ſe inviti ſeparati ſunt neceſſitate,

Ea

bis dediſſet emendationem in Boëthio de Conſol. Philoſ. lib. 4. Metr. 5: 21.

Cedat inſcitiae nubilus error.

Ubi vitio creatus Cenſor ſatis pro imperio, ſpretaque omnium Codicum, quos parum curat plerumque, auctoritate reponit

Cedat inſciti nubilus error.

At ego nihil mutandum cenſeo. Olim cogitabam Poëtam contra antiquorum morem ſecundam ſyllabam conripuiſſe, quia ſimilem naevum deprehendiſſe mihi videbar, eodem h. lib. Metr. 4. v. 5.

Quos ſerpens leo, tigris, urſus, aper
Dente petunt, iidem ſe tamen enſe petunt.

Quod & monuerat Sitzmannus. Sed conſultis notis ineditis Viri Eruditiſſimi Gulielmii Vlamingii, qui ex Codice MS. quem Tertium vocat, *omnino ſcribendum* putat *apri*, quemadmodum jam Barthius Adv. lib. 44. cap. 6. ubi legit *urſi & apri*, divinaverat, nec non Vallinus, eique obſecutus Callyus ediderat, ſententiam, quod ad hunc locum attinet, fere muto. Barthio autem ſcribenti *urſi & apri*, favet aliquo modoCD'O. qui agnoſcit &: quamvis nihil mutarem, cum tales elegantes copulae defectus Poëtae ſint in deliciis. Confer ex. gr. lib. 3. metr. 9. v. 26.

Te cernere finis,
Principium, vector, dux, ſemita, terminus idem.

Nec tamen a violatarum metri legum crimine plane abſolvi poteſt Boëthius, qui contra Veterum morem ultimam vocis *Ceres* ſyllabam conripit lib. 3. Metr. 1. v. 4.

Ut nova fruge gravis Ceres eat.

Lubens ſcriberem *Ceres gravis*; ſed nullus Codex favet. Lib. 4. Metr. 3. v. 14. primam in *ululare* producit:

Flere

Ἠ μὲν ἐὼν ποτὶ πύργον, ὁ δ' ἀρφυαίην ἀνὰ νύκτα,
Μήτι παραπλάζοιτο, λαβὼν σημήϊα πύργου,
Πλῶε

Flere dum parat, ululat: Quemadmodum ſecundam in *Corpora*, lib. 5. Metr. 4. v. 4.

E corporibus extimis. Quae ſeculi in turpiſſimam, quam ne optima ingenia penitus effugere potuerunt, barbariem ruentis clariſſima ſunt indicia.

228. Λαβὼν. Sic emendandum locum conruptum conjectura ductus certiſſima jam ante annum vidi, praecipue cum librarios perpetuo voces βαλὼν & λαβὼν inmutaſſe in Codicibus noveram. Sic in Herodoto lib. 1. cap. 46. pro κατὰ βαλεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. Jac. Gronovius ex Codice Mediceo edidit καταλαβεῖν. Vide ipſum pag. 807. Cap. 63. pro συμβαὼν ἐς χρηστήριον Th. Gale vult συμβαλὼν, contrarium defendente Gronovio pag. 815. quem & confer ad cap. 91. pag. 826. In Polyaeno Strateg. lib. 4. 2. §. 13. pro τοῖς μὲν ἐφεστῶσι περιλαβομένοις μένειν. Caſaubonus recte legit περιβαλομένοις. Nunc cum video acutiſſimo Berglero, nec non Kromajero, qui omnino videndus, eandem conjecturam in mentem veniſſe, eamque amplecti Elegantiſſimum Röverum, in textum (ut vocant) recipere non veritus fui. Non enim ſpero quenquam id mihi vitio verſurum, cum & alias Virorum Doctorum certiſſimas conjecturas Lectoribus exhibuerint ſaepiſſime Editores, ipſius etiam Muſaei. In vulgata enim lectione βαλὼν nullus ſenſus; ad λαβὼν autem prope accedunt tres Codices, in quibus λαθὼν, apud Röverum. Qui pro λαβὼν σημήϊα πύργου inſuper legendum cenſet λύχνου, defendere ſententiam poterit v. 301. ubi pro

Διαπρεπὴς ἐπὶ πύργου.

Quidam legunt λύχνου. Sed ut ibi Röverus nihil mutandum, ſic nec h. l. conſultum puto. Miſerrime autem torſerunt haec Interpretes. Whitfordus vertit:

Juve-

Ea quidem ſuam ad turrim, hic autem, obſcuram per noctem,
Ne quid erraret, capiens ſigna turris,

Navi-

Juvenis ne nocte in umbra
Signa ſub obſcurae fallant incognita turris
Multa cavens.

Florens Chriſtianus:

Miſſo turris ſigno, ne forſan aberret.

Gulielmus de Mara:

Ne quid aberraret, ſignis pro turre ſtatutis.

Miror hunc quaſi ſuae opinioni faventem ſolum laudaſſe Kromajerum, niſi propterea quod *tranavit* verterit; ſed & Florens Chriſtianus:

In bene fundatae populos enavit Abydi,

Unus ſenſum percepit Andr. Papius:

At providus ille,
Signa notans turris, ne ſe nox falleret atra.

Sic Ovidius ep. 19: 35.

Protinus in ſumma vigilantia lumina turre
Ponimus, adſuetae ſigna notamque viae.

Intellige igitur Leandrum Abydum ſera nocte natantem reſpexiſſe Heronem lucernam tenentem, vel ipſam lucernam ex turre ſuſpenſam. Sic apud Ovidium ep. 18: 117. Leander:

Digredimur flentes, repetoque ego virginis aequor,
Reſpiciens dominam, dum licet, usque meam.

Ne quid tamen diſſimulem, longe felicius ſcenam conpoſuiſſe mihi videtur ingenioſiſſimus Naſo, quam Muſaeus, qui amatorem ſera nocte domum ſe referentem lucernae miniſterio uſum canit, ad quam oculos flectere debebat, cum Abydon verſus iter inſtituendum, quod ita procul dubio natatori difficillimum eſſe debuit. Praeterea, ſi lumen Leander e litore Abydeno vix videre potuit, ut refert Ovidius ep. 18: 31.

Lumina quin etiam ſumma vigilantia turre,

Aut

Πλῶεν βαθυκρήπιδος ἐπ' εὐρέα δῆμον Ἀβύδου.

Παννυχίων δ' ὀάρων κρυφίους ποθέοντες ἀέθλους
Πολλάκις ἠρήσαντο μολεῖν θαλαμηπόλον ὄρφνην.
Ἤδη κυανόπεπλος ἀνέδραμε νυκτὸς ὁμίχλη,
Ἄνδρασιν ὕπνον ἀγοῦσα, καὶ ὀ ποθέοντι Λεάνδρῳ·
Ἀλλὰ πολυφλοίσβοιο πάρ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης
Ἀγ-

Aut videt, aut acies noſtra videre putat.

ſis enim verbis indicat lumen tantis tempeſtatibus noctu ſurgentibus obſcurius fulſiſſe, & aliquando vix apparuiſſe, quemadmodum Virgilius Æneid. lib. 6. v. 452.

Ut primum juxta ſtetit, adgnovitque per umbras
Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam.

Quomodo, quaeſo, natator atra nocte id reſpexit? Quamvis id non adeo urgeam, cum ſecundum Muſaeum facile lumen videre potuit. Confer. v. 234. & ſeqq. Ovidius autem mari ſe conmiſiſſe amatorem ſub auroram canit. ita enim ep. 18: 111.

Famque, fugatura Titoni conjuge noctem,
Praevius auroraе Lucifer ortus erat.

Eo autem tempore lucernae nullus uſus.

230. Παννυχίων. Παννυχίην Baſil. cum plerisque, nec non Florente Chriſtiano qui vertit:

Tota nocte ambo furtivae murmura rixae
Optabant.

quo

Navigabat (*natabat*) profundi fundamenti ad
magnum populum Abydi.
Nocturnarumque conſuetudinum clandeſtina 230.
deſiderantes certamina
Saepe optarunt, ut venirent cubiculum or-
nantes tenebrae.
Jam atrata cucurrit noctis caligo,
Viris ſomnum adferens, ſed non amanti
Leandro;
Sed (*is*) multifremi apud litora maris
Nun-

quo quid ineptius? Quomodo enim, quaeſo, amatores certamen amoris perficere cupidi *per totam noctem* optaſſent, ut *nox adveniret?* Recte igitur παννυχίων retinui cum Rövero aliisque. Ceterum nota hic ut, vix ſubeunte Aurora digreſſi, mox iterum votis exoptent noctem amatores, quod eleganti βραχυλογίᾳ hic expreſſit Poëta. Similem obſervo apud Lucam Euang. cap. 24: 31. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Quam paucis verbis hic deſcribitur, quomodo Chriſtus ex oculis diſcipulorum evanuerat? Nec mora ſcilicet longior eſſet in deſcriptione, quam ipſa re, ut loquitur Vir Acutiſſimus Jer. Marklandus ad Stat. Sylv. l. 2. v. 144. Vid. & ad illum locum Elegantiſſimus Gevartius Papin. Lection. cap. 17. p. 66. & praeterea idem Marklandus ad 2. l. 146. nec non 3. l. 135. in Addendis. qui uſum hunc in locutionibus variis oſtenderunt.

231. Θαλαμηπόλου. ὡσεὶ ἡ θαλαμὼ διασκιάσουσα. FRANCIUS. Nonnus Dionyſ. lib. 7. p. 218. l. 33.

Καὶ γλυκερὴν μήνυσε Διὸς
θαλαμηπόλου ἄφρην.

236. Νε-

Ἀγγελίην ἀνέμιμνε φαεσφορέων ὑμεναίων,
Μαρτυρίην λύχνοιο πολυκλαύστοιο δοκεύων,
Εὐνῆς τε κρυφίης τηλεσκόπον ἀγγελίωτην.
Ὡς δ' ἴδε κυανέης λιποφεγγέα νυκτὸς ὁμίχλην
Ἠρῶ, λύχνον ἔφαινεν· ἀναπτομένοιο δὲ λύχνου
Θυμὸν Ἔρως ἔφλεξεν ἐπειγομένοιο Λεάνδρῳ·
Λύχνῳ καιομένῳ συνέκαιετο. πὰρ δὲ θαλάσσῃ

Μαι-

236. Πολυκλαύστοιο. *multum deflendi*; si sic legendum. Aliae editiones πολυκλαύδιο (ut Basil. aliaeque multae.) Forte scribendum πολυκλύστοιο, *quam Identidem in vocat lucernam.* Cephalus apud Ovidium 7. Metam. Caligula apud Sueton. cap. 50. Catull. 51. Confirmat hanc conjecturam Leander apud Ovidium v. 30. & mox ipse Musaeus. FRANCIUS. Sed, quod pace viri Doctissimi dixerim, locus Ovidii parum juvat:

Rupe sedens aliqua spectto tua littora tristis,
Et quo non possum corpore, mente feror.

Nihil hic de invocata lucerna, ut nec in seqq.

Lumina quin etiam summa vigilantia turre
Aut videt, aut acies nostra videre putat.

Neminem in hac emendatione moveat quod voces πολύκλαυστος & πολύτλητος nimis differant: Videtur enim olim lectum πολυτλήτοιο, cum facilis permutatio literarum κ & τ. Voces autem illas confundi patet ex v. 330. ubi πολυτλήτοιο edidit Roverus ex Codicibus, cum in aliis πολυκλαύδιο, quae lectio ex glossa in utrumque locum inrepsit forte. Vulgatam

Nuntium opperiebatur lucentium nuptiarum,
Teſtimonium (*ſignum*) lychni lugubris obſervans;
Lectique clandeſtini procul ſpeculantem nuntium.
Ut verò vidit nigrae obſcuram noctis caliginem
Hero, lychnum oſtendit: accenſo vero lychno
Animum Amor uſſit feſtinantis Leandri:
Lychno ardente ipſe etiam ardebat. ad mare autem

Inſa-

tam tamen, ne quid diſſimulem, lectionem defendere poſſes admiſſa prolepſi, quam non videtur adtendiſſe Vir Acutiſſimus, λύχνον nimis ſubito πολύλαυστον vocari ratus, quod me quoque olim adeo offendebat, ut de ſanitate loci dudum dubitaverim. Optime hanc prolepſin expreſſit Papius vertens:

Luminis indicium exſpectans, miſerabile quandam.

Atque ita Virgilius Æneid. lib. 7. v. 717.

Quosque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Lucerna autem πολύλαυστος vocatur, quae extincta leti cauſſa fuit Leandro; quemadmodum Virgilius Æneid. 3: 138.

Miſerandaque venit.

Arboribusque ſatisque lues.

Ubi Servius: MISERANDA] *Metonymia, quae miſeranda facit.*

241. Πὰς ὁ θαλάσσης. θαλάσσης Baſil. cum pluribus. Prius Röverum ſecutus tamen recepi. Supra v. 32.

Πύργον λὶν προγόνων ὑψηγέτιν νᾶϊ θαλάσσης.

Ubi ipſum vide.

245. Θα-

Μαινομένων ῥοθίων πολυηχέα βόμβον ἀκουέων
Ἔτρεμε μὲν τοπερῶτον, ἔπειτα δὲ, θάρσος ἀείρας
Τοίοισι προσέλεκτο παρηγορέων φρένα μύθοις·
Δεινὸς Ἔρως, καὶ πόντος ἀμείλιχος· ἀλλὰ θαλάσσης
Ἐστὶν ὕδωρ, τὸ δ' Ἔρωτος ἐμὲ φλέγει ἐνδόμυχον πῦρ.

Λάζεο

245. Θαλάσσης Ἐστὶν ὕδωρ. Ἐκτὸς Rondellus non inconcinne. FRANCIUS. Vulgatae certe lectioni praeſtat, in qua nullus ſenſus, qui ita optimus ſurgit. Berglerus legebat ἀμείλιχον, vel θάλασσα, atque hoc probat Röverus, a quo non diſcedo. Certe emendatio facillima. ita v. 241. pro θαλάσσῃ plures ſcribunt θαλάσσης. Conferri autem cum hoc loco debet Anacreon Od. 14: 9.

Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Vertit Henr. Stephanus:

Nam cur petamur extra,
Quum praelium ſit intus?

Ubi legendum ἐούσης, vel ipſa interpretatio docet. Charmides apud Ach. Tatium lib. 4. p. 233. ἐπὶ πόλεμον νῦν ἐξελεύσομαι ῥυκόλων· ἔνδον μοι ἡ ψυχῆς ἄκμος πόλεμος πάθημι. κ. τ. λ. Elegantiſſime Ovidius ep. 18: 89.

Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, praeſtat Amor.

Conferri poteſt con noſtro Poëta Nonnus Dionyſ. lib. 35. p. 876. l. 5. de Morrheo ſe lavante:

Ψυχρῇ ἓ δίεμας φαίδρυνε θαλάσσῃ,
θείε-

Inſanarum undarum multum ſonantem fremitum audiens
Tremebat quidem primo, poſtea vero audaciam attollens,
Talibus adloquebatur conſolans mentem verbis:
Gravis Amor, & mare inplacabile: ſed 245,
maris
Eſt aqua, verum Amoris me urit inteſtinus ignis

Ad-

Θίεμον ἴχαν Πηφίης ὀλίγον βέλος.

Lib. 42. p. 1084. l. 3.

Ἤχεὶ ὕδωρ Διόνυσε μάτην πιτυς· ἀ δύναῳαι ῥδ

Σβέσσαι δίψαν Ἔρωτος ὅλος ῥόος ἀχεανοῖο.

Εἶρέο σὸν γενίτην, ὅτι πλέιον εἴδμα περήσας

Νυμφίος Εὐρώπης οὐκ ἴσβεσεν ἱμερόεν πῦρ. κ. τ. λ.

Sic lib. 7. p. 216. l. 29.

Ἀκιδιοπάτρῃ ϛ βελέμνῳ

Βαιὸς Ἔρως ἴφλεξεν ὀϊστευθεὶς κεραυνῷ.

Οὐδὲ χύσις νιφετῶο κὴ ὁ φλογέυλ φορῆϊ

Ἀέρος κραίσμησεν.

Seneca Hippolyt. v. 334.

Spicula cujus ſentii in imis
Caerulus undis grex Nereidum
Flammamque nequit relevare mari.

Illud autem ἰνδόμυχον πῦρ occurrit lib. 4. p. 122. l. 17. lib. 25. p. 674. l. 9. lib. 42. p. 1104. l. 9. Quemadmodum πάντος ἀμείχιλος, lib. 4. p. 122. l. 17. loco gemino:

Ἀλλ' ἰρίεις ὅτι πόντος ἀμείλιχος· οὐκ ἀλεγίζω
Μαινομένης ῥοθίοιο.

Qui locus priori Bergleri conjecturae adverſatur.

Λαίζεο πῦρ, κραδίη, μὴ δείδιθι μήχυτον ὕδωρ.
Δεῦρό μοι εἰς Φιλότητα· τί δὴ φθιόωσιν ἀλεγίζειν;
Ἀγνώσσεις, ὅτι Κύπρις ἀπάσπορός ἐστι θαλάσσης,
Καὶ κρατέει πόντοιο, καὶ ἡμετέρων ἀδυμόλπων;
Ὡς εἰπὼν μελέων ἐρατῶν ἀπεδύσατο πέπλον
Ἀμφοτέρῃς παλάμῃσιν, ἐῷ δ' ἔσφιγξε καρήνῳ,
Ἠϊόνος δ' ἐξῶρτο, δέμας δ' ἔρριψε θαλάσσῃ.
Λαμπομένῳ δ' ἔσπευδεν ἀεὶ κατεναντίον λύχνῳ,
Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόσολος, αὐτόματος νῆυς.
Ἡρὼ δ' ἠλιβάτοιο Φαεσφόρος ὑψόθι πύργου,
Λευγαλέης αὔρῃσιν ὅθεν πνείουσιν ἀήτης
Φάρεϊ πολλάκι λύχνον ἐπέσκεπεν, εἰσόκε Σηστὸς
Πολλὰ καμὼν Λείανδρος ἔβη ποτὶ ναύλοχον ἀκτήν.
Καὶ μιν ἐὸν ποτὶ πύργον ἀνήγαγεν· ἐκ δὲ θυράων

Νυμ-

252. Ἀμφοτέρῃς. Ἀμφοτέρως Basil.

255. Ἐὼν. Whitfordi editioni hanc, quae exciderat, vocem addidit FRANCIUS.

256. Φαεσφόρος ὑψόθι πύργου. Primam vocem ad Heronem referri nemo non videt, & tamen fraudi fuit Elegantissimo Whitfordo, ut liquet ex ejus interpretatione:

Hero flammiferae sed fummo in vertice turris.

Quasi

Adſume ignem, cor, ne time effuſam aquam.
Ades mihi ad amorem; cur fluctus curas?
Ignoras, quod Venus nata ſit e mari,
Et dominatur ponto, & noſtris doloribus?
Sic fatus membra amabilia exuit veſtem
Ambabus manibus, ſuoque adſtrinxit capiti;
Littoreque exſiluit, corpusque dejecit in mare,
Splendentemque feſtinabat ſemper adverſus lychnum;
Ipſe remex, ipſe claſſis, ipſe ſibi navis.
Hero autem alta lucifera in turri,
Pernicioſis auris undecumque ſpiraret ventus,
Veſte ſaepe lucernam tegebat, donec Seſti
Multum fatigatus Leander venit ad portuoſum littus;
Et ipſum ſuam ad turrim deduxit; ad fores vero

Spon-

Quaſi ſcriptum fuiſſet φαιεφόρε, niſi, quod malo, vir Doctus ob carminis leges inverterit epitheton.

257. Λευγαλέης ἄυρησιν. Forte Λευγαλέας ἄυραισιν, ut Plantin. FRANCIUS.

Favet ex parte Baſil. aliaeque plures apud Röverum in quibus ἄυραισιν. Sed nihil muta.

259. Ποτὶ ναύλοχον. Sola Baſil. editio ſcribit ποτὶ ἄυλοχον.

Νυμφίον ἀσθμαίνοντα περὶ τύξεσσι σιωπῇ,
Ἀφροκόμης ῥαθάμιγγας ἔτι σάζοντα θαλάσσης,
Ἤγαγε νυμφοκόμοιο μυχὸς ἐπὶ παρθενεῶνος,
Καὶ χρόα πάντα καθῆρε, δέμας δ' ἔχρισεν ἐλαίῳ
Εὐώδμῳ, ῥοδέῳ, καὶ ἀλιπνόου ἔσβεσεν ἀδμήν.
Εἰσέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυζώνοις ἐνὶ λέκτροις
Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα φιλήνορας ἴαχε μύθους.

Νυμφίς

261. Σιωπῇ. σιοπῇ Whitf.

264. Ἔχριεν. Alios ſcribere ἔχρισεν Pareus notat.

265. Ῥοδέῳ. Daniel Pareus, quamvis ediderat ῥοδίῳ, nec ullam diverſitatem lectionis memorat, tamen hanc cedro dignam dedit notam: ἐλαίῳ ῥοδίῳ] Coelius Rhodiginus lib. 27. cap. 26. Antiq. Lection. notat ex Plutarcho, ῥόδον dici, ἅπερ ὕμας πολὺ τὴν ὀδμὴν ἀφίησι, διὸ καὶ πάχιστα μαραίνεσθαι. Alii λιπὸ τοῦ ὄζειν inflectunt, quod eſt *clere*. Sed nihil haec ad Muſaeum, qui ῥόδιον ἔλαιον vocat, quod Homerus Iliad. Ψ. v. 186. de Venere Hectorem mortuum lugente,

Ῥαδίνῃ δὲ κεῖτο ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ.

Quem locum reſpexit Pollux lib. 6. cap. 19. ſegm. 104. τὸ δὲ ῥόδιον ἔλαιον, ῥοδεῖον ὄμηρος καλεῖ. ubi Vid. Jungermannus; quem miror illud ῥόδιον in ῥόδινον mutare, cum ῥόδιος obvia ſit vox, quae ni placeat, aeque commode legere poteris ῥοδεον, ut Muſaeus aliique non pauci. De ipſo olei uſu latius in Animadverſionibus dicam.

267. Ἴαχε

Sponſum anhelantem complexa ſilentio,
Spumeas ex capillis guttas adhuc ſtillantem maris,
Duxit ſponſam ornantis ad penetralia virginalis cubiculi.
Et cutem totam abſterſit, corpusque unxit oleo
Bene olenti, roſeo, & mare ſpirantem exſtinxit odorem. 265.
Adhuc autem anhelantem alte ſtratis in lectis
Sponſum circumfuſa blanda (*haec*) emiſit verba:

Sponſe

267. Ἴαχε μύθους. Ita Hemſt. Stephanus. Alii Codices ἴυνσε. FRANCIUS. atque ita Baſil. editio cum pleriſque aliis; quemadmodum ſaepe Nonnus in Dionyſiacis & Paraphr. Joannis. In Vaticano Codice ſcribitur ἴαχε, an voluit ἴσχε? Ita Tryphiodorus de Excidio Ilii v. 256.

Λισσόμενος ἧ γέροντι δολοπλόκου ἴσχετο μύθου.

v. 419.

Μάτην ἧ χεῖας ἀπειρεσίας ἴσχεις.

Niſi cum Rövero latere ἴαχε velis, quod verum puto, atque ita multi Codices: Quin & Andreas Papius ita jam olim legendum monuit, quod veriſſimum eſſe vel Nonni imitatio docet, qui centies hanc locutionem uſurpavit. Ita Dionyſ. lib. 1. p. 14. l. 2.

Τοῖον ἔπος πτερόφοιτος Ἀχαιὸς ἴαχε ναύτης

lib. 2. p. 52. l. 28.

Ἀνιπτόποσι σαμάτοσι πολύτροπον ἴαχε φωνήν.

Confer lib. 16. p. 452. l. 4. lib. 20. p. 548. l. 18 & l. 27. & innumeris fere aliis

Νυμφίε, πολλὰ μόγησας, ἃ μὴ πάθε νυμφίος ἄλλος·
Νυμφίε, πολλὰ μόγησας, ἅλις νῦτοι ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Ὀδμή τ' ἰχθυόεσσα βαρυγδούποιο θαλάσσης·
Δεῦρο, τεὸς ἱδρῶτας ἐμοῖς ἐνικάτθεο κόλποις.
Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν· ὁ δ' ἀντίκα λύσατο μίτρην,

Καὶ

liis locis, etiam in compositis. Absolute quoque occurrit lib. 4. p. 134. l. 23.

Καὶ οἱ ἀτυζομένῳ λαοσσόος ἴκχε δαίμων.

Et ipsi trepidanti populos servantem emisit vocem Dea

Ita vertitur, quasi scriptum λαοσσόον, sed male. λαοσσόος δαίμων est Pallas, de qua ibi sermo. ἴκχε autem saepissime ita occurrit, ut lib. 10. p. 286. l. 10. &c.

268. Νυμφίε, πολλὰ μόγησας, ἃ. in Codice Veneto legi πολλ' ἔπαθες τὰ, quam lectionem forsan quoque a manu glossatoris provenire Röverus notat. Nihil certius, esse vel violatae metri leges evincunt: ἃ enim quod conripitur, ut hic ἃ, produci deberet, quod intolerandum. Fateor idem dixisse Homerum Odyss. Θ. v. 155. quod notat Röverus, nec non I. v. 492. Iliad. Υ. v. 607. &c. Sed nostrum eo respexisse minime credo. Quid? quod elegans illa repetitio vocum in initio versus plane ita perditur. Haec autem Nonno, cujus exemplum secutus Musaeus videtur, in deliciis habita, sic Dionys. lib. 3. p. 165. l. 1.

Λιπτολίης πόδας εἶδε, καὶ ἐν ἰφθίμοισι μαχηταῖς·
Λιπτολίης πόδας εἶπε, καὶ ἐν ἴδε κύκλα τριδίλων.

Ita pag. 166. l. 2, 3. lib. 15. p. 428. l. 3, 4. lib. 16. p. 458. l. 29.

Ὦμοι

Sponſe, multa tuliſti, quae non paſſus eſt ſponſus alius;
Sponſe multa tuliſti; ſatis tibi eſt ſalſae aquae,
Odorisque piſcoſi graviter frementis maris:
Huc ades, tuos ſudores meis depone in complexibus.
Sic illa haec locuta eſt; ille vero ſtatim ſolvit zonam,

Et

Ὤϊ μοι παρθενίης, τὴν ἥρπασεν ἰχθυόεις ὕδωρ,

Ὤϊ μοι παρθενίης, τὴν ἥρπασεν ὕπνος ἐρώτων,

Ὤϊ μοι παρθενίης, τὴν ἥρπασε Βάκχος ἀλήτης.

lib. 19. p. 510. l. 2.

Σὲι Στάφυλοι, Διόνυσε, παπύρασι χάλκεος ὕπνος,

Σὲν Στάφυλοι, Διόνυσε, Χαρμωνίδος ἥρπασαν ἄυρας,

p. 512. l. 18, & 19. lib. 22. p. 582. l. 14, 15. lib. 24. p. 632. l. 15, 16. lib. 36. p. 892. l. 2, 3. lib. 40. p. 1024. l. 15.

Τίς με λαβὼν κομίσειεν ἐς ἰσχνὸν πέμπτον Δώριος;

Τίς με λαβὼν κομίσειεν ἐς εὐρυχείθεος Ὑδάσπεω.

lib. 46. p. 1194. l. 9.

Οἷον θῆρα δάμασσας ἐχίφρονα πίτνον Ἀγάυῃ;

Οἷον θῆρα δάμασσας, ὃν ὑμετέρη πίτνα γαστήρ;

Οἷον θῆρα δάμασσας, ὃν ἐσπίεμψεν Ἔχιον;

Δίεχθε σεῖο λίοντος, ἃ αἰσίη τύτθον ἄειρε.

Δίεχθε σεῦ λίοντος, ἣ Ἀγαυὴ σέο μήτης.

Confer praeterea lib. 47. p. 1124. l. 11, 12. & l. 31, 32. lib. 48. p. 1278. l. 3, 4. & l. 32, 33. p. 1296. l. 18, 19. Quae minoris momenti loca mitto. Vid. & quos laudat Pareus ad h. l.

272. Μίτρην. B. & Par. μήτρην

Καὶ θεσμῶν ἐπέβησαν ἀρισσονόε Κυθερείης.
Ἦν γάμος, ἀλλ' ἀχόρευτος· ἔην λέχος, ἀλλ' ἄτερ ὕμνων.
Οὐ ζυγίην Ἥρην τις ἐπευφήμησεν ἀοιδός·

Οὐ

μήτρην apud Röverum ſcribunt; quemadmodum & exemplar Bergleri, qui tamen recte nihil mutat. Permutatio enim harum vocum in Codicibus trita. Apud Polluc. 4. 18. 116. pro μίτρα MS. apud Jungermannum habet μήτρα. Sic in Dionyſio Haliçarn. lib. 2. p. 129. χιτῶνας ποικίλας χαλκίαις μίτραις κατεζωσμένους. pro μίτραις emendanti Demſtero ad Roſin. Antiq. p. 416. omnino ſubſcribo. Hoc tamen defendit Phavorinus in V. Μήτρη. Μήτρην λύσαι λέγεται φυσικῶς. λύσις δὲ ἔστιν, ἡ κύησις· λέγεται δὲ καὶ κατὰ ἱστορίαν· αἱ δὲ πρῶτον πάντησαι, λύσαι τὰς ζώνας ἀνέλυσαν τῇ Ἀρτεμιδος (Legendum forte ἀναλυθέσαι τῇ Ἀρτέμιδι, certe τῇ Ἀρτέμιδι ut patet ex V. Μίτρα. & Scholiaſta Apollonii Rhodii ad Argon. lib. 1. v. 288. quem ad verbum deſcripſit) ὅθεν καὶ λυσιζώνη Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. Eadem repetit in V. Μίτρη. unde patet ipſum putaſſe voces has ejusdem eſſe ſignificatus. Sed Phavorinus deceptus prava lectione videtur hanc adnotationem nobis cudiſſe, quod & alias Grammaticis non inuſitatum. Eadem menda adhuc inſedit Nonno Dionyſ. lib. 15. p. 416. l. 91.

Παρθενίκην ἀδάμαστον ἀτάρβαλον εἰς γάμον ἕλκων

Σφίγξεν ἐπὶ δαπίδοιο· τανυσσάμενος δ' ἐνὶ κονίῃ

Χερσὶν ἐρωμανέεσσιν ἀπεσφενγίσατο μήτρην.

Virginem indomitam improbum in concubitum trahens

Complexus eſt ſuper ſolum. Extentus vero in pulvere

Manibus amore inſanis reſignavit coronam muliebrem.

Legendum omnino μίτρην, quod

Et leges inierunt benevolae Veneris.
Erant nuptiae, sed sine choreis; erat lectus,
sed sine hymnis;
Non zygiam (*jugalem*) Junonem quisquam
invocavit Poëta;

Non

quod sequentia clarissime docent, quin l. 27. diserte vocat

Κύκλαδα μίτρην.

Interpres, qui legisse videtur μίτρην., vertit *coronam muliebrem* favente Phavorino qui notat in V. Μίτρα λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς διάδεσμος. Sed haec ad Nonnum nihil, ut quivis videt. Eundem errorem conmissum a P. Fabro & Pareo in hoc Musaei loco interpretando latius in Animadversionibus refutabo.

275 Ζυγίην Ἥρην. Legendum cum Falkenburgio Ἥρην. Atque ita Edit. Plantiniana. *Juno Pronuba.* (V. Servius ad Virgil. Æneid. 4. v. 45. & 59.) Sic & emendarat Leopardus Miscell. 20: 5. V. ad hunc locum Pareum, & Falkenburgium ad Nonnum. Ἥρην jam olim & ipse emendaveram, quo nihil verius. FRANCIUS. Editio Basil. Ῥείην cum reliquis omnibus, etiam fere MSS. tantum P. Vo. & Kromaj. & post hos Elegantissimus, quem consuli velim omnino, Röverus Ἥρην ediderunt, quos merito secutus sum. Ita Pollux lib. 3. cap. 3. Segm. 39. διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τέλεια, ἡ ζυγία. V. Kuhnius. Nonnus Dionys. lib. 32. p. 804. l. 9.

Οἶδα γὰρ ὡς ζυγίη κικλήσκομαι.

Quae verba ipsius Junonis. ibid. l. 25.

Ἥ ῥα καὶ ἣ αὐτὴ
Ὦι ζυγίη γεγαυῖα, καὶ ὡς μεδέουσα γενέθλης
Κυπελλίοις βελέεσσιν ἐϊσταμένη πολεμοίην.

lib. 47. p. 1226. l. 25.

Αἶψα γὰρ Ἥρης,
Ἣν ζυγίην καλέουσιν, ἀκηρογάμοιο θεαίνης.

ibid. ἀειδός. Sic Basil. cum plurimis. In aliis ἀείδων.

276. Δεῖ-

Οὐ δαΐδων ἥψαπτε σέλας Θαλαμηπόλον εὐνήν.
Οὐδὲ πολυσκάρθμῳ τις ἐπεσκίρτησε χορείῃ,
Οὐχ ὑμέναιον ἄεισε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ·
Ἀλλὰ λέχος σορέσασα τελεσσιγάμοισιν ἐν ὥραις
Σιγὴ πᾶσιν ἔπηξεν, ἐνυμφοκόμησε δ' ὁμίχλη·
Καὶ γάμος ἦν ἀπάνευθεν ἀειδομένων ὑμεναίων.
Νὺξ μέν ἔην κείναισι γαμοστόλος, οὐδέ ποτ' Ἠὼς
Νυμφίον εἶδε Λέανδρον ἀριγνώτοις ἐνὶ λέκτροις.

Νήχε-

276. Δαΐδων. δᾳδων. Basil. editio.

280. Σιγὴ πᾶσιν ἔπηξεν. Dum verso Pollucem lib. 3. cap. 3 Segm. 37. ᾧ ᾗ ἐπὶ τῇ ἑαυτῇ παραπέτασμα πᾶσός. *Sed velum lectum ambiens cortina.* incidi in eam cogitationem, an non πᾶσὸς hic esset *velum tori*, quemadmodum jam Scaligerum lib. 3. Poët. cap. 101. cepisse notat Pareus. Sed attentius locum consideranti vulgatam interpretationem loco non movere tutius esse videtur.

290. Κυπρογενὴς---φιλόπαις. Ita locutum Mimnermum docet Pareus his versibus:

Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι,
Κρυπτοδίη φιλότης, ἠδὲ μειλίχια δῶρα, καὶ εὐνή.

Pro μειλίχια (bis editur in Comment. ejus μειλίχιε, quod

Non taedarum inluminabat ſplendor, nuptialem lectum;
Neque peragili quisquam ſaltavit chorea,
Non hymenaeum cantavit pater, & veneranda mater;
Sed lectum ſternens perficientibus nuptias in horis
Silentium thalamum fixit, novam nuptam vero ornavit caligo;
Et nuptiae erant longe a canendis hymenaeis.
Nox quidem erat illis nuptiarum ornatrix, neque umquam Aurora
Sponſum vidit Leandrum valde (*ipſi*) notis in lectis.

Nata-

quod ineptum eſſe metri leges violatae docent) δῶρα Pareus emendat μειλιχιφωρὰ χαὶ ἰυγὴ. Omnia enim ſingulariter poni. Sed debuiſſet ſaltem aliqua auctoritate ſtabilire vocem hanc, quam, donec id praeſtitum video, a Graeca civitate prohibendam puto. Quod objicit omnia ſingulariter poni futile eſt, cum ſaepius contrarium apud Scriptores obtineat. Mihi videtur Poëta μείλιχα δῶρα vocare, quae alii δῶρα Ἀφροδίτης. vocem autem Ἀφροδίτης omiſiſſe videtur, quia verſu proxime praecedente dixerat:

Τίς ἦ βίος; ἢ ἦ πρὶν ἔπλε χερυὴς Ἀφροδίτης;

Quae verba laudarunt Interpretes Horatii ad lib. 1. ep. 6. v. 65. Et ſi vel non praeceſſiſſet vox Ἀφροδίτης recte locus ſe haberet. Non adeo

Νήχετο δ' ἀντιπόροιο πάλιν ποτὶ δῆμον Ἀβύδου
Ἐννύχιος ἀκόρητος ἔτι πνείων ὑμεναίων·
Ἡρὼ δ' ἐλκεσίπεπλος, ἓξ ληθῦσα τοκῆας,
Παρθένος ἠματίη, νυχίη γυνή· ἀμφότεροι δὲ
Πολλάκις ἠρήσαντο κατελθέμεν ἐς δύσιν Ἠῶ.
Ὣς οἱ μὲν φιλότητος ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην
Κρυπταδίῃ τέρποντο μετ' ἀλλήλων Κυθερείῃ.
Ἀλλ' ὀλίγον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον· ἠδ' ἐπὶ δηρὸν
Ἀλλήλοις

adeo dissimili certe modo fulmen, quod *Jovis ignis* dicitur, *ignem* simpliciter vocat Statius Theb. lib. 6. v. 407.

Amnibus hibernis minor est; minor impetus igni.

Ubi alii *A. h. m. & Jovis, impetus, igni.* &c. Sed cum viro Erudito in Observ. Miscell. Vol. I. p. 320. vulgatam lectionem omnino praeferendam existimo. Δῶρα autem Ἀφροδίτης saepe memorantur a Poëtis. Ita locutus Hesiodus Scut. Herc. v. 47.

Παννύχιος δ' ἀΐ' ἴαυε σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
Τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Virgilius Æneid. lib. 4. v. 33.

Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris.

Ubi Servius: VENERIS PRAEMIA] *id est voluptates. Homerus,* τὰδὲ δῶρα Ἀφρο-

Natabat autem in regione poſiti rurſus ad populum Abydi

Nocturnos inſatiabilis adhuc ſpirans hymenaeos: 285.

Aſt Hero, longa induta veſte, ſuos latens parentes, (*clam parentibus*)

Virgo diurna (erat,) nocturna mulier. utrique autem

Saepe optarunt deſcendere ad occaſum auroram. (*ſolem*)

Sic hi quidem amoris abſcondentes neceſſitatem

Occulta delectabantur inter ſe Venere. 290.

Sed exiguo vixerunt tempore; nec diu

In

φοδίτης. Atque ita ſcriptores omnia illa, quae curae Deorum ſingulorum adtribuit antiquitas, ipſorum δῶρα, *dona, praemia, muneraque* vocant. De vino Orpheus in Fragmento apud Grotium ad Germanici Phaenomena pag. 5.

Σφαλόμενοι δώροισι χορεύμενοι Λυαίῳ.

Ut feliciter Vir Illuſtriſſimus emendavit pro βάκχῳ. Virgilius Georg. lib. 2. v. 454.

Quid memorandum aeque Baccheïa dona tulerunt?

Quo reſpexit Boëthius de Conſol. Philoſ. l. 2. Metr. 5. v. 6.

Non Bacchica munera norant

Liquido confundere melle.

291. Οὐδ' ἐπὶ δηρὸν. Sic ex optimis Codicibus edidit Doctiſſ. Röverus, quem ſecutus ſum. Homerus Iliad. I. v. 415.

Οὐλο-

Ἀλλήλων ἀπόναιτο πολυπλάγκτων ὑμεναίων.
Ἀλλ' ὅτε παχγήεντος ἐπήλυθε χείματος ὥρη,
Φωκαλέας δονέουσα πολυστροφάλιγγας ἀέλλας,
Βένθεα δ' ἀσήρικτα καὶ ὑγρὰ θέμεθλα θαλάσσης
Χειμέριοι πνείοντες ἀεὶ στυφέλιζον ἀῆται,
Δαίλαπι μαστίζοντες ὅλην ἅλα· τυπτομένης δὲ
Ἠνδη νῆα μέλαιναν ἀπέκλασε διχθάδι κέρσῳ
Χει-

Ω᾽λεβ᾽ μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰών
Ἔσσεται.

Quem locum adduxit Röverus. Basil. cum multis aliis ἐδέ τι δηρὸν quo faciunt tres, in quibus ο. τ. δηρὸν. Sed Röverus ibi potius legendum putat οὐδ' ἔτι δηρὸν, nec dissentio. Homerus Iliad. Ε. v. 119.

Οὐδέ με φησὶ
Δηρὸν ἔτ' ὄψεσθ' λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

v. 284.

οὐδέ σ' ἔτι
Δηρὸν ἔτ' ἀνσχήσεσθ'.

v. 895.

Ἀλλ' εἰ μέν σ' ἔτι δηρὸν ἀνέξομαι αὖλιν ἔχοντα.

P. v. 41. Iliad. Ψ. v. 391.

Ἔνθ' οἵ γ' οὖν ἔτι δηρὸν ἀφίσταντο.

Aliisque locis. Alterum tamen defendit locus, qui exstat Iliad. Π. v. 435.

Μηκέτι νῦν, διέθ' αὖθι λεγώμεθα, μηδέ τι δηρὸν
Ἀμβαλλώμεθ' ἔργον.

Sed & ibi emendandum puto μηὸδ' ἔτι δηρὸν.

294. Πολυστροφάλιγγας. πολυστροφάλυγγας editio Basil.

295. Θέμεθλα. Basil. θέμειθλα.

296. Χειμέριοι. χειμέριοι legere Cel. Dorvillium monui supra ad v. 13.

ibid. ἀεὶ στυφέλιζον. ἐστυφέλιζον Basil.

298. Ἀπρ

In vicem fruebantur multivagis nuptiis;
Sed quando pruinosae venit hiemis hora,
Horrendas commovens multarum vortiginum procellas,
Profunditatesque infirmas & madida funda- 295.
menta maris
Hiemales spirantes semper verberabant venti,
Turbine percutientes totum mare; vapulante autem (*eo*)
Jam navem nigram fregerat bifida (*in*) terra
Hiema-

298. Ἀπίκλασι διχθάδι χίερσω. Steph. ἀπίκλυσι. Papius ἀπίκλισι pro ἀπίκλασι, ἐπέκλυσι Regius. ἄπωκ. vetus liber in margine. FRANCIUS. Vix difficilior in toto Musaeo locus exstat, certe qui me magis excercuit. Pareus putat respici ad morem Veterum, qui naves hyeme in partes solvebant, de quo Hesiodus in Ἔργοις. v. 627.

Οὔδλα δ' ἐπάρμενα πάντα
πιῷ ἐγκάθιο οἴκῳ,
Εὐπόρμους σολίσας νῆας πέρα ποντοπόροιο,
Πηδάλιον δ' ἐυεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι.

Armamenta vero dispositа omnia domi tuae repone,
Recte contrahens navis alas pontigradae.
Clavum vero fabrefactum super funium suspendito.

Sed an naves demtis armamentis, velis clavoque *frangi* dici queunt? Id nondum credo. Miror ipsum non emendasse διχθάδα; ita clarius certe significaretur navis in duas partes fracta, quemadmodum legisse Scholiasten videntur indicare haec verba: τότε τὴν βαθεῖαν ναῦν εἰς δύο διέλυσα εἰς τὴν ἤπειρον. quae ita restituit Gronovius: διελὼν εἰς τὴν γῆν ἤγαγεν. Longe eruditior est conjectura Cel. Dorvillii qui legit:

Χειμερίην καὶ ἄπιστον ἀλυσκάζων ἅλα ναύτης.
Ἀλλ' ὁ χειμερίης σὲ Φόβος κατέρυκε θαλάσσης,
Καρτερόθυμε Λέανδρε· διακτορίη δέ σε πύργων,
Ἠθάδα σημαίνουσα Φαεσφορίην ὑμεναίων,
Μαινομένης ὤτρυνεν ἀφειδήσαντα θαλάσσης,
Νη-

Τυπτομένην ϝ

Ἠδὴ νῆα μέλαιναν ἀνέλκυσε διχθάδι χέρσῳ.

ἀνέλκειν & ἀνελκύειν *subducere navem* usitatissimae locutiones in hac re. Longus Pastor. II. pag. 41. loco gemino: ὁ γὰρ ἀσφαλὲς ἐδόκει, μεταπωρινῆς ὥρας ἐσώσης, ἐνθαλαττεύειν· ὥστε καὶ τὴν ναῦν ἀνείλκυσεν ἐπὶ τὴν γῆν, νύκτα χειμέριον διδοικότες. pro ὥρας ἐσώσης P. Moll emendat ἐνεστώσης. Notum autumni tempestates & imbres timentes Veteres naves subduxisse. V. Hesiod. in Ἔργοις v. 674. & seqq. Hunc esse verum verborum sensum fere persuadeor: nam quod Kromajerus in Diss. & nota ad h. l. magno conatu probare nititur naves hyeme ulteriori usui ineptas frangi, certe nostro loco, ubi hyemalis temporis instantis est descriptio, convenire, nondum persuasit. Nec credo νῆα μέλαιναν contra receptam significationem notare *usu vitiatam navem*. Nec quid sit διχθας χέρσος adhuc satis liquidum mihi videtur. Kromajerus putat esse *littus* vel *portum*; διχθάδα dici, quia interfluente aqua dividuntur littora, ut Hellesponti, & ipso in portu hinc atque hinc vastae rupes. Ego ampliandum censeo.

303. Μαινομένης ὤτρυνεν. Basil. cum novem aliis scribit Μαινομένης σ' ὤτρυνεν, quod forte non de nihilo, si totum locum perpendas:

διακτορίη δὲ σε πύργων

Ἠθάδα σημαίνουσα φαεσφορείην ὑμεναίων,

Μαινομένης σ' ὤτρυνεν ἀφειδήσαντα θαλάσσης.

Vides Pleonasmum pronominis σὲ non plane inelegantem, & forte inepto librario indignum. Plane sicut Hesiodus in Fragmen-

Hiemale & infidum vitans mare nauta.
Sed non hiberni te timor coërcebat maris,
Magnanime Leander; nuntius sed te turris,
Consuetam significans lucem nuptiarum,
Furentis inpulit securum maris,

Cru-

mento ex Scholiaste Lycophronis:

Ὅς με μαχρὸν γε ἴθμιας ἴχνη
κιόντα βίοιο
Ἔπαυε μὴ ἔτι ζώειν γυναικὸς
μιρόπων ἀνθρώπων.

Euripides in Phoenissis:

Ἔμοὶ μὲν, εἰ χρὴ μὴ κακὸν Ἑλλήνων χθόνα
Τιθεῖμεν, ἀλλ' ὃν ξυνετὸν μοι δοκεῖ λέγειν.

Judas in Epist. v. 5. Ὑπομνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο. Vid. omnino Vir Elegantissimus L. Bos ad ep. Pauli ad Roman. 7: 12. & quae notarunt Cl. Salmasius, & Cel. Dukerus ad Flor. lib. 2. cap. 6. §. 19. Non raro autem literas, syllabasque duplicandas omiserunt. Ita in Vibio Sequestro pro: *Achelous per Rhebiorum fines in Maliacum mare decurrit*, Doctiss. Hesselius recte restituit *per Perrhaebiorum f.* In Floro 2. 2. §. 13. pro *circa Camerinensium saltum* plurimi Codd. scribunt *circa Merinensium f.* Vid. Salmasium ad l. 13. §. 17. & omnino Withofium in Specim. Gunther. cap. 3. ubi plurima loca simili modo corrupta feliciter sanavit. Sed cum in reliquis omnibus habeatur Μαγνομίνης ὤτρυνεν, & saepe ita literae geminentur nihil mutare ausus fui. Suspicabar aliquando

Μαγνομίνη σ' ὤτρυνεν ἀφυδήσαν(α) θαλάσσῃ.

parva admodum mutatione; nam θαλάσσῃ & θαλάσσης &c. permutari jam vidimus in his notis. Quam facile autem literae sequentis vocis priori adhaereant & vicissim nemini latet. Conf. v. 259. v. 184. &c. Ut autem ὀτρύνειν πολὺ δῶμα dixit Homerus Odyss. P. v. 75.

Τήλεμαχ', ἦ ῥ' ὄτρυνον ἐμὸν πολὺ δῶμα γυναῖκας.

Musaeo dicere licuit ὀτρύνειν εἰς θάλασσαν, vel θα-

Νηλειὴς καὶ ἄπιστος. ὄφελλε δὲ δύσμορος Ηρὼ

305. Χείματος ἰσαμένοιο μένειν ἀπάνευθε Λεάνδρου,
Μηκέτ' ἀναπτομένη μινυώριον ἀστέρα λέκτρων.

Ἀλλὰ

λάσσῃ, ut eleganter tertius casus pro quarto cum praepositione ponitur. paullo ante v. 298. ex emendatione Dorvillii,

Ἤδη νῆα μέλαιναν ἀνέλκυσε δίχθαδι κίστῳ.

& v. 253.

Δίμας δ' ἔρριψε θαλάσσῃ·

v. 327.

Χύσις ὕδατος ἔρρει λαμπῷ.

Nonnus Dionys. lib. 34. p. 848. l. 4.

Ἀχαλόων δ' ὑπ' ἴρηξι κατηφέϊ κάπτεσιν ὑδρῇ.

lib. 45. p. 1174. l. 32.

Καὶ ὑ πίπτοντα κονίῃ.

lib. 47. p. 1208. l. 32.

Καὶ μογέων χθονὶ πίπτε γέρων φυσιζόος ἀλωεύς.

Atque ita in aliis locis plurimis. Orpheus Argon. v. 1018.

Ἀ'ν δ' ἄρα χεῖρας
Ἀθανάτοις ἤειρον.

Inter Latinos Virgilius multus in hac loçutione, ut monet Servius ad Æneid. lib. 1. v. 6. LATIO] *Hoc est in Latium. Et est figura usitata apud Virgilium. Quod enim per accusativum cum praepositione dicimus, ille per dativum ponit sine praepositione alibi*, It clamor coelo. Ita Georg. lib. 2: 451.

Nec non & torrentem undam levis innatat alnus
Missa Pado.

Servius: PADO] *Pro in Padum.* Æneid. 7. v. 761.

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius.

lib. 9. v. 681.

Consurgunt geminae quercus, intonsaque coelo
Attollunt capita.

XI. 192.

Et

Crudelis & perfidus; debebat autem infelix
Hero
Hieme inſtante manere ſine Leandro, 305.
Non amplius accendens brevis temporis ſtellam lectorum.

Sed

It coelo clamorque virum clangorque tubarum.

Hinc alii ſpolia occiſis derepta Latinis

Conjiciunt igni.

lib. 12: 379.

Cum rota praecipitem & procurſu concitus axis

Inpulit, effuditque ſolo.

v. 681.

Dixit, & e curſu ſaltum dedit ocius arvis.

lib. 6. v. 177.

Aramque ſepulcri

Congerere arboribus, coeloque educere certant.

v. 126.

Facilis deſcenſus Averno.

Ita omnino legendum, quemadmodum etiam edidit Heinſius, atque olim lectum teſtatur Servius: *Legitur & Averno, id eſt ad Avernum.* Atque ita Broekhuſius ad Propert. 2. 1. v. 20. Vulgo *Averni.* lib. 4. v. 25.

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,

Pallentis umbras Erebo, noctemque profundam.

Ita nonnullos locum cepiſſe teſtatur Servius notans: EREBO] *id eſt in Herebo, alii* Herebi *legunt, aut* Herebo, *ad Herebum; ut,* It clamor coelo. Si vera haec explicatio notabile eſſet exemplum caſuum permutatorum; ſed mihi plane non adridet, ut nec ipſa lectio; ſed, quemadmodum Heinſius etiam edidit, omnino praeferrem *Erebi.* lib. 7. v. 642.

Qui bello exciti Reges.

Atque ita aliis in locis. Horatius Carm. lib. 1. 24. v. 16.

Quam virga ſemel horrida,
Non lenis precibus fata recludere,

Ἀλλὰ πόθος καὶ μοῖρα βιήσατο θελγομένην δὲ
Μοιράων ἀνέφανε, καὶ ἀυτὴν ἄλλον ἐρωτων.

Νὺξ ἦν, εὖτε μάλιστα βαρυπνείοντες ἀῆται,
Χειμερίης πνοιῇσιν ἀνοντίζοντες ἀῆται,

Ἀθρόον

Nigro compulerit Mercurius gregi.

Ubi Scholiaſtes ineditus: NIGRO] *Id eſt ad nigrum gregem umbrarum, & eſt figurata locutio. Sic Virgilius,* viridi compellere hibiſco. *id eſt, ad bibiſcum.* Locus eſt Eclog. 2. v. 30. ubi Servius quoque: *ad bibiſcum compellere.* Propertius lib. 1. 3. v. 35.

Tandem te noſtro referens injuria lecto,
Alterius clauſis expulit e foribus?

Phocas Grammaticus in vita Virgilii:

Conſule Pompejo vitalibus editus auris.

Scholiaſtes in Arati Phaenomena de Calliſto: *Quae dum in montibus vagaretur, a quibusdam paſtoribus apprehenſa, cum puero perducta eſt ad Lycaonem: poſt tempus Lycaei Jovis templo confugiens, cum eam Arcas filius ſequeretur.* Boëthius in Confeſſ. Fidei pag. 295. *Ut aſſumptum hominem ---- ſecum Dei filius coeleſti habitationi ſuſtolleret.* Hyginus fab. 108. *caſtraque tranſtulerunt Tenedo.* ubi Vir Eruditiſſimus Th. Munckerus plura notavit: Cui, quamvis fatear in plurimis exemplis poſſe ſubintelligi *in*, ut ſaepe ſextus caſus cum praepoſitione, ponitur pro quarto quod in Animadverſionibus late docebimus, & jam notavit vir Doctus ad cap. 92. tamen de omnibus id non concederem, tum ob conſenſum Grammaticorum, tum diſerta exempla ab ipſo prolata ad cap. 15. quale & illud Boëthii eſt. Hiſce exemplis Santolium, qui in Hymn. p. 30. ſcripſerat

Ut coelo trabat exſules.

pro

Sed amor & fatum cogebat (*eam.*) allecta (*vim pida*) autem
Parcarum oſtendebat, non amplius facem amorum.
Nox erat, quum maxime ſpirantes venti,
Hiemalibus flatibus jaculantes venti,
Col-

pro *ad coelum*, facile liberari a cenſura Cel. Monetae Menag. T. III. pag. 409. aequi rerum arbitri non aegre concedent. Ex uſu tertii caſus pro quarto cum praepoſitione vexatiſſimum locum Lactantii de Mort. Perſ. cap. 46. *ſtatuit Imperator praelium diei Kalendarum Majarum.* explicat Bauldri, conlato cap. 38. ubi de Gothis: *Maximiano ſe tradiderunt, malo generis humani.* pro *ſtatuere in diem*, & *in malum.* Atque hoc modo utcunque illud ferri poſſe etiam Columbus poſt alias conjecturas monuerat. Ampl. Cuperus vel *diei* poſitum eſſe pro *die*, vel ſcribendum *diem* cenſet. Ego nihil mutandum cenſeo, ſed priorem Cuperi conjecturam ſecutus *diei* pro *die* poſitum veroſimilius puto ob locum geminum plane Virgilii Ecl. 8. v. 87. de bucula:

Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec ſerae meminit decedere nocti.

309. Βαρυπνείοντες αὔραι. Sic Codex Regius. βαρύπνοιοι αὔραις Vetus editio (nec non Baſil.) & Plantin. FRANCIUS.

310. Ἀκοντίζοντες αὔραι. ἀκοντίζοντες αὔλας duo Codices. αἴθρας Ven. Nihil muta. Repetitio vocum in fine verſuum non inuſitata. ita ex. gr. Nonnus Dionyſ. lib. 15. p. 428. l. 7.

Χειονίην πιλάσειε σαόφρονος ἔκτοθι μίτρης
Ναὶ δαμάλη, ναὶ μόχθε σαόφρονος ἔκτοθι μίτρης.

In Paraphr. Joann. 19: 104.

Ὅτις Ἰησους
Οὗτος Ἰουδαίων βασιλεὺς Γαλιλαῖος Ἰησοῦς.

Ἀθρόον ἐμπίπτουσιν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·
Δὴ τότε Λειάνδρός περ, ἐθήμονος ἐλπίδι νύμφης,
Δυσκελάδων πεφόρητο θαλασσαίων ἐπὶ νώτων.
Ἤδη κύματι κῦμα κυλίνδετο, σύνθετο δ' ὕδωρ·
315. Ἀἰθέρι μίσγετο πόντος· ἀνέγρετο πάντοθεν ἠχὴ
Μαρναμένων ἀνέμων· Ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεεν Εὖρος,
Καὶ Νότος ἐς Βορέην μεγάλας ἀφέηκεν ἀπειλάς·
Καὶ κτύπος ἦν ἁλίαστος ἐρισμαράγοιο θαλάσσης

Αἰνο-

313. Ἐπὶ νώτων. ὑμεναίων Basil.

314. Σύνθετο δ' ὕδωρ. Vetus Editio & Plantin. Ovidius:

Inque modum cumuli concava surgit aqua.

FRANCIUS. σύνθετο etiam Basil. quod recte defendit Röverus. in reliquis σύγχυτο.

315. Ἠχὴ. ἡ γῆ. Basil. Prius recte retinuit Röverus.

317. Ἀφέηκεν. ἐφέηκεν. id est ἐφίηκεν Basil. cum aliis.

318. Ἐερισμαράγοιο. ἐερισμαραίδοιο Basil. cum multis aliis. Prius usitatius. Nonnus Dionys. lib. 3. p. 88. l. 7.

Ἐερισμαράγῳ ὑ χορείῃ.

& l. 20. ψιλοσμαράγων Καρυβάντων. lib. 1. p. 16. l. 33.

Βαρυσμαράγων τίχα λαμπῶν.

Aliisque locis pluribus, cum alterum nusquam occurrat. Veram tamen lectionem conservasse nobis Editionem Juntinam secun-

Collecti irruunt in littus maris:
Tunc Leander consuetae spe sponsae
Valde sonanti ferebatur maris in dorso.
Jam ab unda unda volvebatur, adcumulabatur vero aqua;
Aetheri miscebatur pontus; concitabatur undique fremitus
Pugnantium ventorum: Zephyro autem contra spirabat Eurus,
Et Notus in Boream magnas immisit minas;
Atque fragor fuit vehemens valde frementis maris.

Gra-

cundam apud Röverum, in qua legitur ἱεσομαεύδεια, perfuasissimus sum, quae cum indoctorum librariorum captum superaret, partim in ἱεσομαεύγεια, partim vero in ἱεσομαεύδεια mutarunt, quod plerisque similibus locis fere contigit. Nonnus Dionys. in Inscriptione lib. 22. p. 4. l. 15.

Ἀνέρες αἰνοτὰ βρομίῳ μάχλον ἴχνια πιόλῳ.

Non debuerat ibi in margine poni μάγοι, cum & aliis locis primam corripiat Poëta, ut recte observavit Ger. Falkenburgius in notis ineditis, quas descriptas ex Codice Bibliothecae Leidensis vir Humanissimus P. Burmannus mecum communicavit, ad hunc locum: μάλον Utenhovius. lib. 13. p. 366. (l. 31.)

Βρομίῳ ἦσαν ἐς μάχλον ἴνδαν.

& lib. 14. p. 398. (l. 19.)

Ἀνέρες ἐς μάχλον ἴνδαν.

Haec in margine Codicis ad-

Αἰνοπαθὴς δὲ Ἀέανδρος ἀκηλήτοις ἔνι δίναις

320. Πολλάκι μὲν λιτάνευσε θαλασσαίην Ἀφροδίτην.

Πολ-

adscripserat vir Doctus. Nunc circumfertur μόθον, mea quidem sententia, pessime. Ita lib. 23. p. 616. l. 1.

Οὐ προχοὰς ἐλάσασα τανυεινλώχιι κερανῷ.

Claudianus in Fragmento Gigantomachiae v. 1. p. 807. edit. A. 1665.

Κόπτεις δ' ὅτε βίλος φέρει, δ' ὄπλον· ἀλλ' ἐκόμιζεν.

& v. 4.

Καὶ πλευπὰς ἔσφιγξε πυκνῷ ἀξεσκέγμοπι στειρὰς.

Orpheus Argon. v. 1144.

Εἰςβαίνειν ἐκέλευσε κεκμηκόσας ἄμμιγ' ἑτάροις.

v. 1148.

Ἀκραὴ Ζέφυρον καταδέχεσθαι· δ' ἀτέλεστον.

Pythia apud Herodotum lib. 1. cap. 47.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.

Quae verba paulo aliter producit Oenomaus apud Eusеb. de Praepar. Evang. lib. 5. cap. 24. Homerus Iliad. π. v. 857.

Οἳ πόντου γοάοντα, λιπὼν' ἀνδρότητα καὶ ἦβην.

Hesiodus in Fragmento ex Scholiaste Lycophronis:

Ὅς με μακρὸν γε ἔθηκας, ἔχειν αἰῶνα βίοιο.

In alio ex Eustathio:

Ἄτιτον, ἢ μάλα δή σε πανηρότατον καὶ ἄριστον

Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ.

Theocritus Idyll. 1: 113, 116. &c. Oppianus in Cyneget. lib. 3. v. 478.

Τίρυν σῶμα, λιπὼν ἁλίοις τε

Ἐπὶς ἐρημάδας γαλακτοτόκους ἀμφὶς ἰόντες.

Inmerito Viro Docto in Observ. Miscell. Vol. III. pag. 57. adeo durus visus hic versus ut, quia sic locutus Homerus, emenda-

ret

Gravia autem passus Leander inplacabilibus
in gurgitibus
Saepe quidem precabatur aequoream Vene-
rem,

Saepe

ret γλαυκῶχες. Sed recte jam vulgatam vindicarunt in notis additis Viri Eruditissimi, quos consuluisse cum illis, quos laudant, operae erit. Quid? quod simili modo Hesiodus in Fragmento ex Strabone scripserit:

Γαλαυκοφάγους αἶαν ἀπήμονας οἰκί' ἔχοντας.

Ita saltem locum laudat Gujetus in notis, quamvis Graevius ediderit γλαυκοφάγων. Statius lib. 5. Sylv. 3. v. 222.

Spectatur athletes
Ille magis.

Sic post Salmasium & Gronovium emendat Cel. Markland pro *Acestes*, qui paucula quoque notavit. Nec tantum in eadem sed & diversis vocibus syllabarum conreptarum exempla desunt. Homerus Iliad. Π. v. 31.

Αἰναρέτη· Ἥς σεν ἄπαν δύνατο κρατὺ καὶ ἐψιγόνοιο πεδ.

Orpheus Argon. v. 484.

Γλαυκὸν Δαρδανίην, Πιτάνην ἐνοσιχθὶ ἴκνυῖαν.

Tolle hinc monstrum illud lectionis in Fragmento Hesiodi ex Scholiaste Pindari:

Ἢ δὲ ἡ οἱ κατὰ θυμὸν ἐείσατο φαίδιμος Βυλὴ,
Αὐτὴν μὲν χέαζ. κρύψαι δ' ἀδόκητον μάχαιραντε,
Καλὴν, ἣν οἱ ἔτευξε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις.

Emenda, inquam, ἀδόκητον μάχαιραν: vel, si omnino hoc durius videatur, saltem ἀδόκητα μάχαιραν: *Visum est inopinato occultare ensem.* ἀδόκητα quoque conjectasse Franc. Gujetum sero video.

320. Λιταίνεται. λιταίνειν quatuor, quod usitatissimum. Nonnus Dionys. lib. 6. p. 190. l. 22.

Ὠκείαις λιταίνεται χέρσι ἱκτήριον ὕδωρ.

lib. 8. p. 240. l. 22. lib. 15. p. 428. l. 32. lib. 38. p. 976. l. 20. Nec usquam, quod

Πολλαίκι δ' αὐτὸν ἄνακτα Ποσειδάωνα θαλάσσης·
Ἀτθίδος ἐ Βορέην ἀμυήμονα κάλλιπε νύμφης·
Ἀλλὰ οἱ ὅτις ἄρηγεν, Ἔρως δ' ἐκ ἤρκεσε μοίρας.
Παντόθι δ' ἀγρομένοιο δυσαντέϊ κύματος ἁρμῇ
Τυπτόμενος πεφόρητο· ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμὴ,
Καὶ σθένος ἦν ἀδόνητον ἀκοιμήτων παλαμάων.
Πολλὴ δ' αὐτόματος χύσις ὕδατος ἔῤῥεε λαιμῷ,

Καὶ

quod ſcio, λιταίνουσι, apud illum occurrit, cum illud ſaepiſſime. Heſiod. in Θεογ. v. 469.

Τὸν' ἔφυσε φίλας λιταίνουσ' ἀγκάλας.

324, Παντόθι δ'. ita Baſil. cum plerisque aliis. Venetus Codex ſcribit Πάντοθεν, quod non diſplicet Röverο ob ingratam repetitionem τε δ'. Ego nihil muto, quia repetitio haec non inuſitata; ex. gr. v. 97.

Αἰδὼς δέ μιν ἔσχεν ἀλᾶσθαι,
Θάμβος δ' εἶδος ἄεικες ἔχεν δ' ἀπινάσφισιν αἰδώ.
Θαρσαλέως δ' ὦρτ' ἔρωβε κατ. λ.

Quin, mea quidem ſententia, minus eleganter hic abeſſet. Pro παντόθι videtur ſcriptum πάντοθε, quemadmodum quidam Codices hic & v. 334. agnoſcunt; dein δ in ν mutatum, ut v. 333. pro Ἤλυθε δ' in eodem Codice ſcribitur Ἤλυθεν. Sic autem & δὲ repetit Callimachus Hymn. in Jov. v. 32.

Τὸ

Saepe autem ipsum regem Neptunum maris:
Atthidis non Boream inmemorem reliquit nymphae;
Sed ipsi nullus auxiliatus est; Amor autem non coërcuit fata.
Undique autem adcumulati male obvio fluctus inpetu
Inpulsus ferebatur; pedum autem ei defecit vigor,
Et vis fuit inmobilis inquietarum manuum.
Multa autem spontanea effusio aquae fluebat in guttur,

Et

Τὸ ϛ οἱ δίχα πυλὺ δείδη,
Β'ν δ' ἴχνια μάγα χεῦμα.

Dubito enim an recte Georgius Arnaldus Animadv. Cap. x. p. 59. ultimo loco emendet τ'.

325. Τυπτόμενος. Θρυπτόμενος Basil. cum plerisque aliis. Prius retinui cum Rövero.

Ibid. ἐρμὴ. ἅρμη emendat Eruditissimus Dorvillius, eamque vocem satis boni commatis esse docet. Sequor cum Doct. Rövero.

327. Ἀνώνυμος χύσις. ἀνώνυμος Rondellus FRANCIUS. Forte displicuit χύσις ἀνώνυμος pro ἀνωνύμη. Sed inmerito. Nam adjectiva in ος & ρος, aliaque multa vocibus masculinis adjunguntur. Hesiodus in Θεογ. v. 610.

Οἳ δέ κε τέτμῃ ἀτειρήμων γενέθλης.

v. 657.

Ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρὴς γένος οὐτιδανοῖο.

Ubi Gujetus hoc notandum monet, Aristaenetus lib.

Καὶ πότον ἀχρήϊον ἀμαιμακέτῳ πιέειν ἄλ-
μῃ·
Καὶ δὴ λύχνον ἄπιστον ἀπέσβεσε πικρὸς ἀήτης,
330. Καὶ ψυχὴν καὶ ἔρωτα πολυτλήτοιο Λεάνδρου.

H

lib. 1. ep. 16. p. 110. ὡς Φοίνιξ Ἔρως βίβλινος τὴν ψυχὴν, ὅτῳ ἴσῳ βολῇ, τὴν ἐμὴν καταθέλξειεν ἐρωμένην· μᾶλλον ἢ πρωτίρῳ. Et ibi Jo. Corn. de Pauw id notatu dignum viſum qui cum addit, *niſi vitium ſubſit* fruſtra eſt. Nonnus Dionyſ. lib. 4. p. 116. l. 27.

Ἀλλὰ λιπὼν

Κλῆρον ἐμὸν, τὴν δῶμα, τὴν ἀ πρὸ πάτρης γυναῖκα.

Verba ſunt Veneris ſub forma Piſinoes Cadmum ſe amare ſimulantis: Neque hoc fugit Doctiſſ. Falkenburgium in Lection. & Conject. ad h. l. p. 1318. Hic autem locus omni exceptione major evincit in ſimilibus nihil tentandum. Conf. Vir Eruditiſſimus in Obſerv. Miſc. Vol. III. p. 150, 151. qui Thucydidem p. 128. 92. μετὰ βηχὸς ἰσχυρᾶς vocem βὴξ genere faeminino uſurpaſſe contra Thomam Magiſtrum recte obſervavit. vid. & dicta a nobis ad v. 35. p. 15. Dubito quoque an in Herodoto lib. 1. cap. 135. pro γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτέων πολλὰς μὲν κεκλίδιας γυναῖκας. *Unus quisque eorum virgines multas ducit uxores.* quemadmodum Cel. Jac. Gronovius ex Codice Mediceo, cujus juratus defenſor eſt, edidit, non reſtituendum ex prioribus Editionibus κεκλίδιας γυναῖκας. Illud quidem uſitatius nemo neſcit, at vel ideo credo a deſcriptore inmutatum, quod & alias ipſum feciſſe conſtat.

328. Ἀχρήϊον *inutilem* verti recte docuit Cel. Dorvillius, V. & Pareus.

330. Πολυτλήτοιο. πολυκλαύτοιο vetus editio & Plantiniana. FRANCIUS. Ita & Baſil. Prius retinui ſecutus Doctiſſ. Röverum, qui tamen num acu rem tetigerit monens *nimis abſurdum eſſe, unum idemque epitheton nunc* Λεάνδρῳ, *& mox*

τῷ

Et potum inutilem inpetuosi potavit salsuginis
maris;
Et jam lychnum infidum exstinxerat amarus
ventus,
Et animam & mortem multum passi Leandri 330.

Illa

τῇ μερίμνας adjungere, equidem dubito. Certe tam anxie Poëtas Recentiores Haec hoc non curasse liquidum est ex Gunthero, Poëta, pro seculo quo vixit, optimo Ligur. 9: 234.

Cumque sibi fidae tetigisset moenia Cumae
Belligeras vires, atque auxiliaria poscens
Agmina, plura suis ultro conlata petitis
Accepit fidae gavisus plebis amore.

lib. 4. v. 547.

Protinus angusto mituntur ad ardua colle &c.
Hanc nitente manu prendunt &c.
Non dubitant nisu vestigia ferre per auras.

Quid? ipse magnus magister Æneid. 7. v. 17.

Atque in praesepibus ursi
Saevire, ac formae magnorum ululare luporum
Quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis &c.

Idem offendit Barthium in Statio Theb. lib. 5. v. 691.

Volucres equitum praeverterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus.

Vid. vir Eruditus in Observ. Miscell. Vol. I. p. 318. qui in suo Codice monet vocibus *geminos alis* superscribi *que suis*, ut voluerit forte

Geminosque suis amplexa tumultus.

Quam lectionem tamen, elegantem licet, vulgatae non praefero. Ita enim fere Virgilius Æneid. lib. 7. v. 458.

Olli somnum ingens rumpit pavor: ossaque & artus

Per-

Ἡ δ', ἔτι δηθύνοντος, ἐπ' ἀγχύπνοισιν ὀπωπαῖς
Γ'σατο κυμαίνουσα πολυκλαύτοισι μερίμναις.
Ἦλυθε δ' ἠριγένεια, καὶ ἐκ ἴδε νυμφίον Ἠ-
ρὼ,
Πάντοθι δ' ὄμμα τίταινεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θα-
λάσσης
Εἶπε ἐσαθρήσειεν ἀλώμενον ὃν παρακοίτην
Λύχνα σβεννυμένοιο· παρὰ κρηπῖδα δὲ πύρ-
γα
Θρυπτόμενον σπιλάδεσσιν ὅτ' ἔδρακε νεκρὸν ἀ-
κοίτην,
Δαιδάλεον ῥήξασα περὶ στήθεσσι χιθῶνα,
Ροιζη-

Perfudit toto proruptus corpore sanguis.

& lib. 12: 542.

Te quoque Laurentes viderunt, Æole, campi
Oppetere, & late terram consternere tergo.
Occidis, Argivae quem non potuere phalanges
Sternere, non Priami regnorum everſor Achilles.

Tantum hic occurrit verbum compoſitum.

331. Ἡ δ', ἔτι δηθύνοντος. Vetus editio & Plantin. εἰσέτι δ' ἰθύνοντος. Ἡ δ', ἔτι δηθύνοντος H. Stephanus. FRANCIUS. Hoc cum Röverо recepi: illud agnoſcit Baſil. male.

337. Θρυπτόμενον. ita Baſil. cum omnibus reliquis, praeter Venetum Codicem, cum quo Röverus potius legeret Δρυπτόμενον. Sic Homerus Odyſſ. E. v. 426.

Ἐνθ' ἀπὸ μὲν ῥινοὺς τε δρύφθη καὶ σάρκας ἀμύχθη.

Iliad. Υ. v. 187.

Ita

Illa autem, moranto adhuc, (*Leandro*)
vigilibus oculis
Stabat fluctuans luctuosis curis.
Venit autem aurora, & non vidit sponsum
Hero,
Circumquaque oculos dirigebat in lata dorsa
maris,
Sicubi videret errantem suum maritum
Lychno exstincto. apud fundamentum vero
turris
Dilaniatum scopulis ut vidit mortuum maritum,
Artificiosam disrumpens circa pectora vestem,
Cum

Ἴνα μὲν μιν ἀμφιδύφοι ἐλικτάζων.

Quae verba repetit Iliad. Ω. v. 21. Simplex vox occurrit Iliad. Π. v. 323.

Πευμενὲς ἦ βραχίονα δυμὸς ἀνώγη

Δεύψ' ἀπὸ μυώνων.

Hesiodus Scut. v. 243.

Χάλκειον ὀξὺ βόων, κατὰ δ' ἀμφὶ θώρηκος παρειάς.

Achilles Tatius lib. 1. p. 45. Γ'πὸ ἦ τ ἔ ἀμφὶ κλάδον τὸ πρόσωπον αἰχμύζει, καὶ θοιμάτοις περιδρύπτεται τραύμασιν, ὅσαι τ δένδρων ἦσαν αἱ αἰχμαί. Alciphron lib. 3. epist 51. p. 392. ὡς ἄμεινον ἡμοὶ ἀλύπους ἢ παλάθας ἐπιμασᾶσθαι τ Ἀττικῶν, ἢ ἀφὶ τὸ ὦτα τέττοις χρυσίον ἀποδρύπτεσθαι. *Quare satius est grossos & caricas manducare Atticas, quam propter istorum aurum lancinari.* Ita enim recte inserto ἀφὶ emendavit locum Berglerus, conferens ad h. l. Homer. Iliad. P. (Odyss. voluit) v. 482.

Ροιζηδὸν προκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πέσε πύργου.
Καδδ' Ἥρῳ τέθνηκεν ἐπ' ὀλλυμένῳ παρακοίτῃ,
Ἀλλήλων δ' ἀπόναντο καὶ ἐν πυμάτῳ περ ὀλέθρῳ.

Hinc ἄδυπτος apud Nonnum Dionyſ. lib. XI p. 302. l. 23. lib. 15. p. 424. l. 10. lib. 41. p. 1062. l. 31. Dubito tamen an haec vera lectio & non potius ex altera orta, quae ſaepe apud Nonnum obvia, ex. gr. lib. 37. p. 940. l. 6.

Θρύπτετο δ' ἄκρα μέτωπα.

340. Καδδ' ita Baſil. cum plurimis, in paucis Κασδ'. Prius retinuit recte Röverus. Sic Homer. Iliad. Π. v. 410. aliisque in locis.

Ibid.

Cum ſtrepitu praeceps ab alta cecidit turri.
Atque Hero mortua eſt ſuper mortuo mari- 340.
to,
Suique invicem potiti ſunt etiam in ultima
pernicie.

Ibid. πίθηκεν ἐπ'. In aliis τίθησι σὺν. Prius, quod etiam agnoſcit Baſil. egregie tuetur Summus Röverus. Cum hoc loco confer Achill. Tatium lib. 3. p. 165. εἰ δὲ ἡμᾶς ἀποκτεῖναι θέλοις, μὴ διαστήσῃς ἡμῶν τὸν πλοῦτον. εἰ δ' οὖν θελήσει ἡμᾶς βορᾷ πέπρωται γενέσθαι, εἰς ἡμᾶς ἰχθῦς ἀναλωσάτω, μίαν γαστὲρ χωρησάτω, ἵνα κοινῇ σὺν ἰχθύσιν κοινῇ ταφῶμεν.

ANIMADVERSIONES
AD
MUSAEUM.

ПРОСВЕТИТЕЛЬ

И

ЛИТЕРАТУРА

ANIMADVERSIONES AD MUSAEUM.

CAPUT I.

Imperativus modus in precibus usitatus. Defensus Homerus. Quos Deos invocent Poëtae? Callyus notatus. Pindarus & Homerus invocati. Binae emendationes in Nonno probatae. Emendatus Polyaenus. Ὑμέτερος *tuus. Per* θεὰν, *Divam, intelligitur Musa sive Calliope vel Erato. Homerus explicatus. Conjectura in Claudiano. Imperatores invocati ab adulatoribus.* Γάμος, γαμεῖν, συνεῦναι, συνοικεῖν, *nuptiae, conjux in re turpiori pudenter usurpata. Antoninus Liberalis & Hesiodus explicati; In hoc variae Lectiones.* ἔκτη *& qui ad remotius relata. Amor militiae comparatus; variaeque inde ductae locutiones. Tibullus defensus. Petronius semel, Boëthius bis emendatus. detracto pro detrecto & similia. Distinctio vocum* ἄγειν *&* φέρειν *neglecta.*

1. Εἰπὲ, θεὰ. Imperativum modum adhiberi a Poëtis in precibus & petitionibus quis nescit? Et tamen ineptam censuram Protagorae effugere non potuit magnus Homerus, qui scripserat,

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος·

Quia imperaret is, qui precari debebat. Sed vindicatus ab Aristotele Poët. cap. 19. Consule Ampl. Cuperum Apoth. Homer. p. 98.

Ibid. θεὰ. Quamnam hic Deam invocet Poëta dissentiunt Interpretes. Voetius ipsam Venerem intelligit non adeo inepte. Plerorumque certe Poëtarum mos est initio operum invocare Deos praesides eorum, quae dicturi sunt, proprios. Fallitur

enim P. Callyus, qui ad Boëth. de Conſol. Philoſ. lib. 1. Metr. 1. v. 3. Poëtas *non ſolere magnum quoddam carmen aggredi, niſi Muſis invocatis*, monere non erubuit. Sed recte contra miſellum hunc Interpretem, qui de Venatione ſcripſerunt Dianam; Lucretium de Rerum Natura Venerem invocare; obſervavit Doctiſſ. Vlamingius. Hic autem, quomodo cum Deos providentiamque negat, Venerem invocet Vid. Tycho Brahe in Syllog. Ant. Matthaei ep. 52. ad Pontanum. qui putat ad exemplum aliorum Poëtarum ſic fuiſſe exorſum, ideoque ſub hoc nomine latere voluptatem corpoream, quam Deam ſubinde vocare non veretur. Ita Venerem invocat Ovidius Art. Amat. l. 2. v. 15.

Nunc mihi, ſi quando, Puer & Cytherea, favete:

Claudianus Proſerpinam a Plutone raptam ſcripturus Deorum infernorum opem inplorat lib. 1. v. 20.

Dii, quibus innumerum vacui famulantur Averni
Vulgus iners &c.
Vos mihi ſacrarum penetralia pandite rerum
Et veſtri ſecreta poli.

Hinc ipſum Pindarum in Carmine Lyrico Statius lib. 4. Sylv. 7. v. 5. Nam nec ipſorum defunctorum vatum auxilium poſcere pudor erat. Ita Nonnus ex. gr. Homerum faventem optat Dionyſ. lib. 13. p. 354. l. 3.

Δ'λλὰ λιγαίνων
Η'γεμόνας, ϗ Ο'μηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω
Ε'νεπίης ὅλον ὅρμον.

Ita ſcribitur in notis Falkenburgii, cum in textu peſſime Ο'μηρον *finitimum*. lib. 32. p. 812. l. 4. lib. 25. p. 656. l. 17.

Παμ-

Παμφαὲς υἱὲ Μέλητος Ἀχαιΐδος ἄφθιτε κήρυξ,
Ἱλήκοις· σέο βίβλος ὁμοχρόνος Ἠελιγενείῃ· κ. τ. λ.
Πνεῦσον ἐμοὶ τεὸν ἆσθμα θεόσυτον· ὑμετέρης γὰρ
Δεύομαι εὐεπίης.

Ita optime locum ſanavit Ger. Falkenburgius, & poſt illum Ampl. Cuperus Apoth. Hom. pag. 12. Vulgo ἡμετέρης. Eadem menda inſedit Polyaeno Strateg. lib. 4. praef. ubi pro τὰς ἀρετὰς τῶν ἡμετέρων προγόνων ſcribendum ὑμετέρων, quemadmodum recte Interpres. ὑμέτερος autem pro *tuus* obvium. Ariadna de Theſeo queſta apud Nonnum lib. 47. p. 1224. l. 27.

αὐτὰρ ἡ αὐτὴ
Τ' ὑμετέρης μίτον ἄμπυξ ἴδω πομπῆα νελεύθου.

Mercurius Baccho p. 1242. l. 26.

Εἰς δόμον ὑμετέρης κερατρόφον ἤγαγον Ἴνδς.

Vid. lib. 34. p. 862. l. 8. lib. 35. p. 868. l. 9, 21. lib. 35. p. 882. l. 4, 24, 26. lib. 40. p. 1038. l. 23. Conſule notata Summo Burmanno ad Valer. Flacc. lib. 8. v. 173. Sed in viam. Alii potius intelligunt *Muſam*, & quidem Calliopen, quemadmodum Cel. Kromajerus in Diſſert. p. 17. Quamvis Voetii ſententiae verſum 14. & 15. non adeo obeſſe putem, quia aliquid ingratum Veneri Muſaeus expeteret, cum Poëtae haec non anxie adeo curent. An magis convenit Simaetham Lunae opem invocantem apud Theocr. Idyll. 2. 79. ingratiſſimum hunc ſermonem inſtituere ad Divam:

Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἐλιχρυσοῖο γενειὰς,
Στήθεα δ' ὑάλβοντα πολὺ πλέον ἢ τὺ Σελάνα.

Vix putem. Hoc tamen verius videtur. Ita Homerum *Deam* invocantem cepit Max. Tyrius Diſſert.

16. felicius, quam Euſtathius, qui de mente Poëtae cogitabat, locis adductis a Cupero Apoth. Homer. pag. 129. Conſentit Horatius de Art. Poët. v. 141. reddens initium Odyſſeae:

Dic mihi Muſa virum, captae poſt tempora Trojae,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

Nec non Maro:

Muſa mihi cauſſas memora.

Nec Latinis Poëtis inſuetum *Divam* ponere pro *Muſa*. Statius Achill. 1. 1.

Magnanimum AEaciden formidatamque Tonanti
Progeniem, & patrio vetitam ſuccedere coelo
Diva refer.

Claudianus in Pr. Conſ. Stilich. lib. 2: 5.

Mitior incipiat fidibus jam Diva remiſſis.

Ita legendum forte ex Cod. Mediceo apud Heinſium, qui tum *incipias* mallet. Vulgo *Muſa*, quae vox gloſſa videtur. Calliopen invocat quoque Horatius Carm. lib. 3. 4. v. 1.

Deſcende coelo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos.

Quid ſi tamen intelligenda Erato? Ovidius Art. Am. lib. 2. 15.

Nunc mihi, ſi quando, Puer & Cytherea, favete:
Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.

Sed nihil affirmare auſim. Notiſſimus autem mos faciles in carmina Muſas, & numina optandi apud Romanos, cum ad unius flagra deducti eſſent Qui-

Quirites, apud nonnullos paullatim obſolevit. Hic enim adulatores, ut gratiam ab Imperatoribus inirent, ſcripta ſua ipſis dedicare, ſeque numine ipſorum, peſſimorum quamvis Poëtarum, afflari jactare non erubeſcebant. Audi Lucanum lib. 1. ad Neronem ſermonem inſtituentem:

Nec, ſi te pectore vates
Accipiam, Cyrrhaea velim ſecreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere Nyſa.

Ita de Domitiano Statius lib. 5. Sylv. 1. v. 11.

Nos tibi laudati juvenis rariſſima conjux
Longa nec obſcurum finem latura, perenni
Tentamus dare juſta lyra: modo dexter Apollo;
Quique venit juncto mihi ſemper Apolline Caeſar
Annuat.

3. Γάμον *coitum*, quamvis potuiſſent *connubium*, ut ſaepe apud Muſaeum, vertunt ſignificatione uſitatiſſima. Solent enim hujusmodi honeſtis vocabulis non raro rem turpem minusque honeſtam velare auctores. Nonnus Dionyſ. lib. 15. p. 416. l. 21.

Παρθενικὴν ἀδάμαστον ἀτειόθαλον εἰς γάμον ἕλκων
Σφίγξεν ὑπὲρ δαπέδοιο.

lib. 16. p. 454. l. 7. p. 456. l. 5.

Κτείνεις γὰρ ποθέοντα, καὶ ἐ γαμέοντα διώκεις·

p. 458. l. 2, 5. aliisque locis. Achilles Tatius lib. 1. p. 59. Ὅταν δὲ εἰς τὸν γάμον ἐθέλωσιν ἀλλήλοις συνελθεῖν. lib. v. p. 285. de Tereo: Τὴν γλῶτταν τῆς Φιλομήλας φοβεῖται, καὶ ἵνα μὴ τὸν γάμον αὐτῇ δίδωσι μηκέτι λαλεῖν. p. 311. βαλὼν δὲ μου καλέφιλα καὶ ἁπτήτει τὸν γάμον. Ariſtaenetus lib. 1. ep. 21. p. 142. ἐλπιζόμενός ἐστιν ὁ γάμος, ἡδύς, ἔυχαρις, καὶ λίαν εὐκλεὴς· γέγο-

γέγονε, πεφρονήθη. Quemadmodum acute & vere distinxit Elegantissimus Mercerus. Ita intelligendus Antoninus Liber. cap. 10. Ὅτι πρῶτος ἀπήγγειλε Κορωνίδα τῆ Φλεγύου θυγατέρα γεγαμηθεῖσαν Ἀλκυονεῖ. *Cum primus de Coronide Phlegyae filia indicium detulisset, eam Alcyoneo esse nuptam.* vel potius *cum A. concubuisse*, nisi velis eodem sensu capere verba Latina. Hesiodus in Fragmento ex Scholiaste Pindari ad Pyth. Od. 3.

Τῇ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ὑπὸ δαιδὸς
Πυθὼ ἐς ἡγαθέην, ἣ ἔφερσεν ἔργ' αἰδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτε Ἴσχυς γῆμε Κόρωνιν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Quae verba diverse admodum adducit Munckerus ad Antonin. Lib. cap. 32.

Τῇ μὲν ἄρ' ἦλθε κόραξ φάσθ' ἅρα ἔργ' αἴδαλα.

Sed prior lectio praestat. Dein pro ἀκερσεκόμῃ emendatius legitur ἀκερσεκομῇ; sicut & ὅτ' ἄρ' Ἴσχυς ἔγημε K. Ita autem duo haec loca capienda docet Hyginus fab. 202. *Cum ea & Ischys Elati filius concubuit.* quemadmodum recte pro *Chylus* emendavit Doct. Munckerus. Eodem modo συνεῖναι occurrit apud Ach. Tat. lib. 8. p. 493. Aristaen. lib. 1. ep. 21. aliosque plurimos; quemadmodum & συνελθεῖν, pro quo Scholiastes Aristoph. ad Plut. v. 303. de Circe & Ulyxe, ἣ πρὸς μίξιν αὐτῷ συνελθεῖν ἐπεθύμησεν. Quin & ipsum συνοικεῖν apud Alciphr. lib. 1. ep. 19. p. 74. ἔχω πρὸς θαλάττῃ καὶ κόρην Παννύχιν νομίζων ἡ Γαλατεία ταῖς καλλιστευούσαις τῶν Νηρηίδων συνοῖκεν. Sic & Latini. Petronius cap. 25. *Plaudentibus ego universis, & postulantibus nuptias fecerunt.* Vid. Pythoeus & Erhardus. Quin *conjux* adulterio cognita Valerio Flacco lib. 2. 208. de Venere:

Intonuit signumque dedit Mavortia conjux.

Vid.

Vid. Burmannus & Heinſius. Conferri praeterea merentur, qui dudum ſimilia exempla obſervarunt, Munckerus ad Anton. Lib. cap. 1. omnino ad Hygin. fab. 14. & Lactant. Placid. fab. 20. P. Voet ad Callimachum Hymn. in Apoll. v. 14. ad Hymn. in Del. v. 240. Ez. Spanhemius. Mercerus ad Ariſtaen. p. 142. Index Æliani, & Heins. ad Ovid. Art. Amat. 2: 11. Petitus Miſcell. lib. 3. cap. 11. & omnino Vir Eruditiſſimus Franc. Ferdinandus de Cordova in Didaſcal. Multipl. cap. 39.

4. Καὶ Σηςὸν ἐς Ἄβυδον, ὅπη γ. ε. Η. Illud ὅπη ad priorem vocem Σηςὸς referendum quivis videt. Ita Virgilius Æneid. lib. 3. v. 167.

Hinc Dardanus ortus,
Jaſiusque pater, genus a quo principe noſtrum.

Ubi optime Servius notat: A QUO] *Non ab Jaſio ſed Dardano: nam anteriori reſpondet.*

9. Ἐννύχιον μετ' ἄεθλον. In notis pag. 8. monui haec verba melius reddi *Nocturnum poſt certamen*, neque poenitet ſententiae. infra v. 231.

Παννυχίων δ' ὀάρων κρυφίων ποθέοντες ἀέθλους.

& v. 197.

Φοβέζετο, πῶσιν Ἔρωτος ἀεθλεύσειεν ἀγῶνα.

Juvat locus geminus Nonni, quem videtur reſpexiſſe, Dionyſ. lib. 16. p. 440. l. 30.

Ὅπως μετὰ λέκτρον τελέσσω
Ἀιετὸν ὄρνεον ἄλλο γαμοσόλον ἄσχον ἐρώτων.

Amorem militiae comparare, & pulcherrimas inde arceſſere locutiones Poëtis ſolenne. Nonnus Dionyſ. lib. 43. p. 1136. l. 23.

Ἧς πρὸς πασσὺς
Ἀθλοφόρον γαμίοισι πλεκτέψω ὀε. κορύμβοις,
Ἱμερτὴν τελέσασα παλαισμοσύνην Ἀφροδίτης·

Ita

Ita & Longus Paſtor. 3. p. 85. Χλόη δὲ συμπαλαίσασά σοι ταύτην τὴν πάλην, εἰμώξει καὶ κλαύσεται· καὶ αἵματι χύσεται πολλῷ καθάπερ πεφονευμένη· Apud Ach. Tatium lib. v. p. 281. Tereus deſcribitur Φιλομήλᾳ παλαίων πάλην Ἀφροδίσιαν. Ariſtaenetus lib. 1. ep. 10. p. 72. ὁ δ' ἐν τῇ παρθένῳ βεβιχέα νυκτομαχήσας ἱμερωτῶς, τό τε λοιπὸν εἰρηναίων αἰτέλαυεν ἡδονῶν. ita legit Mercerus pro ὡς δ' ἔν. Propertius lib. 4. 1. v. 137.

Militiam veneris blandis patiere ſub armis,
Et Veneris pueris utilis boſtis eris.

Lib. 2. El. x. v. 15.

Evolat heu noſtro quoniam de pectore nusquam
Aſſiduusque meo ſanguine bella gerit.

Quo loco inductus Vir Doctus in Obſ. Miſc. Vol. II. p. 240. non damnaret in Tibullo lib. 2. El. 3. v. 63.

Hic juvenum ſeries teneris inmixta puellis
Ludit, & adſiduus praelia miſcet Amor.

Pro *adſidue*; ſed minus neceſſarium id jure optimo viſum alteri viro Erudito in nota addita. Horatius Carm. 3: 26. v. 1.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non ſine gloria;
Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit.

Ubi Scholiaſtes MS. notat: *Miliciam allegorice vocat amorem, ſicut & Virgilius* praelia *vocat* coitum, *ita*: ſi quando ad praelia ventum eſt; *& iterum* nocturna bella *dicit*. Prior locus exſtat Georg. lib. 3: 98. alter Æneid. lib. xi. 736. ad utrumque idem notavit Servius. Ovid. Heroid. ep. 7: 32. Amor. 3. 7. 68.

Nunc

Nunc opus expoſcunt, militiamque ſuam.

Martialis lib. x. epigr. 38.

O quae praelia, quas utrimque pugnas
Felix lectulus, & lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerotianis!

Claudianus in Nupt. H. & M. Feſcenn. v. 126.

Tum victor madido proſilias toro
Nocturni referens vulnera praelii.

Fulgentius Mythol. lib. 3. 6. p. 114. *Noctu enim adveniens maritus, Veneris praeliis obſcure peractis, ut inviſe veſpertinus advenerat, ita in crepuſculo incognitus etiam diſcedebat.* Petronius cap. 24. *Et pertrectato vaſculo tam rudi, Hoc, inquit, belle cras in promulſide libidinis noſtrae militabit.* ubi conf. Gonſalius de Salas. Videtur autem a manu Petronii profectum *pertractato vaſculo*, quod elegans eſt & captum inepti librarii ſuperare videtur, atque omnino latere in τῷ *pertracto*. Compoſita enim non raro ſonum ſimplicis vocis retinent. Ita in vetuſtiſſimis exemplaribus inveniri *detracto, attracto* &c. notarunt Docti. Conſule Broekhuſium ad Propert. 2. Eleg. 2. v. 11.

Ac veluti primo taurus detractat aratro.

Nec non Eleg. 24. v. 22.

Noctibus his vacui refaciamus iter.

Florus lib. 1. 7. §. 2. *Scelere partam poteſtatem non melius egit, quam adquaeſierat.* Hanc eſſe lectionem vetuſtiſſimi Codicis Nazarii notat Salmaſius, cui addi velim Doctiſſ. Dukerum. Servius ad Virgil. Æneid. 6. 819. de Tarquinio, *detractans ille reſponſioni capita decuſſit papaverum.* Emenda & Boëthium

thium de Consol. Philos. lib. 3. 12. p. 169. *siquidem detractantium jugum foret, non obtemperantium salus.* ita diserte CD'O. vulgo *detrectantium.* Sic Pros. 9. p. 137. legendum: *Hoc igitur, quod est unum simplexque natura, pravitas humana dispartit.* Ita enim edidit Glareanus recte pro *dispertit*, quod video jam occupasse acutissimum Vlamingium, qui monet ita scribere Murmellium, edit. Argentinam nec non MS. III. atque ita corrigendum in reliquis, quamvis in iis *par* eodem modo scribitur quo *per*, quod verisimilitudine non caret. Certe & in CD'O eodem modo pingitur *per*, quo mox *partibus.*

Ibid. ἄγειν. Hoc & v. 52. Poëta migrat Canonem Grammaticorum, qui hic est apud Ammonium in in V, Ἄγειν καὶ φέρειν διαφέρει. Ἄγεται μὲν γὰρ τὰ ἔμψυχα· φέρεται δὲ καὶ ἄψυχα.

Οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' ἐυήνοος οἶνον.

Locum exstare apud Homerum Odyss. Δ. v. 622. monet Valckenaërius. Sed ab ipso Homero aliisque optimis Poëtis non raro id neglectum reperio. Ita Iliad. O. v. 529.

Πυκινὸς δέ οἱ ἥρχεσε θώρηξ,
Τὸν ῥ' ἔφορεν γυάλοισιν ἀρηρότα· τὸ πολε Φυλεύς
Ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης, ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

& Iliad. Λ. 631.

Πὰρ δ' ἔδεπας πελεκᾶς, ὃ οἱ ὄπιθεν ἦγ' ὁ γεραιός.

Odyss. A. v. 184.

Ἄγω δ' αἶψα οἶδηρον.

Theocritus Idyll. 17. 32.

Οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοφύρκα Ἥβας
Ὤπλα· τὸ αὐτὸν ἄγουσι γενείηται Διὸς υἱόν.

&

& 27: 32.

Καὶ τί μοι ἴδνον ἄγγος γάμε ἄξιον, ἦν ἐπινεύσω.

Apollonius Rhodius lib. 1. v. 440.

Τ̓μῖν μὲν δὴ μοῖραν ἐγὼ θεῶν χρειὼ τε περῆσαι
Ἔνθαδε πάντας ἄγοντας.

Ita legit Scholiastes probante Jensio Lect. Lucian. p. 157. vulgo ἔχοντας. Nonnus Dionys. lib. 43. p. 1134. l. 21.

Ἄξιον ἴδνον Ἔρωτος Ἄρηϊ ἐναμίσατο Νηρεύς
Ἡφαίστῳ σοφὸν ἔργον ἀλύμπια δαίδα νύμφῃ,
Ὄλβον ἄγων.

Lib. 1. p. 8. l. 11.

Ἄξαῖτ μοι ναίθηκα.

Quae recurrunt p. 10. l. 10. si vera conjectura Utenhovii. conf. lib. 5. p. 174. l. 15. lib. 8. p. 236. l. 24. lib. 36. p. 682. l. 31. p. 684. l. 3. lib. 42. p. 1096. l. 16. lib. 44. p. 1146. l. 24. lib. 45. p. 1178. l. 17. Herodotus lib. 1. cap. 53. τοῖσι ᾧ ἄγων μέλλεσι τ̓ Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ. sermo est de clypeo & hasta. φέρω pro ἄγω occurrit apud Hesiodum in Ἔργοις v. 203.

Περσέπτην ἀιδόνα ποικιλόδειρον,
Τ̓ψι μάλ̓ ἐν νεφέεσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς.

pro quo v. 208.

Τῇ δ̓ ἧς, ἣ σ̓ ἄν ἐγὼ περ ἄγω.

CAPUT II.

Pluralis ponitur pro singulari. τόξα, *epistolae, carinae & similia, pro* τόξον *&c. Horatius adsertus contra Bentlejum. Epitheta frigida non raro & otiosa apud Poëtas*

obvia. ἀστέρις πολίων, ἄστρον ἀρούρης *elegantes locutiones. Nonni verſio correcta.* Γκελος *prima ſyllaba producta.* Τὶς *eleganter abundat. Varia lectio in Achille Tatio rejecta. In fine verſuum participia poni contra Servium probatur. Locus Servii contra Broekhuſium adſertus. Grammaticorum Canones incerti plerumque. Taurus Jovi, non juvencus, immolatus tantum, aliaque. Bentleji emendatio in Virgilio rejecta.*

17. Τόξα τιθαίνων. pro τόξον. ita Ariſtaenetus lib. 1. ep. 10. p. 58. ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος ἐπισπασάμενος τὰ τόξα, διέφηκε τὸ βέλος. Sic *arçus* pro *arcum* dixit Statius Theb. lib. 1. v. 12.

cui ſumpſerit arcus
Infelix Athamas.

Ubi in aliis *arcum*. Vid. Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 157. & p. 317. Nihil tritius quam pluralem numerum poni pro ſingulari, & viciſſim. Virgilius Æneid. 6: 41.

Teucros vocat alta in templa ſacerdos.

Statius lib. 3. Sylv. 1. 117. ex emendatione Marklandi:

Nec mora: conſcripta formantur imagine templa.

Vulgo *formatur--tela.* Florus 1. 1. § 12. *Sabinis proditae portae per virginem.* quam lectionem pulchre hoc modo tuitus eſt Eruditiſſ. Dukerus. Juſtinus lib. 1. cap. 6. §. 1. *Lectis ille epiſtolis, eadem ſomno aggredi juſſus eſt.* praeceſſerat cap. 5. §. 10. *Epiſtola, quia palam ferri nequibat, regis cuſtodibus omnes aditus obſidentibus exinterato lepori inſeritur, lepusque in Perſas Cyro ferendus fido ſervo traditur.* Atque hoc modo receptam lectionem in Horatio Carm. lib. 1. 14. v. 3. forte non incommode ſervare licebit:

Non-

Nonne vides, ut
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo
Antennaeque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Æquor?

Ubi *carinae* usurpantur de una navi. Sed Bentlejus, ut id culpanti Scaligero occurreret, legit *gemunt* & *possunt* sine interrogationis nota; perque *carinas* intelligit ipsas naves, ut adeo de una capi non sit necesse. Favet Codex Franeq. in quo scribitur *gement* & *possunt*. Mihi tamen vulgata lectio nondum displicet, nec, si jam legas *gemunt* & *possunt*, necesse Bentleji interpretationem amplecti, cum, rejecta etiam interrogationis nota, idem sensus manere poterit.

20. Ἱμερόεις τε Λέανδρος ἔην, ἠῢ παρθένος Ἡρώ.] Ita v. 186. occurrit

Ἐμοὶ δ' ὄνομα πλυτὸν Ἡρώ.

Sed frigide & non nimis eleganter illa epitheta hic adhibentur, & magis ad explendum versum, quam quia necessaria. Habet tamen quo se tueatur. Apud Poëtarum principem Homerum, in cujus peritia in epithetis adhibendis laudanda multus est Cuperus Apoth. Homer. p. 88, 89. & Hesiodum non raro occurrunt epitheta, vocabula, sententiaeque crebro repetita, quae facile abesse poterant. Quoties non ex. gr. recurrit Ἕκτωρ ἱππόδαμος, νεφεληγερέτα Ζεύς, nec non μητιέτα Ζεύς &c.? Et tamen saepissime sunt otiosa, quod merito improbat Acutissimus Marklandus ad Stat. lib. 1. Sylv. 2. v. 135. saepe etiam rei & personae minus convenientia, quod idem vituperat in Epistola Critica

tica pag. 134. Idque jam notavit Servius ad Virgil. Æneid. 2. 7. *Virgilius pro negotiorum qualitate dat epitheta: quum Homerus eadem etiam in contrariis ſervet.* Unde cum non ſemper aeque haec obſervaverint Poëtae, emendationes locorum talium periculoſiores habendae. Neque hoc omiſit vatibus inpingere μισάνθρωπος ille Timon apud Lucianum in cognomine Dialogo, ubi ipſo initio poſt coacervata Jovis epitheta ita: ἢ εἴ τι σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, ἢ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα. τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γενόμενος ὑπερείδεις τὸ πίπλον ἢ μέτρῳ, ἢ ἀναπληροῖς. τὸ κεχηνὸς ἢ ῥυθμῷ.

22. Πολίων——ἀστέρας. Elegans locutio, quae & uſurpata Nonno Dionyſ. lib. 13. p. 376. l. 19.

Καὶ Θρασυὺς υἱὸς Ἄρηος ἐὴν Πίμπλειαν ἐάσας,
Βιστονίης Οἴαγρος ἐπώμασεν ἄστρον ἀρούρης·
Ὄρφεα καλλείψας ἐπὶ γύναιξι Καλλιοπείης.

Ride ſtuporem Interpretis, qui vertit:

Biſtoniae Oeagrus acceſſit ad aſtrum terrae.

Puer videt ejecto *ad* intelligendum Oeagrum aſtrum terrae Biſtoniae adveniſſe. Melius retuliſſet ἄστρον ἀρούρης ad Πίμπλειαν, quemadmodum lib. 41. p. 1060. l. 19. Beroe appellatur

Λιβανηίδος ἄστρον ἀρούρης,

23. Γκελαι ἀλήλοισι] In notis pag. 11. nihil hic mutandum paucis adſtruximus exemplis. Si quis plura deſideret vel unus Nonnus abunde ſufficiet. Ut brevis ſim conferri velim loca, quae ex multis tantum indicabo. lib. 6. p. 184. l. 22. lib. 10. p. 282. l. 1. lib. 12. p. 342. l. 25. lib. 14. p. 396. l. 28. lib. 15. p. 424. l. 22. lib. 16. p. 446. l. 2. lib. 18. p. 506. l. 5. &c. &c.

24.

v. 24. Δίζεό μοι τινὰ πύργον. Minime protrita elegantia illud τινὰ hic plane otiosum: infra v. 63.

Εἷς ἦ τις Ἥρῃς
Ὀφθαλμὸς, γελόων ἑκατὸν χαλκίτεσσι τεθήλει.

Ita Achilles Tatius lib. 2. p. 95. περφύτευλαι ἦ σὺν αὐτῇ τὸ πῦρ καὶ ἀνάπτει περὶ τὰς πτόρθους πολλήν τινα φλόγα. Non placet, quod Salmasius p. 571. Anglicanum Codicem cum edito habere monet, ϒ pro τινὰ. Alciphron lib. 1. epist. 27. Ὁ μὲν τις λαβὼν ἐξεκάθαιρε τὰ ἐνιζάνοντα τῶν βοσμάτων τοῖς ὀδοῦσιν ἐνώδη. Lucianus in Timone p. 101. ὡς ὑποβρυχίων ἀπαίνων καλαδεδυκότων, μόγις ἂν τι κιβώτιον περισωθῆναι. Multus in hac locutione Nonnus. Ita in Paraphr. Joann. 19: 73.

Τοῦτον ἐλαὼν φαύσασον ἐλεγχίφῳ τινὶ πότμῳ.

Ita v. 95, 123, 132. &c. Coluthus de Rapt. Hel. v. 105.

Καὶ τις ὀρεσταύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης
Ἐγχρεμὲς ἠώρητο.

Theocritus Idyll. 1. 1.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ αἱ πίτυς αἰπόλε τήνα
Ἃ ποτὶ ταῖς πηγαῖσι μελίσδεται.

Quae pulchre inlustravit Dan. Heinsius in Lect. Theocr. cap. 2. p. 295. ubi ex Latinis Apulejum id non infeliciter imitatum observat.

28. Ναίων. Non hoc tantum sed v. 17, 30, 31, 48, 99, 133, 211, 236, 242, 243, si standum Grammaticis, imperitiae in Poësi incredibilis specimen dedit Musaeus. Ausus enim in exitu versus participium conlocare, quod severe damnat Servius ad Virgilium Æneid. lib. 3. v. 300. ET LITORA LINQUENS] *Notandum sane, finitum esse versum participio: quod raro apud Latinos est, apud Graecos*

~~ἐπὶ ἐξέστιον~~. Nihil autem vidi magis; nam quod optimi Graeciae vates, a quibus ſcribendi exemplum minoribus petendum, mille locis uſurparunt, idne vitioſum dicendum? Vel unus enim Homerus in Iliade A. hujus conpoſitionis exempla plurima ſubpeditat. Ita v. 9.

Ἀτρεΐδης τε Διὸς υἱὸς· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθείς.

v. 31.

Ἰσὸν ἐποιχομένην, τε ἐμὸν λέχος αἰνὶ ὀάσσαι.

v. 46.

Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο.

Confer, ſi tanti tibi videbitur, v. 51, 168, 299, 351, 356, 360, 391, 413, 414, 434, 501, 507, 546, 592, 598. Heſiodum in Θεογ. 226, 227, 684, 685. aliisque locis plurimis. In Orpheo, Nonno, omnibus denique Poëtis talia ſingulis fere paginis occurrunt. Nec minus obvia apud Latinos. ex. gr. Ovidium Amor. 2. Eleg. 2.

Vidi ego compedibus liventia crura gerentem.

Eadem Elegia;

Viderit ipſe licet; credet tamen ipſe neganti.

Eleg. 9.

Si tamen exaudis pulchra cum matre rogantem.

Sed cenſorem hunc jam retudit poſt alios Elegantiſſimus Broekhuſius ad Propert. lib. 3. El. 4. v. 46.

Dicere non norunt, quid ferat hora ſequens.

Ubi aegre ſe, ut credat haec a manu doctiſſimi grammatici & in lectione Poëtarum tritiſſimi profecta eſſe, adduci fatetur. Sed ego, ſi in Codicibus bonae notae & ſatis antiquis reperiantur, non abjudicare ipſi auſim. Quis neſcit perpetuum mo-

morem Grammaticorum in optimis Scriptoribus, modo ipsis displicerent, obvia quaeque damnantium, sive ritus sive locutiones & compositionem spectes? Quicquamne notius quam taurum Jovi mactari? Et tamen idem Servius non nisi juvencum ipsi immolatum nobis persuadere conatur ad ad Æneid. lib. 3. v. 21. lib. 4. v. 221. & nescio quod ex neglecto ritu hoc, prodigium arcessit. idem inculcat ad lib. 3. 279. *Piaculum enim commissum fuerat tauro in Thracia immolato, ut diximus supra; & licet multa fuissent secuta sacrificia: intelligebatur tamen adhuc numen iratum non desinentibus malis.* Sed consuli velim Ampl. Cuperum Apoth. Hom. pag. 74. & Ez. Spanhemium ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 79. ubi disces quid placitis hisce tribuendum. Non dissimilem errorem ab Horatii Interpretibus commissum infra refutabimus. *Algam* non solum esse marinam herbam nec *ulvam* palustrem contra eundem adserere debuit Cel. Marklandus ad Stat. lib. 5 Sylv. v. 283. Duo epitheta uni voci adtribui idem damnat aeque infeliciter, ut videbimus ad v. 133. Non mitiorem censuram strinxit in Virgilium quod *Dorica castra* scripserat, malam dicens compositionem ab ea syllaba incipere, qua superius finitus sermo: quam ipse Broekhusius jam ad Tibull. 1. 1. 3. retudit. Neque in Grammatico hoc adeo mirum, cum Eruditissimis nostrae aetatis viris similia haud raro exciderint. Quis non miretur illud Britanniae nobilissimum sidus Rich. Bentlejum ad Horat. Carm. lib. 1. Od. 34. secure pronunciare in verbis Virgilii Æneid. 4 265.

Haud aliter terras inter coelumque volabat
Litus arenosum Libyae ventosque secabat.

Sonum audiri auribus ingratissimum, & hinc ca-

villatum praeterea alia nonnulla aeque infeliciter pro *volabat* reponere *legebat*? Sed de hoc paulo poſt agendi locus erit.

CAPUT III.

Αἷμα vel αἷμα γενέθλης pro genere. Αἷμα κομίζων ex regione aliquis dicitur ubi natus. *Emendatus Nonnus.* Αἷμα *ſanguis, pro filio.* Αἷμα κομίζειν *a parentibus dicitur filius. Occurrit & de inſula. Achilles Tatius tentatus.* Ἐστὶ ᾗ ὡς τόσος vel Ἐσὶ τ. ν. *initio verſuum frequens. Probata emendatio Jenſii in Veteri Poëta apud Diodorum Siculum, & Vallini in Boëthio. Dictiones eodem modo deſinentes in exitu verſuum invicem ſe ſequentium, recte poni contra Bentlejum, & Perſium forte, probatur ex Latinis & Graecis Poëtis. Virgilii lectio adſerta.* γάμων ἀδίδακτος. *Heinſii emendatio in Theocrito probata. Veneris, Veſtae, Palladis, Leucippidum, & Hecates antiſtitae virgines erant. Nuptiae Sacerdotibus vetitae. Pueri & puellae ſacra perficiebant, quia Diis accepta aetas. Acron emendatus. Sacerdotes proſtrata pudicitia puniebantur. Nuptiae tamen a ſacerdotio omnes non arcebant. Medea, forte & Hero virginitatem ad tempus ſervare tenebantur.*

30. Διογενὲς αἷμα λαχοῦσα. Αἷμα *ſanguis, pro genere,* unde quis ortum ducit, uſitatiſſimum. Nonnus Dionyſ. lib. x. p. 280. l. 27.

Βακχείων Σατύρων μινυώριον αἷμα κομίζεις.

& l. 31.

Γινώσκω τεὸν αἷμα.

Theocritus Idyll. 22: 164. &c. Pro eo ſaepiſſime αἷμα γενέθλης Nonnus dixit ex. gr. lib. 3. p. 98. l. 6.

Νύμφα φίλη τί με τόσσον ἀπείρεαι αἷμα γενέθλης.

p. 106.

p. 106. l. 7.

Εἰ λάχες ἐκ Λιβύης Ποσειδήϊον αἷμα γενέθλης.

Ita lib. xi. p. 302. l. 32. aliisque locis plurimis. lib. 37. p. 938. l. 7. vocat

Βαλίον Ζεφυρηίδος αἷμα γενέθλης
Ἄρσενα καὶ νέον ἵππον ὁδοιπόρον ἄβροχον ἅλμης.

Orpheus Argon. v. 252. aliique Scriptores saepissime. Dicitur quoque aliquis, αἷμα κομίζειν e regione ubi natus. Nonnus lib. 4. p. 116. l. 8.

Ἀτρεκὲς Ἀσωπείης ἀπὸ πατρίδος αἷμα κομίζει.

lib. 37. p. 926. l. 14.

Εἰ πέδον Αἰονίης, ἢ Φωκίδος αἷμα κομίζει.
Si solum Aoniae aut Phocidis sanguinem fert.

Emenda Εἰ πέδῳ Αἰονίης κ. τ. λ. Vulgata lectio inepta est. Conf. lib. 47. p. 1222. l. 16. Αἷμα quoque dicitur filius alicujus. Nonnus lib. 5. p. 152. l. 16. de Aristaeo:

Αἷμα σοφῆ Φοίβοιο καὶ ἰυπετάοιο Κυρήνης.

Lib. 47. p. 1242. l. 22.

Ζηνὸς γνήσιον αἷμα.

Horatius Carm. 3. 27. v. 63.

Nisi herile mavis
Carpere pensum,
Regius sanguis.

Recte Scholiastes MS. *Regia proles.* Filius etiam αἷμα κομίζειν a patre vel matre dicitur. Apud Nonnum lib. 16. p. 448. l. 10. Nicaea ad Bacchum,

Οὐ δέχομαί σέο λέκτρα, καὶ εἰ Διὸς αἷμα κομίζεις.

Lib. 26. p. 678. l. 7.

Οὐ γενίκ γὰρ
Θυγατέρος Φαέθοντος ἐριφλεγέος σέο πάππω
Αἷμα φέρεις.

Verba sunt Minervae ad Deriadem filium Hydaspis & Astridis Solis filiae, ut patet ex p. 696. l. 30.

Ὃν διερῇ φιλότητι πατὴρ ἔσπειρεν Ὑδάσπης,
Ἀστερίδος εὐώδινος ὁμιλήσας ὑμεναίοις
Κύρης ἠελίοιο.

Confer lib. 42. p. 1160. l. 12, 16. lib. 46. p. 1182. l. 6, 14. &c. Mira vero est admodum locutio, quae occurrit in oracolo, quod reperitur apud Achillem Tatium lib. 2. p. 93.

Νῆσός τις ἐστὶ φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα.
Est ortum ducens plantae a cognomine terra.

Quem locum in mendo cubare dudum deprehendi, nec tamen quomodo restituendus divinare potui. Interea, donec molliorem medicinam alter adferat, audaci, quod fateor, conjectura repono

Ἔστὶ δ' τις νῆσος φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα.

Quam phrasin in talibus initio versuum usitatissimam norunt vel mediocriter Graece docti. ita ex. gr. Homerus Odyss. Δ. in fine.

Ἔστὶ δ' τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα.

Vetus Poëta apud Diodor. Siculum lib. 3. cap. 66.

Ἔστὶ δὲ τῆ Νύσης ὕπατον ὄρος, ἄνθεσιν ὕλῃ
Τηλοῦ Φοινίκης, χεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

Ita legit Cel. Jensius Lect. Lucian. p. 184. ex lib. 4. & Scholiaste Apollonii Rhodii. Vulgo Ε. δ, τις. Ν. ἄβα-

ἄβατον, quorum illud, cum conſtruendum ſit cum ὄρος minime ferri poteſt. Heſiodus in Fragmento ex Scholiaſte Sophoclis:

Ἔστι τις Ἑλικὼν πολυλήϊος ἠδ' ἰυλείμων.

Ipſe Achilles Tatius lib. 4. p. 249. Εἰσὶ δὲ τῶν νήσων τινες καλύβας ἐχοῦσαι. Nec raro Viri Eruditi laboranti carmini opem tulerunt tranſpoſitis vocibus. Boëthius de Conſol. Philoſ. lib. 2. Metr. 1. v. 8.

Suique magnum monſtrat oſtentum, ſi quis
Viſatur una ſtratus ac felix hora.

Ita egregie ex conjectura reſtituit Vallinus, cum in reliquis omnibus editis & MSS. fere perperam legitur *Magnumque ſuis*; niſi quod in Lipſienſi Editione metro ſalvo *Magnum quoque ſuis*, ſed minus eleganter. Longius abit Barthius Advers. lib. 17. cap. 13. conatu parum proſpero ita verba tranſponens:

Dignumque riſu monſtrat &c.

Atque ita ſaepe alii ſimile quid tentarunt. Si quis malit minore mutatione Ἔστι τις νῆσος ejecto δὲ, ſententiam defendere poterit iis, quae diximus ad v. 224. pag. 74. Neque hoc diſplicet. An praeterea hic legendum φιτάννυμον ἅλμα videbimus ad v. 138. Satis enim diu jam exſpatiati ſumus.
Ibid. Λαχοῦσα. Verſu ſequenti occurrit

Κύπελλος ἦν ἱέρεια, γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα.

Ut adeo obſervare hic liceat modulationem quandam, quam pariunt ultimae horum verſuum dictiones eodem modo deſinentes. Acerbe more ſuo Neronem ob hoc vitium carminis notavit Perſius Sat. 1. v. 92.

Sed

Sed numeris decor eſt, & junctura addita crudis.
Claudere ſic verſum didicit, Berecynthius Atthin
Et qui caeruleum dirimebat Nerea Delphin.

Sed obſervat Vir Eruditiſſ. Iſ. Caſaubonus in Commentario ad h. l. eo tantum nomine carpi Poëtam, quod figuras has nimis frequentarit. Si enim in totum talia proſcripſerit Poëta, ne optimos quidem vates poſſe abſolvi. Ego an Perſio haec mens fuerit non auſim adfirmare. Certe nuper Perſio non inferior Cel. Bentlejus talia confidenter proſcripſit, ut vidimus Cap. praecedenti. At quo jure vatum principem Virgilium ſollicitaverit vir Eruditus ex ſequentibus locis parebit. Æneid. lib. 1. v. 319.

Venatrix, dederatque comam diffundere ventis
Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentis.

Ita caſus quartos ſcribi in vetuſtiſſimis membranis teſtatur Heinſius in praefatione. v. 625.

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Seque ortum antiqua Teucrorum ab ſtirpe volebat.

Lib. 2. v. 124.

Et mihi jam multi crudele canebant
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant.

v. 455.

Saepius Andromache ferre incomitata ſolebat
Ad ſoceros, & avo puerum Aſtyanacta trahebat.

Lib. 4. v. 184.

Haec tum multiplici populos ſermone replebat
Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat.

v. 331.

Di-

Dixerat: ille Jovis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.

Lib. 5. v. 385.

Cuncti simul ore fremebant
Dardanidae, reddique viro promissa jubebant.

Lib. 6. v. 844.

Scipiadas cladem Libyae, parvoque potentem
Fabricium: vel te sulco Serrane serentem.

Lib. 8. v. 646.

Nec non Tarquinium ejectum Porsenna jubebat
Accipere, ingentique urbem obsidione premebat
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

Ovidius Metam. lib. 7. v. 57.

Notitiamque loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultusque artesque virorum.

Horatius Carm. 4. xi. v. 31.

age jam meorum
Finis amorum.

Paullinus ad Ausonium:

Qui corda falsis atque vanis imbuunt
Tantumque linguas instruunt.

Rosweytha v. 426. p. 719.

Moribus & facie similem matri venerandae
In quas per certe soboles mox stirpis amandae.

Atque hoc non minus usitatum apud Graecos Poëtas. Tryphiodorus de Excidio Ilii. v. 462.

Κικᾶς ὃ Τυδείδης μεμνημένος Αἰγιαλείης.
Οὐνομα δ' ἐπτοίησεν Ὀδυσσέα Πηνελοπείης,
Ἄντικλος δ' ὅτε κέντρον ἐδέξατο Λαοδαμείης.

Hesiodus in Ἔργοις v. 1.

Μῶσαι

Μῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι
Δεῦτε δή, ἐννέπετε σφέτερον πάτερ' ὑμνείουσαι.

In Theogonia v. 92.

Αἰδοῖ μειλιχίῃ· μετὰ δ' ἔρπει ἀγερομένοισιν.
Οἷα τοι Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν

Confer v. 185, 186. 226, 227. 228, 229. 249, 250. 256, 257. 289, 299. 321, 322. 351, 352. 684, 685. 807, 808. 958, 959. Nec abstinuit magnus Homerus ex. gr. Iliad. Σ. 46.

Νημερτὴς τε, καὶ Ἀψευδὴς, καὶ Καλλιάνασσα·
Ἔνθα δ' ἦν Κλυμένη, Ἰάνειρά τε, καὶ Ἰάνασσα.

Iliad. Σ. 10, 11. Α. 413.

Τὸν δ' ἡμείβετ' ἔπειτα Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα·
Ὤμοι τέκνον ἐμὸν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα;

Iliad. Β. 87.

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων.
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Quem locum auctor Vitae ipsius p. 301. (ubi minus recte legitur Ἠὔτ') adducit, & proprio nomine ὁμοιόπτωτον vocari docet: ὅταν δὴ εἰς ὀνόματα ὁμοίως κλινόμενα λήγωσιν αἱ περιόδοι ἢ τὰ κῶλα, καὶ ταῦτα εἰς πτώσεις ὁμοίας, ὁμοιόπτωτον τοῦτο ἰδίως ὀνομάζεται. Et talia carmini ingentem elegantiam & venustatem conciliare existimat, secus ac Cel. Bentlejus, hic minime audiendus, cujus emendationem etiam refutasse Virum Eruditiss. Rich. Johnson in Aristarcho Anti-Bentlejano didici ex Biblioth. Anglic. T. I. P. II. p. 291. & seqq. Sed ipsum librum videre non licuit.

31. γάμων δ' ἀδίδακτος. *nuptiarum expers.* Ita Nonnus Dionys. lib. 33. p. 840. l. 22.

Λίκε

Λίπε θάνης ἀδίδακτος ἀνυμφεύτων ὑμεναίων.

Sic & lib. 29. p. 760. l. 15. πόθων ἀδίδακτος Ἀθήνη occurrit, & γάμων a. A. lib. 2. p. 52. l. 30. Confer Is. Casaubonum Lect. Theocr. cap. 21. p. 280. l. 5. ubi confert Idyll. 27: 49.

Μᾶλα τεὰ πρώτισα τάδε χλοάοντα διδάξω.

Sed coruptissimum locum feliciter sanavit Doct. Heinsius cap. 25. legens χλοάοντα πιαξῶ. Attamen non distinctio personarum v. sequenti a Casaubono mutata ex loco Nonni Dionys. lib. 42. p. 1082. l. 5. retinenda sit dubito.
Ibid. Heronem Veneris sacerdotem γάμων ἀδίδακτον hic memorari non adeo mirum, cum omnes fere Sacerdotes virginitatem servare debebant. De Vestae sacerdotibus, quae hinc *sanctae* & *castae* dicuntur, notante Broekhusio ad Tibull. l. 5, 14. res nota. De Palladis idem testatur Callimachus Hymn. in Lavacr. Pall. v. 33.

Ἔξιτ' Ἀθηναίη· καὶ δή τοι καταθύμιος ἵλα,
Παρθενικαὶ μεγάλων παῖδες Ἀκεσοεάδᾶν.

Ad quem locum, quemadmodum & ad Hymn. in Apoll. v. 110. plurima congessit Vir longe Eruditiss. Ez. Spanhemius. Tales Leucippides Phoebes & Hilairae sacerdotes. Pausanias in Laconicis: Πλησίον δέ, Λευκίππας, καὶ Φοίβης, ἐστὶν ἱερόν. ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνος φησὶν εἶναι. Κόρας δὲ ἱερώνται σφίσι παρθένοι, κατὰ ταῦτα ταῖς θεαῖς, καὶ αὗται Λευκίππιδες. Talis Solis antistita apud Persas. Justin. lib. 10. 2. §. 3. *Solis eam* (Aspasiam) *sacerdotio praefecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur.* Vid. Berneccerus. Talis Hecatae Sacerdos Medea. Valerius Flaccus lib. 6. v. 450.

Er-

Ergo opibus magnis & virginitate tremendam
Juno duci ſociam conjungere quaerit Achivo.

Vid. & lib. 8. v. 282. Hanc enim Sacerdotem fuiſſe patet ex lib. 5. v. 239.

Praeterea infernae quae nunc ſacrata Dianae
Fert caſtos Medea choros.

Et Orpheo Argon. v. 903. Idque de aliis multis referunt ſcriptores. Vid. Achill. Tatius lib. 8. p. 481. nec non Elegantiſſimus Broekhuſius ad Tibull. 2. 5. v. 64. Neque viris nuptias contrahere licebat, ſaltem Diis invitis, ut patet ex Hygino fab. 135. *Laocoon Acoetis filius, Anchiſae frater, Apollinis ſacerdos, contra voluntatem Apollinis cum uxorem duxiſſet, atque liberos procreaſſet, ſorte ductus, ut ſacrum faceret Neptuno ad littas: Apollo occaſione data, a Tenedo per fluctus maris dracones miſit duos, qui filios ejus Antiphantem & Thymbraeum necarent.* Quamvis Servius ad Virgil. Æneid. 2: 201. referat id ideo factum, quia *piaculum commiſcrat ante ſimulacrum numinis cum Antiopa ſua uxore coeundo.* Hinc pueri & puellae in ſacris Deorum perficiendis adhibebantur, quia aetas innocentior ipſis accepta & grata. Tales erant Baſſianus & Alexianus Maeſae filii Solis Sacerdotes, de quibus Herodianus lib. 5. cap. 3. §. 4. ὁ μὲν Βασσιανὸς περὶ ἔτη γεγονὼς τέσσαρες καὶ δέκα, ὁ δὲ Ἀλεξιανὸς, δεκάτου ἔτους ἐπιβεβηκώς. Ἱέρευτο ὂν αὐτοὶ θεῷ Ἡλίῳ. Horatius lib. 2. ep. 1. v. 132.

Caſtis cum puerîs ignara puella mariti
Diſceret unde preces.

Ubi Porphyrius ad v. 125. notat: *Antiquitus enim pueris & puellis praecipiebatur cantare carmen, ut aetas innocentior Deos placaret.* ita Carm. lib. 2. 12. v. 17. ubi vid. Acro. ut & ad lib. 4. 1. 25. nec non 1. Od. 21. v. 1.

Dia-

Dianam tenerae dicite virgines
Intonsum pueri dicite Cynthium.

Ubi notat: *Augustus ludos seculares instituit, quibus hymni Apollini Dianaeque dicebantur a nobilibus, quas pueri Apollini, Dianae virgines canebant.* Ita vulgo circumfertur locus corruptissime. Emenda ex MS. *a nobilibus: pueri Apollini, Dianae v. c.* Quod eleganti brevitate se commendat. Non tamen displiceret *quos* pro *quas*, quod typorum forte facinus. Auctiora vero haec exhibet Cruquii Commentator *a n. pueris puellisque: a pueris quidem Apollini, a puellis vero & virginibus Dianae.* Quam lectionem si fideliter ex MSS. exhibuit Cruquius, non spernerem. Consule praeterea Ampl. Cuperum Apoth. Homer. pag. 69. ubi marmor illustrat, in quo pueri forma Μῦθος sacrificio adstat. Si vero forte accideret, ut quaedam virginitatem minus sancte servarent, gravi poena ut plurimum adficiebantur. Vestales mortem mansisse nemo nescit. Jo Junonis Argivae sacerdotio praefecta gravidata cum esset, a civibus in vincula fuit conjecta, ut tradit Palaephatus cap. 43. Laocoontis poenam refert Hyginus l. c. Nec tamen sacerdotes, si nuptias inverant, plane excludebantur, ut ex Homero &c. docuit Potterus Archaeol. Graec. lib. 2. 3. p. 216. Quin nonnullae antistitae virginitatem tantum ad tempus, nubilem forte aetatem, servabant. Talis erat Medea praeter Jasonem jam Stiro desponsa, ut refert Valerius Flaccus lib. 8. v. 300.

Stirus prospectat ab unda
Conjugio atque iterum sponsae flammatus amore.

& v. 337.

Transferat ergo meas in quae volet oppida dotes
Colchis, & Æmonius nobis succedat adulter.

Neque hoc alias inusitatum fuisse docuit Spanhe-

mius l. c. Quid si talis quoque fuit Hero? Mirum certe, ni amatori objecerit aliquando virgo sibi perpetuam a viris abstinentiam colendam, cum nunc tantum parentum locupletum iram v. 125, 180. & seqq. Fateor tamen v. 126. occurrere

Κύπριδος ὅ τοι ἔοικε θεῆς ἱέρειαν ἀφάσσειν.

Sed quis nescit tangere virginem nedum sacerdotem sine parentum consensu nuptiis non legitimis inhonestum minusque licitum esse? quid si puella hoc tantum caussata? Quid? nonne aequum a Dea veniam petere? nonne nefas in templo Veneris haec sacra peragere? Sed & incredibile juvenes tantis votis exoptasse nuptias Heronis, si ipsas adire viro negatum, nam quae occurrunt v. 82.

Εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέοικε τὴν ἱέρειαν ἀφάσσειν,
Τοίην μοι, Κυθέρεια, νέην παρέχοιτιν ὀπάσσαις.

Non incommode ad Veneris consensum referri possent.

CAPUT IV.

Difficillimus Musaei locus varie explicatus. Προγόνοι *majores, non parentes.* ἱέρεια ἀπὸ προγόνων. *Sacerdotia certis familiis adligata. Trajectiones verborum. Lectio vulgata in Vulgato interprete defensa. Pauli locus explicatus.* Πύργος ἀπὸ προγόνων *turris avita. Ab ovilibus aurae aliaque. Minucius Felix vindicatus, aliaque. Distinctio grammaticorum in vocibus* ἄλλος *&* ἕτερος *neglecta. Antiqua lectio Æliani probata. Caeteris praestantes Diis comparabantur; formosae puellae Veneri; juvenes Baccho. Baccbus pulcher non obesus. Venatrices Dianae adsimilabant. Multis etiam simul Diis comparabant, aliquando & praeferebant. Dii Reges, Deae Reginae, & vicissim vocabantur. Musaei locus explicatus.*

32. Πύργον ἀπὸ προγόνων. ita editio Basileensis cum aliis multis exhibet, addita interpre-

pretatione *Turrim a parentibus*. Cel. Bergierus mavult ἀπὸ προγόνων, vertens *ſemota a parentibus*. quem ſecuti viri Docti Kromajerus & Röverus. Inter difficillimos Muſaei locos merito hic referri debet; me certe quamvis diutiſſime exercuerit non expedio. Vulgatam in noviſſimis editionibus verſionem ferri non poſſe, quia πρόγονοι, nunquam, quod ſcio, *parentes*, ſed *majores* denotat abunde liquet. Aliud igitur quaerendum. Quibusdam forte videbuntur jungenda Κύπελος ἦν ἱέρεια ἀπὸ προγόνων. Ita ἐκ προγόνων in eadem re occurrit apud Sponium in Miſcell. pag. 335. τῶ πρώτε τ πολέως Ἀρχιερέως Μ. Αυρ. Φαύςε ὀκ προγόνων. *Primi civitatis M. Aurelii Fauſti Pontificis a majoribus.* cum quo loco omnino conferendus iſte apud Philoſtr. de Sophiſt. lib. 1. p. 515. Ἀρχιερεὺς μὲν γὰρ ἐγένετο τ Ἀσίας ἀυτὸς τε ἢ οἱ πρόγονοι ἀυτῦ, παῖς ὢν πατρὸς πάντες. *Pontifex quidem Aſiae factus eſt, ipſe nempe & majores ejus filius a patre omnes.* De ſacerdotiis autem intra certas familias, easque maxime conſpicuas, manentibus conſuli meretur Vir Eruditiſſimus Ez. Spanhemius ad Callim. Hymn. in Lavacr. Pall. v. 35. l. c. capite praecedenti. Tale fuit Veneris ſacerdotium in inſula Cypro, quod conſecuti poſteri Cinyrae & Thamyrae, ſed poſtea ſola Cinyrae familia, de quo vid. Diligentiſſ. Meurſius in Cypro lib. 1. cap. 17. Juſtinus lib. 18. cap. 5. *Primus illis appulſus terrae Cypriſ inſula fuit: ubi ſacerdos Jovis cum conjuge & liberis, deorum monitu, comitem ſe Eliſſae ſociumque fortunae praebuit, pactus ſibi poſterisque perpetuum honorem ſacerdotii.* Id ſi verum, ſententia noſtra de Herone ad nubilem forte aetatem, ſaltem non perpetuam virginitatem ſervante non parum firmatur. Sed vereor ut talis verborum trajectio eruditis ſe probare queat, quamvis miras aliquando obſervent Docti, quem-

admodum Cel. Knatchbull in N. T. ex. gr. in Act. Apoſt. 13; 17. 1 Petr. 1. 1. 3: 20. &c. & in epiſt. Pauli ad Roman. cap. 9: 10. Viri Eruditi: ἐ μόνον ἣ ἄλλα ἡ Ρεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. haec enim verba Cel. Haverecampus ad Tertull. Apol. 16. p. 170. ipſumque ſecutus vir longe Eruditiſſimus Jo. Alberti ad h. l. ita conſtruunt: Ῥεβέκκα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα. *Rebecca, uxor patris noſtri Iſaaci, ex una congreſſione prolem, quam ſuſcepiſſet.* Favet Hammondus, forte & Interpres Vulgatus; vertens: *ſed & Rebecca, ex uno concubitu habens, Iſaac, patris noſtri.* Ut opus forte vix ſit emendatione Viri ſummi, qui in Vulgato tentabat reponere *concubitum*, ut in Gloſſis vox illa explicatur cum nimis illa emendatio abeat a vulgata lectione, nam & praeterea legendum, ut ſyntaxis recte cohaereat *ex uno---Iſaac patre noſtro.* Quid enim, quaeſo, alias ſignificaret *ex uno? concubitum* autem vertit Vulgatus uſus Codice a noſtris diverſo, in quo legebatur ἐξ ἑνὸς κοίτου, cui conjecturae favet vox κοίτους, quemadmodum reperiri in MS. teſtis eſt Elegantiſſ. Raphelius in Adnot. ad h. l. ex Herodoto, quam lectionem tamen hodiernae non praeferrem, quippe cum κοίτην de *ſemine* recte dici pluribus oſtendit Cel. Knatchbull. Ceterum hanc explicationem loco noſtro admodum faventem primo intuitu lubens amplectebar, ſed mox difficultate aliqua premi animadverti. Neque enim video, quomodo verba ἐξ ἑνὸς denotare poſſint *ex una congreſſione*, vel cujus vocabuli ellipſis ſtatuenda; non certe κοίτης, tum enim ſcribendum fuerat ἐκ μιᾶς; aliud autem vocabulum in N. T. non eſt obvium, ut adeo confugiendum ſit ad κοίτος, cum λέχος Poëticum eſt. Sed ſi jam omnia haec prono alveo fluerent, nondum video cur nos poe-

nitcat

niteat naturalis verborum constructionis, quae est: Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ κ. τ. λ. *Rebecca ex uno Isaaco gravida* geminos peperit, qui tamen dissimillimam sortem experti. Nihil hic in constructione vel sensu intricatum. Haec in chartam conjecta cum jam jam praelo mandanda essent subit animum cogitatio consulendi Cel. Wolfii Curas Philologicas in h. l. quem latius quidem sed tamen eadem ratione locum hunc explicuisse, in quibusdam mire conspirasse deprehendo, quod monuisse e re mea puto. Locum tamen Vulgati Interpretis in mendo cubare neque ullum praesidium esse in lectione κοίτης nondum persuadeor, quod corruptum ex κοίτη, vel genitivus singularis videtur, multo minus κοῖτον Graecis esse tantum *somnum*, cum contrarium doceat vel unus Herodotus lib. 1. cap. 9. μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα, παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον. *Ubi fuero ingressus, aderit & uxor mea in cubiculum.* ita edidit Cel. Jac. Gronovius ex Codice Mediceo pro κοιτῶνα, vel κοίτην quod tuetur Th. Gale p. 759. cum enim γυνὴ, λέκτρον, κοίτη &c. *cubile* significantia vocabula pro *concubitu* ponuntur quidni & hoc recte adhiberetur? Erepto igitur nobis hoc loco alia quoque interpretatio verborum πύργον ἀπὸ προγόνων quaerenda, quae, donec meliora doceamur, quemadmodum ante annum in prima hujus Carminis lectione succurrebat, vertemus *Turrim avitam*, i. e. quae a majoribus haereditate ad ipsam vel parentes devenerat, quemadmodum & Eruditiss. Whitfordus, quod non nisi sero vidi, cepit docente ipsius interpretatione:

Turrim
Fluctibus aequoreis vicina colebat avitam.

Sic fere eleganter apud Theocritum Idyll. 16. 33. fossor dicitur:

Δεινὴν ἐκ πατέρων πτοίην ἀκτήμονα κλαίων.

Statius Theb. lib. X. 46.

Balatusque tremens, pinquesque ab ovilibus aurae.

i. e. *aurae ovilium.* Lucretius *fulgor ab auro*, Virgilius *dulcesque a fontibus undae* i. e. fontium vel fontanae, ut jam monuerunt Lexicographi. Pro eo Cicero in Fragmento:

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse Polus.

Videndus vir summus Hugo Grotius pag. 72. Id non intellectum fraudi fuit Interpretibus Minucii Felicis cap. 7. *Specta de libris memorias, jam eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum.* ubi inepte Davisius legit: *specta de libris memoria jam eos* &c. merito reprehensus a Wopkensio Obs. Miscell. Vol. x. p. 19. qui tamen non felicius ipse conjectat *de his rebus*, vel hoc *de libris* ortum ex voce, quae praecedente versu exstat, *delubris.* Quicquid vero de hoc Musaei loco statuendum aliis videatur, interpretationi Whitfordi tantisper locus dandus videtur, donec difficultatibus, quas obmovimus, sublatis certiora alii adferant, quando haec nostra in spongiam incumbere non gravate passi certiora docentibus dignas habebimus gratias. Si probari posset idoneis exemplis προγόνους *parentes* denotare, revera omnium maxime id adrideret, cum & eo nos ducere videatur Nonnus Dionys. lib. 3. p. 104. l. 15. loco, qui conferatur, non indigno:

Μάρτυς ἐγὼ· πατέρων γὰρ ὑποστρεφθι δώματα ναίων·
Οὐ Στερόπην, ἣ Μαῖαν ὁμοστόλον, οὐδὲ Κελαινὼ
Σύγγονον ἐγγὺς ἔχουσα συνέστιον·

Nisi

Niſi πατέρων ibi poſitum ſit pro προγόνων, quod & aliis uſitatum eſt, atque ita intellexerit Muſaeus.

33. Ἄλλη Κύπρις ἄνασσα. *Altera Venus regina.* Si placitis Grammaticorum ſtandum peccavit & hic Muſaeus; debuiſſet enim ἑτέρη. Vid. Ammonius in V. Ἄλλος. & Thomas Magiſter, qui tradit: Ἕτερος ἐπὶ δυοῖν. ἄλλος ἐπὶ πολλῶν. Sed parum haec curarunt Scriptores. Orpheus Argon. v. 477.

Φίλτροις Τ' ποσιπύλην ἐρατοῖς ἐδάμασσεν Ἰήσων.
Ἄλλῃ δ' ἄλλος ἔμικτο.

Herodotus lib. 1. cap. 32. ὥσπερ χώρη ἀδαμία καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα, ἀλλὰ ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δ' ἐπιδέεται. Herodianus 3. 10. §. 6. Plutarchus Lacaen. Apophth. T. II. p. 241. & 242. Achill. Tatius lib. 1. pag. 3, 13, 29, 41. aliisque locis plurimis. Lucas Euang. cap. 20. v. 11. cap. 22. v. 58. &c. Theocritus Idyll. 24: 61. 7. v. 36.

Βωκολιασδάμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.

Cenſuram Scholiaſtis in Poëtam ſtrictam ineptam eſſe monuit recte Eruditiſſimus Caſaubonus. Egregios vero legum latores, quas ipſi ſaepiſſime migrant! Ita enim Ammonius in V. Ἀποκήρυκτος. Ἐκποιήτος ὢν, ὁ δοθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς υἱοθεσίαν ἄλλῳ· pro quo Etymologus: ἢ ὁ δοθεὶς ἑτέρῳ εἰς υἱοθεσίαν. Sic habet MS. apud Valckenaerium Animadv. ad Ammon. p. 27. Tantine igitur ut adeo aeſtuarent Viri Eruditi in Æliano V. H. 3. 44. ὁ δὲ ἕτερος αὐτῶν συνεπλάκη τῷ λοιπῷ τῶν κακούργων. Ubi, ut Grammaticis pareant, repoſitum eunt δεύτερος, quamvis ex tribus MSS? Ego certe metuo, ne ob Grammaticorum imperium boni correctores haec mutaverint.

Ibid. Ἄλλη Κύπρις. Ipſis Diis immortalibus illos, qui caeteris longe praeſtabant inter homines, conparari maxima laus erat. Homerus Iliad. τ. 286. Ω.

258. r. 158. &c. Puellas, quae pulchritudine reliquas longo poſt ſe intervallo relinquebant Veneri adſimilabant. Infra v. 68.

Κύπριδος ἀμήτειρα, νέη δ᾽ ἐφαίνετο Κύπρις.

Homerus Iliad. Ω. 699.

Ἀλλ᾽ ἄγε Καισάνδρη, ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

Iliad. Γ. 282.

Βεβιηὶς δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτ᾽ ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

Conf. Odyſſ. Δ. 14. p. 37. Nonnus Dionyſ. lib. 3. p. 90. l. 29. lib. 7. p. 214. l. 21, 24. lib. 16. p. 446. l. 8. lib. 33. p. 828. l. 28.

Χαλκομέδην ἠὲ Κύπριν ἔσω Λιβάνοιο νοήσῃς
Οὐ δύνασαι φίλε κοῦρε διακρίνειν Ἀφροδίτην.

Fulgentius lib. 3. Myth. cap. 6. p. 113. de Pſyche ex Apulejo: *juniorem vero tam magnificae eſſe figurae, quae* (*quo* legit Munckerus) *crederetur Venus eſſe terreſtris.* Ubi nec Diligentiſſ. Munckerum noſtri Poëtae loca fugerunt. Jucunde ſuaviſſimus Secundus Baſio VI.

Tu quoque cum Dea ſis, Diva formoſior illa
Concha per aequoreum quam vaga ducit iter,
Baſia cur numero caeleſtia dona coerces?

Alia loca mitto. Ita formoſos juvenes Baccho conparabant. Longus Paſtor. lib. 1. p. 30. αἱ μὲν γυναῖκες ἐκ τῶν πλησίον ἄγρων εἰς ἐπικουρίαν κεκλημέναι, τῷ Δάφνιδι τὰς ὀφθάλμους ἐπέβαλλον, καὶ ἐπῄνουν ὡς ὅμοιον τῷ Διονύσῳ τὸ κάλλος. Apud Coluthum de R. H. v. 245. Paris ipſi praefertur:

Οὐ Διὶ τοῖον ἔτικτεν ἐπήρατον υἷα Θυώνη.
Ἴληθι Διόνυσε, καὶ εἰ Διὸς ἔφυς γενέθλης.

Bacchus

Bacchus enim non pingui aqualiculo deformis, ſed juvenis formoſiſſimus habitus a Veteribus, contra ac pingitur a pictoribus, quibus quidlibet audendi magna ſemper poteſtas fuit. Tibullus lib. 2. El. 2. v. 35.

Et tu Bacche tener jucundae conſitor uvae.

Ubi notata Elegantiſſimo Broekhuſio evolviſſe voluptate erit. Dianae conparabant venatrices. Nonnus lib. 13. p. 368. l. 23.

Τὸν ποτε Κυρήνη κεμαδοσσόος Ἄρτεμις ἔδμη.

Sic lib. 15. p. 422. l. 16. lib. 16. p. 444. l. 31. p. 446. l. 8. lib. 42. p. 1090. l. 20.

Ἄρτεμι πῆ σέο τόξα, τίς ἥρπασε σοῖο φαρέτρην.

Lib. 48. p. 1262. l. 6. Saepe etiam pluribus ſimul Diis ſimiles praedicabant. Nonnus lib. 34. p. 860. l. 12.

Ἄτρομε Χαλκομέδεια, νέη ῥοδοδάκτυλε Πειθώ,
Κύπελλος ἄβρὸν ἄγαλμα, καὶ εὐθώρηκος Ἀθήνης,
Βαχχιὰς Ἠελίνεια, καὶ ἐ δύνασα Σελήνη.

Saepe ipſis Diis praeferebant. Nonnus lib. 15. p. 426. l. 19.

Εἰ τόσον ὡς Νίκαια πίλεν λευκώλενος Ἥρη·

Alia loca mitto. Conſer quae hic notavit Pareus. *Ibid.* Κύπελλε ἄνασσα. Deos *reges*, Deas *reginas* dici obvium. Homerus Iliad. Ν. 326.

Οὔθ' ὅτε Δήμητρος, καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης.

Theocritus Idyll. 25: 78.

Ὦ πόπαι, οἷον τοῦτο θεοὶ ποίησαν ἄνακτες.

Orpheus Hymno in Venerem v. 16, & 24. p. 152. Propertius lib. 4. El. 5. v. 63.

Sed cape torquatae, Venus o regina, columbae,
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.

Ubi Vid. Eruditiss. Broekhusius, nec non Ez. Spanhemius ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 79. Brouerius de Adorat. Veter. p. 47. Contra Reges, qui in terris summum dignitatis fastigium escenderunt, Deorum titulo insigniti. Vid. Spanhemium ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 26. in Delum v. 166. & quae observavit Bochartus in erudita epistola de Jure Regio Tom. I. col. 1006. Hinc illa cognomina ex. gr. Joviorum & Herculiorum ab Imperatoribus adsumta, de quibus Lactantius de Mort. Pers. cap. 52. *Ubi sunt modo magnifica illa & clara per gentes Joviorum & Herculiorum cognomina, quae primum a Diocleto ac Maximiano insolenter assumpta, ac postmodum ad successores eorum translata, viguerunt? Nempe delevit ea Dominus & erasit de terra.* ubi Vid. Cuperum.

Ibid. σωφροσύνη ἢ καὶ αἰδοῖ. *castitate & pudore* vertitur. Pareus priorem vocem intellexit de *sapientia* puellae, quod minus hic quadrat, cum ratio redditur cur aequalium commercio abstineret puella. Nisi velis intelligere sapienter instituisse Heronem, quae invidiam hoc pacto evitabat, quod non omnino displiceat. Elegantius tamen Papius:

Casti sed plena pudoris.

Ita Claudianus de R. P. lib. II. v. 272.

Castaeque pudoris
Illuxere faces.

CA-

CAPUT V.

Venus & Cupido virginibus infesti. Musaei locus pessime a Scholiaste expositus. Minerva ab ineuntibus nuptias placabatur. Antiqua Statii lectio probata. Minerva nubentes exosa. Veneri & Cupidini, cum puellae nuptias inirent, sacra fiebant. Venerem sanguine etiam placari contra Interpretes Horatii docetur. Columba Veneri immolata. Scholiastes MS. semel, Acron bis emendatus, semel refutatus. Cruquii Commentator tentatus. Leno Dii. Ἀφροδίτη secundum Scholiasten fuit Minerva. Fons erroris. Κυθέρεια Ἀφροδίτη, Cytherea Venus & similia. Servius bis leviter emendatus. Antonomasivum.

36. Μῶμον κ. τ. λ. Aperta imitatio Nonni Dionys. lib. 16. p. 462. l. 1.

Μῶμον ἀλευομένη φιλοκέρτομον ἥλικος ὄβης.

38. Κυθέρειαν ἱλασκομένη Ἀφροδίτην κ. τ. λ. Significat Poëta Heronem Venerem & Cupidinem libamentis placasse. Scilicet haec numina virginitatem servantibus credebantur infesta, adeoque omni modo, ne irata ea experirentur, puellis erant concilianda. infra v. 143.

Παρθένον οὐκ ἐπέοικεν ὑποδρήσασαν Ἀφροδίτῃ,
Παρθενικῆς δ' Κύπριδι μάντιες.

Quem versum contulit Pythoeus cum Pervigil. Veneris v. 40.

Ipsa vellet ut venires, si deceret virginem.

Achilles Tatius lib. 8. p. 473. εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνδρὸς παρθενία, ταύτην ἐγὼ μέχρι παρόντος σῴζω Λευκίππην ἔχω. ἡ μὲν γὰρ ἤρα ἐκ πολλοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερᾶς, δέσποινα Ἀφροδίτη, μὴ νεμεσήσῃς ἡμῖν ὡς νίκην ἀμύνῃ· οὐκ ἠθέλομεν ἀπάτορα γενέσθαι τὸν γάμον. Non intellexit igitur suum Poëtam ignobilis Scholiastes, qui notat: Λέγει ἡ τὴν Ἀφροδίτην, ἡ τὴν Ἀθηνᾶν

γᾶν ἢ αὐτὸν τ' Ἔρωτα θυτῆρος ἐπιφύσην (ita conjectat Doctiſſ. Abr. Gronovius pro παρῆγεν) ἢ μίμνε. Quid, quaeſo, hic facit Minerva Diva caſta & caſtis amica? Haec ne virgini placanda? Imo vero, o bone, nuptias inituris. ita Valerius Flaccus lib. 8. v. 224. de Jaſone:

Ipſe autem invitae jam Pallados erigit aras,
Incipit Idaliae numen nec ſpernere Divae.

Argivae puellae virgineas ipſi comas libabant. Statius Thebaid. lib. 2. v. 251.

Innuptam lumine adibant
Pallada. Munychiis cui non Argiva per urbes
Poſthabita eſt Lariſſa jugis. Hic more parentum
Faſides, thalamis ubi caſtu adoleſceret aetas,
Virgineas libare comas, primosque ſolebant
Excuſare thoros.

Ubi nihil mutandum puto cum viro erudito in in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 195. legente *Huic m. p. & juſta adoleſceret aetas*, quomodo & locum laudat Elegantiſſ. Broekhuſius ad Tibull. lib. 1. El. 4. v. 22. Vide, quae notat Vir doctus in nota addita. Conſule praeterea Ez. Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Lavacr. Pall. v. 1. Caſſandra apud Lycophronem de raptu Ajacis querelas fundens v. 359.

Ἐλανθήσομαι,
Ἢ πολλὰ δὴ βύσσινον, Λίβυσσαν, κόρην,
Ἀρωγὸν εὐδαίξασα, παρθένου γάμων.

Ita v. 356. vocat μισονύμφην. ubi Tzetzes notat: Μισονύμφην τοῦτο δῆλον, ὅτι ἡ τιμῶσα παρθενίαν, τὰς νυμφευθείσας μισεῖ. Nonnus Dionyſ. lib. 47. p. 1226. l. 27.

Ὦμο-

Ἔρωτες ἀγχεγίνυαι γαμηλίων θεῶν Ἀθήνης·
Πειθοῦς ὄχοι ὄμιλοι, τί Πειθοῖ καὶ Κυθερείῃ;

Nec tamen nuptiarum praesidibus Diis Cupidini & Veneri rem divinam factam fuisse, cum puellae matrimonio jungendae erant, inficias eo. ita Sosthenes Therſandri nuptias perſuaſurus Leucippae apud Achill. Tat. lib. 6. p. 385. τί κλαίεις; αἰνάσηθι, καὶ θύε ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν Ἀφροδίτῃ. Pauſanias in Laconicis: Ξόανον δὲ ἀρχαῖον καλοῦσιν Ἀφροδίτης Ἥρας. ἐπὶ δὲ θυγατρὶ γαμουμένῃ νενομίκασι τὰς μητέρας τῇ θεῷ θύειν. *Simulacrum ligneum vetuſtum Veneris Junonis vocant. Ibi vero ſacra deae facere matres, cum filias elocant, ſolenne habent.* Nonnus Dionyſ. lib. 35. p. 872. l. 12.

Ἔσομαι Ἰδαίῃ καὶ ἐγὼ φίλος, ἀντὶ δὲ Λυδῆς
Κυδαίνοις θυέεσσιν ἁρυβδαίην Ἀφροδίτην
Κρυπταδίῃ Μοίρῃος ὁμευνέτις·

Vid. & lib. 26. p. 693. l. 10. & ſeqq. Juſtinus lib. 18. cap. 5. *Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quaeſituras in quaeſtum ad litus maris mittere pro reliqua pudicitia Veneri libamenta ſoluturas.* Adde Rivini Diſſert. de Majumis &c. in Collect. Graevii cap. 7. §. 24. Theocritus Idyll. 27. 63.

Ῥίξω πόρτιν Ἔρωτι, καὶ αὐτᾷ βοῦν Ἀφροδίτᾳ.

Ex quo loco quemadmodum & Virgilio in Dedicatione Æneidos:

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o ſedes quae colis Idalias &c.
Non ego thure modo aut pacta tua templa tabella
Ornabo, & puris ſerta feram manibus:
Corniger hos aries humileis & maxima taurus
Victima ſacrato tinget odore focos.

(liceat

(liceat paullisper spatiari) refutantur nugae Acronis ad Horatium Carm. lib. 1. 19. v. 14. ubi notat: *Bene autem verbenas, cespitem & thus Veneri promittit, quae non placantur* (l. *placatur*) *sanguine &c.* Melius certe ipsum docere debuerat ipse Horatius v. 16.

Mactata veniet lenior hostia.

Quem locum Cruquius de columba cepit, quam Veneri inmolari praeter alios testis est Ovidius Fast. lib. 1. v. 455.

Ergo saepe suo conjux abducta marito
Uritur Idaliis alba columba focis.

Ita emendat Nic. Heinsius in Adversariis, eruditionis Criticae thesauro opulento, quem erutum curae Eruditiss. P. Burmanni brevi debebit orbis literatus, lib. 1. cap. 1. p. 3. vulgo *in calidis*. Ego tamen Horatii locum de majore hostia mallem interpretari. Ineptius ineditus Scholiastes: *Paphiae Veneri non licebat hostia* (lege *hostiam*) *immolari.* Inepte & Acron: *Id est facile sacrificio mansuescet, hoc est Glycera Veneri veniet, quam protervam dixerat.* Ubi vox *Veneri* sede mota ponenda post *sacrificio* flagitante sensu, nec non Porphyrio & Scholiaste MS. jubentibus: Vel ejicienda cum Cruquii Commentatore, nisi, quod potius reor, & huic vox illa restituenda. Dein *veniet lenior* non de Glycera, sed Venere cape, de qua v. 9.

In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit.

Leves Dii saepe occurrunt. Ita in Carmine Saeculari v. 13.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithuia.

Ubi

Ubi Acron: *id est propitia.* Claudianus de R. P. lib. 2. v. 161.

Lenisque simul procedit Jacchus.

Sed in viam. Credo bonum noſtrum interpretem cum haec notaret putaſſe Ἀφροδίτην eſſe Minervam. Ne dubites miſer aperte ſe prodit ad v. 182.

Οὐ δύνασαι σκοτόεσσαν ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτην.

Ibi enim vocem ultimam explicat Νύμφην ἄγαμον, quo vix quicquam abſurdius: quae vero ſit illa Νύμφη ἄγαμος praeter Minervam, praecipue conlato h. l. non video. Sollicitum quidem me tenent iterum loca, quibus recte mentem ſui Poëtae cepit ut v. 33. 43. 68. adeo ut facili negotio in hanc conjecturam inciderem Scholia illa e duobus male conſuta, niſi craſſa ignorantia & ignobilis hominis ſtupor incredibilis nihil benigne de ipſo ſentire ſuaderent. Anſam vero videtur dediſſe v. 35.

Κύπρις φίλη μετὰ Κύπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην.

Nam Κυθέρειαν Ἀφροδίτην unam eſſe Deam extricare non poterat, cum tamen centies occurrat Φοῖβος Ἀπόλλων, Παλλὰς Ἀθήνη aliaque, quae, quamvis rara, apud Latinos quoque reperias. Horatius Carm. lib. 1. 4. 5.

Jam Cytherea choros ducit Venus.

Vid. Bentlejus. Virgil. Æneid. lib. 2. v. 615.

Jam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas.

Ubi Servius: *Duo antonomaſia ſunt ſine proprio nomine.* Emenda *duo antonomaſiva*, ita enim ad lib. 5. v. 704. *Pro uno proprio duo Antonomaſiua.* ad lib. 3. v. 251. PHOEBUS] *Purus, impolluatus: & eſt Apolli-*

pollicis fixum Antonomaſiwum, quod alii dari non poteſt. unde patet vocem Servio hoc uſu familiarem eſſe. Illud tamen occurrit apud eundem ad lib. 2. v. 171. *Sane Tritonia Antonomaſium eſt, i. vice nominis ponitur, quia proprium eſt Minervae.* Verum & hic corrige *Antonomaſiwum.*

CAPUT VI.

Publica ſacerdos fuit Hero. Πανδήμιος ἱερὴ *peſſime ad Venerem Vulgarem refertur. Duplex Amathuſia. Venus Coeleſtis & Vulgaris. Phavorinus Camers ter, Harpocration ſemel emaculati. Adonis & Cytherea ſaepe junguntur. Emendatus Nonnus. Uno feſto, & templo Dii honorati, quemadmodum Venus & Adonis, Diana & Apollo, aliaque. Non raro a generali & majori ad ſpeciale & minus auctores venire contra Servium aliosque docetur. Antiqua lectio in Virgilio, ut & diſtinctio. Nemus & virgulta aliaque. Servius parum ſibi conſtans. Cythera inſula.*

42. Πανδήμιος ἧλθεν ἱερή. Publica igitur Veneris ſacerdos noſtra in urbe Seſto, qualis Cereris Nicippe in urbe Theſſaliae Dotio. Callimachus Hymn. in Cerer. v. 42.

> Αὐτίκα Νικίππη (τὰν οἱ πόλις ἀρήτειραν
> Δαμοσίαν ἔσασεν) ἐείσατο.
>
> *Statim Nicippae (hanc ei civitas ſacerdotem Publicam conſtituerat) aſſimilata eſt.*

Conſule notata Cel. Spanhemio. Intolerabilis ſtupor eſt Weitzii & Parei, (nam Voetius dubius haeret) qui intelligunt Venerem πάνδημον & plurima huc convaſant de ipſa a *Caeleſti* diſtincta, quam toto carmine non memorari certiſſimum eſt. Melius eos praecedentia docere debuiſſent, quibus diſerte intelligi Οὐρανίαν patet. ita enim v. 38.

Ἀλλ' αἰεὶ Κυθέρειαν ἱλασκομένη Ἀφροδίτην,
Πολλάκι ἢ τ' Ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς·
Μητρὶ σὺν οὐρανίῃ φλογέρην τρομέουσα φαρέτρην.

Mox ſequitur verſus hic Δὴ γὰρ κ. τ. λ. Quis non videt eandem Deam hic intelligi & ineptiſſimum hic ſuſpicari caſtiſſimam ſacerdotem miniſtrare Divae a meretricibus potius colendae, & tamen ſua miſſa placaſſe divam omnino diverſam & contrariam? Locus Catulli Epigr. 69. ex Meurſio ad Lycophr. adductus nihil ad rem facit.

Nam mihi quam dederit duplex Amathuſia curam
Scitis, & in quo me torruerit genere.

Duplex enim *Amathuſia* eſt Venus, quae mas erat & femina, ut docuit Cel. Bentlejus ad Horat. Carm. 1. 6. 7. De Venere autem Coeleſti & Vulgari vid. Cuperum Obſerv. lib. 2. cap. 1. laudatum etiam a Rövero ad v. 40. Theocritum Epigr. 13. Conferri meretur de gemina pulchritudine Achilles Tatius lib. 2. p. 141. loco eleganti: Δυὸ γὰρ ἐγὼ νομίζω κατὰ ἀνθρώπους κάλλη πλανᾶσθαι, τὸ μὲν ἀφάνιον, τὸ δὲ πάνδημον, ὥσπερ δὴ κάλλος αἱ χορηγοὶ θεαὶ. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀφάνιον ἄχθεται θνητῷ κάλλει δεδεμένον, καὶ ζητεῖ πρὸς ἀφανὲς ταχὺ φεύγειν· τὸ δὲ πάνδημον, ἥρμοσται κάτω, καὶ ἐγχρονίζει πρὸς τοῖς σώμασιν. De Venere Vulgari etiam audiendus Phavorinus in V. Πάνδημος Ἀφροδίτη, ὅτως ἐκάλουν τὴν ἀφιδρυθεῖσαν πρὸς τῇ ἀρχαίαν ἀγορᾷ, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιόν, ἂς ἐκάλουν ἀγορᾶς· ἔστι δὲ τὸ πάνδημον, παγήσιμον. Locus corruptus. Lege ἐνταῦθα quod leve, & poſt τὸ παλαιὸν inſere ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, nec non pro παγήσιμον repone πάγκοινον. Fundus emendationum eſt Harpocration in eadem V. a Meurſio ad Lycophr. in Caſſandr. v. 112. quoque adductus, quem in Harpocratione recte

emendasse ἀφιδρυθεῖσαν pro ἀμφιδρυθεῖσαν adparet ex l. l. Corrige praeterea hinc τὸ παλαιὸν pro τὸ π. 43. Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ. Saepissime haec numina conjunguntur apud Nonnum, quemadmodum lib. XI. p. 324. l. 25. lib. 16. p. 450. l. 16. lib. 42. p. 1106. l. 32. lib. 48. p. 1264. l. 4. lib. 41. p. 1052. v. 4.

Καὶ Παφίης δόμον εἶδε γαμήλιον. ἠμερίδων δ'
Ἔρνεσιν ἀρτιφύτοισι βαθύσκιον ἄλσος ἐρέψας
Ἄμπελόεν ποτὲ δῶρον Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ·

Interpres reddidit:

Et Paphiae domum vidit nuptialem. Vitium vero Ramis per se crescentibus profundas umbras habens nemus coronans
Viteum quoddam munus Adonidi & Veneri.

Quae nec ego, nec alter quispiam forte intelligit. Emenda igitur

Ἄμπελόεν πόρε δῶρον Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ.

Viteum (Bacchus) *praebuit munus Adonidi & Veneri.*

Ex hoc autem loco patet unum Diis duobus festum in urbe Sesto celebratum, quemadmodum quoque uno templo honoratos, quod & in insula Cypro fieri consuevisse innuere videtur Orpheus Hymno in Venerem p. 152. v. 24.

Εἰτ' ἐν Κύπρῳ ἄναασα τροφῷ σέο· ἔνθα καλαί σε
Παρθένοι ἁδμῆται νύμφαι τ' ἀνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν
Τίμνῦσί σε μάκαιραν καὶ ἄμβροτον ἀγνὸν Ἄδωνιν.

Vid. Vir Eruditiss. Georgius Arnaldus de Diis Παρέδροις cap. 25. pag. 177. Nec quidquam notius fere quam plures Deos uno templo cultos fuisse. Ser-

Servius ad Virgil. Æneid. lib. 6. v. 831. *Dictus autem* Μόνοικος (Hercules) *quod in ejus templo nunquam aliquis Deorum simul colitur, sicut in Jovis, Minerva & Juno: in Veneris, Cupido.* & ad lib. 2: 225. *Delubrum dicitur quod uno tecto plura complectitur numina, quia uno tecto diluitur: ut Capitolium, in quo est Minerva, Jupiter, Juno.* Ita in urbe insulae Cei Carthaea Apollo colebatur in fano Dianae, ut conligo ex Anton. Liber. cap. 1. Ταύτην ἰδὼν Ἑρμοχάρης Ἀθηναῖος χορεύουσαν Πυθίοις πρὸ τ βωμὸν τ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ, ἐπεθύμησεν αὐτῆς· ἢ ἐπιγενέσθαι μῆλον, ἔρριψεν ἐν τῷ ἱερῷ τ Ἀρτέμιδος. Virgilio Æneid. lib. 6. v. 35. memoratur

Phoebi Triviaeque sacerdos
Deiphobe Glauci.

Atque unum ambobus templum vovet Æneas v. 69.

Tum Phoebo & Triviae solido de marmore templum
Instituam, festosque dies de nomine Phoebi.

Ubi in aliis *templa*, quod perinde est. vid. dicta cap. 3. p. 130. ita v. 13.

Jam subeunt Triviae lucos, atque aurea tecta.

Ubi Servius: *Congrue Apollini & Dianae juncta sunt templa: ut & paulo post* Phoebi Triviaeque sacerdos. Non deterius, puto, scripsisset *eadem s. t.* ut liquidum ex locis citatis. Aram unam Neptuno & Melicertae nautas posituros Inoni promittit Mercurius apud Nonnum lib. 9. p. 254. l. 12.

Σοὶ πίσυνος πλεύσεις Φιλέμπορος εἰν ἁλὶ ναύτης,
Βωμὸν ἕνα στήσας Ἐνοσίχθονι ἢ Μελικέρτῃ
Ῥέζων ἀμφοτέροις.

45. Ὅσσοι ναιετάουσιν ἀλισφήσιν σφυρὸν νήσων.
Οἱ μὲν ἀφ' Ἀιμονίης, οἱ δ' εἰναλίης ἀπὸ Κύπρου.
Οὐδὲ γυνή τις ἔμιμνεν ἐνὶ πτολίεσσι Κυθήρων·

Adtendas quaeſo lector inluſtre exemplum, quo prius generaliter de omnibus inſulis locutus mox tamen inter caeteras gentes incolas Cypri & Cytherorum memorat. Similiter v. 49.

Οὐδὲ πελαστιόων τις ἐλείπετο τῆμος ἑορτῆς,
Οὐ Φρυγίης ναίτης, ἢ γειτονος αἰσὸς Ἀβύδου.

Certe ad πελαστίονας hoſce pertinebant jam Abydi incolae. ita v. 138.

Ὄλβιος, ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὄλβιη, ἥ τέκε, μήτηρ.
Ταῦτη, ἣ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη·

Quem locum erudite, ut ſolet, Cel. Dorvillius jam a ταυτολογίας vitio contra Alexandrum Pope vindicavit. ſic & v. 274.

Ἦν γάμος, ἀλλ' ἀχόρευτος· ἦν λέχος, ἀλλ' ἄτερ ὕμνων·

Cum v. 277. occurrat

Οὐδὲ πολυσταφύλῳ τις ἐπεστέφθησε χορείῃ,
Οὐκ ὑμέναιον ἄεισε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ·

Heſiodus in Theogonia v. 58.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἦεν, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι
Μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη·

Unde patet non raro Poëtas a generaliori & majori deſcendere ad ſpecialius & minus: Non igitur Virgilius Æneid. lib. 7. v. 674.

Ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem
Linquentes curſu rapido: dat euntibus ingens
Silva locum & magno cedunt virgulta fragore.

Non

Non, inquam, culpandus fuerat a Servio, quod a minore ad majus venire debuerat, neque haec cenſura adprobari viro Erudito in Obſerv. Miſcell. Vol. I. p. 17. Vir doctus in nota ſubjecta ita capit Poëtam: ut *ſilva ingens* ſive majorum arborum cacumina Centaurorum capitibus dederint locum: virgulta pedum inceſſu mota fuerint & protrita. acute. Sed tamen an hoc cogitaverit Poëta non auſim adfirmare. Idem lib. 6: 703. *nemus* & *virgulta* ſimili modo conjungit:

Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus & virgulta ſonantia ſilvis.

Ubi olim lectum *ſilva* patet ex Servii nota: *quae eſt juxta praerupta fluminis.* Ita lib. 12. 521.

Ac velut inmiſſi diverſis partibus ignes
Arentem in ſilvam, & virgulta ſonantia lauro.

Ubi Servius: *Quaeritur quid ſit virgulta ſonantia lauro, ſcilicet ipſa virgulta lauri.* cum Virgilii autem loco confer Ovidium Metam. lib. 8. v. 339. de apro Calydonio:

Sternitur incurſu nemus: & propulſa fragorem
Silva dat.

Idem Servius ad lib. 7: 54.

Multi illam magno e Latio, totaque petebant
Auſonia.

Notat: *Latium pars eſt Auſoniae; unde dixit primo, quod minus eſt: ſic intulit* totaque Auſonia. Peſſime vero idem ſibi conſtat: cum enim ad lib. 8: 71.

Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde eſt.

Notaſſet: NYMPHAE] *Hic diſtinguendum, ut generalitatem ſequatur ſpecialitas, ut in Georgicis*, Mater, Tyrrhene mater. (Corrige igitur diſtinctionem vulgatam Georg. 4: 321. ubi legitur *Mater Cyrene, mater.*) *Nam vitioſum eſt poſt ſpeciem genus inferre.* idem tamen ad lib. 2: 250.

Ruit Oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos.

Animadvertit: *A generalibus ad ſpecialia venire vitioſum eſt; niſi forte redeatur ad cauſſam, ut hoc loco.* Sed auctores ſibi non metuiſſe ideo a ferula Grammaticorum patet ex iis, quae jam dicta ſunt, quibus adde Virgil. lib. 12: 521. loco paullo ante adducto.

47. Ἐν πτολίεσσι Κυθήρων. Inſula omnino hic intelligenda Veneri gratiſſima, de qua Phavorinus in V. Κύθηρα ἐν ἑβδομῇ γένει, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ἧς φησὶν ὁ γεγράψας τὰ ἐθνικὰ, ἡ ποτὲ ἡ πορφυρᾶσα ἐρρέθη, διὰ τὸ καλλίστας φέρειν πορφύρας· ἐν ταύτης ἡ Ἀφροδίτη Κυθέρεια, κατὰ τὸ Ἡσιόδου μῦθον λέγεται· διὸ καὶ ζάθεα ἔφη ὁ ποιητὴς, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς μυθευομένην τὴν Κυθερείας ἱκφασιν. Vid. Heſiodum in Theogon. v. 198. & 192. Non debuiſſet dubitare Weitzius a Pareo hic adductus an de hac inſula, an vero Cythero Atticae oppido locus intelligendus.

CAPUT VII.

Venus in Libano ſedes habebat, ibique colebatur. Puellae montem hunc, vicinaque loca incolentes pulchritudine reliquas ſuperabant. Venus Aphacitis. Λίβανος θυώδης *ab odore fragrantiſſimarum arborum, quas mons gerit, non vero a thure, quod illic loci non creſcit. Phavorini Etymologia vocis* Λιβάνου, *& mira narratio, de hoc monte. Lapſus Interpretis Vulgati. Florens Chriſtianus refutatus,*

tus, aliaque. Ἐπιχίδαν *incedere. Inceſſus decoris non contemnenda pars. Formoſae puellae Lunae comparatae. Emendatus Nonnus.* Ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ. *Comparabantur etiam Aurorae, & Lucifero. Commentator Cruquii & Scholiaſtes MS. leviter emaculati. Nonni interpretatio correcta. Locus Muſaei a Scholiaſte non intellectus. Color puellarum niveus purpureo mixtus laudatiſſimus. Candidus color & roſeus. Diverſa lectio in Virgilio rejecta. Cervix roſea, pulchra. Roſae albae raro memorantur. Titius & Cruquius refutati. Roſa florum pulcherrima, & Veneri ſacra.*

48. Οὐ Λιβάνῳ θυόεντος ἐνὶ πτερύγεσσι χορεύων. Venerem in monte Libano ſedes habuiſſe atque ibi cultam uno ore tradunt Veteres Scriptores. Nonnus Dionyſ. lib. 4. p. 126. l. 6.

Ἔσσω Λιβάνοιο κομίζων
Ἀσυρίην πλώσασαν ἀπὸ Θρήϊκης Ἀφροδίτην.

Lib. 42. p. 800. l. 27. de Junone a Venere diſcedente:

Εἶπε καὶ Ἀσυρίην Λιβαννίδα δύσατο πέτρην.

Conf. lib. 33. p. 828. l. 28. lib. 41. ipſo initio. alia loca mitto. Æthicus in Cosmographia p. 716. edit. Abr. Gronov. *Inſula vero, quam* (Tiberis) *facit intra urbis portum, tantae viriditatis amoenitatisque eſt, ut neque, aeſtivis menſibus, neque hyemalibus paſturae admirabilis herbas dehabeat: Ita autem vernali tempore roſa, vel caeteris floribus adimpletur, ut prae nimietate ſui odoris & floris inſula ipſa Libanus almae Veneris nuncupetur.* aliique plures. Cave tamen huc referas locum Orphei in Hymno Veneris pag. 152. v. 17.

Εἴ τε καὶ ἐν Λιβάνῳ Συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις.

Quemadmodum laudatur in Parei commentario p. 62. ſine ſenſu, cum legendum ut in aliis editio-

nibus locus exhibetur, ἐν Λιβάνῳ Συρίης. Sedes haec adeo grata Deae, ut munere ejus mulieres, quae montem hunc vicinaque loca colebant prae caeteris essent forma liberali. Geographus Anonymus apud Bochartum Chanaan. lib. 2. cap. 14. *Heliopolis, quae propinquat Libano monti, mulieres speciosas pascit, quae apud omnes nominantur Libanotides; ubi Venerem magnifice colunt: dicunt eam ibi habitare, & mulieribus gratiam formositatis dare.* Antoninus Liberalis cap. 34. refert Smyrnam filiam Theiantis & Orithyiae nymphae (cujus filius formosus Adonis) natam in Libano a multis ob formae praestantiam ambitam. Talis Beroe Baccho amata, de qua lib. 43. p. 1118. l. 25.

Καὶ διερὴν μετὰ δῆριν ἔχων Λιβανητίδα νύμφην.

Venus Cadmum laudans lib. 4. p. 116. l. 9.

Ἱμερόεις γὰρ
Ἐν Λιβάνῳ νέος ἔστος, ὅπη Κυθέρεια χορεύει·

Non mirum ergo, si ad solenne hujus Deae festum Sestou convenirent, qui Libanum inhabitabant. Olim locum hunc speciatim capiendum putabam de templo celeberrimo in honorem Veneris structo Aphacis in Libano non procul a fluvio Adonide, unde nomen Aphacitidis ipsa adepta, cujus praeter Zosimum aliosque Scriptores, quorum testimonia produxit Diligentissimus Bochartus in Chanaane lib. 2. cap. 14. Col. 748. & 749. meminit Eusebius de Vita Constantini lib. 3. cap. 55. loco disertissimo, ubi de Inperatore omni modo id agente ut ritus & sacra Gentilium tolleret: Δεινόν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ ξ Φοινίκων λανθάνων ἔθνος, ἐξ ὑποπτου συνεῖδεν. ἄλσος ἦ τοῦτ' ἦν ἢ τέμενος ἐν μέσαις πόλεσιν, ἢ δ' ἐν ἀγοραῖς ἢ πλατείαις, ἅτοῖα τὰ πολλὰ κόσμῳ χάριν ταῖς πόλεσι φιλοτιμεῖται· τὸ

τὸ δ' ἦν ἔξω πάντα, τερπόμενον τε καὶ λειμῶνι ἐντὸς, αἰγλήεντι δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐν ἀκρωρείαις μέρεσι Λιβάνου ἐν Φοίνιξι ἱδρυμένον· σχολή τις ἦν αὐτὴ κακοεργίας πᾶσιν ἀσχολίοις, πολλῇ τε ῥαιθύμῃ διεφθορόσι τὸ σῶμα· γύνιδες γῆν τινες ἄνδρες ἢ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὸν δαίμονα ἱλεοῦντο· γυναικῶν τ' ἂν παρείμομι ὁμιλίαι, κλεψιγαμοί θ' ὁμιλίαι (Valesius l. τε φθοραὶ) ἀῤῥητοί τε καὶ ἀπῤῥητοὶ πρήξεις, ὡς ἐν ἀπροσάτῃ (ἀπροσατάτῃ Valesius l.) χώρῳ κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἀπειχειρῆντα. Vide quae notavit Valesius & Th. Smithi Adnotat. ad Monum. Palmyr. VIII. p. 50. Atque ita optime intelligi posset, quae essent Libani πτέρυγες; cur viros choreas ducentes hic memoret, cum reliquos tantum Abydo, Phrygia &c. simpliciter venisse narret. Verum nihil est quod nos eo cogat, cum Λιβανηίδα πέτρην saepe memoret Nonnus aliique, choreas autem duxisse cultores hujus Divae in reliquo monte non minus credibile sit quam in hac parte, quemadmodum de ipsa Venere id testatur Nonnus lib. 4. p. 116. l. 9.

Ἐκ Λιβάνου νέος ἦτος, ὅπη Κυθέρεια χορεύει·

Vid. lib. 3. p. 90. l. 20.

Ibid. Λιβάνου θυόεντος. Thus Libanum ferre notius esse dicit Pareus, adducens loca Isidori nonnulla. Sed errat. Dudum Isidorum, Serviumque, & Graeculos, qui ex nominis adlusione thus in Libano nasci ridicule elicuerunt, confutavit Salmasius in Solin. pag. 1046. quique ipsum laudat Bochartus Phaleg. lib. 2. 18. col. 104. ut & Cel. Relandus in Palaest. lib. 1. cap. 48. p. 312. qui thus ibi creviisse aut crescere negat. Obstat quidem Cyrillus in Comment. ad Jesaiam lib. 5. T. IV. p. 848. loco, alio tamen scopo, adducto a Relando p. 320. Ὄρος ἐστὶ τὸ Φοινίκης ὁ Λίβανος, κέ-

δρυος τε καὶ κυπαρίσσοις καὶ πεύκη κατάκομον καὶ αὐτοῖς ἢ τοῖς ἐξ λιβανῶ φυτοῖς. Θαυμάζεται ἢ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ μνημονευθὲν ὄρος, ὡς ἀφθονωτάτην ἔχον τὴ ὕλην καὶ δένδρεσι τοῖς εὐμηκεστάτοις καὶ εὐοσμοτάτοις κατασπλυτῶν. Sed cum antiquiores ſimile quid non tradant nec huic fidem habendam puto. Aliam Etymologiam dat Phavorinus: Λίβανος, δενδρον. ἢ καὶ ὄρος ὕτω καλούμενον· Λίβανος ἢ εἴρηται, οἱονεὶ ὁ λειβόμενος καὶ σπενδόμενος. δοκοῦσι γὰρ αὐτὸν οἱ Ἑβραῖοι ὅλον εἶναι πνεῦμα καὶ θεὸν· ἀνωφερὴς γάρ ἐστι καὶ αὐτὸν σέβονται κ. τ. λ. Quae unde habeat neſcio, ut nec quae inferius: ἐστὶ ἢ καὶ ὄρος καλούμενον· καὶ κατὰ νυμηνίαν ἔθος εἶχον λιβανωτὸς ἐντιθέναι τοῖς ἀγάλμασι. Melius igitur capi poſſet de odore reliquarum arborum, quas mons gerit, fragrantiſſimarum, de quibus Cyrillus & Æthicus l. c. & Sacer Scriptor Hoſeae cap. 14. v. 6. καὶ ἡ ὀσφρησία αὐτῦ ὡς Λιβάνυ. *Et odor ejus ut Libani.* Cantic. cap. 4. v. 14. Νάρδος καὶ κρόκος, κάλαμος καὶ κινναμωμον, μετὰ πάντων ξύλων ἐξ Λιβάνυ. Vulgatus Interpres: *Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum univerſis lignis Libani.* ut adeo videantur Graeci uſi Codice hoc in loco a noſtris diverſo in quo pro לְבוֹנָה ſcribebatur לְבָנוֹן, quemadmodum contra v. 11. pro καὶ ὀσμὴ ἱματίων σῦ, ὡς ὀσμὴ Λιβάνυ· Vulgatus: *& odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Niſi, quod verum puto, Vulgatus ſecure veſtigia Graecorum legens nomina propria confuderit & in Graecis ſcribendum λιβάνυ. atque id malo, quam, quod Pareus putat, quia thus ibi offerebatur, quamvis nec hanc explicationem damnem. ita Oraculum apud Euſebium de Praepar. Euang. lib. 5. cap. 28. incolas Deli inſulae vocare videtur

Οἰκητὰς Δήλοιο θυώδεος, ἠδ' ἱερῆας.
Fragrantis Deli cives, ſacrosque miniſtros.

Ibid.

Ibid. ἐν πτερύγεσι. recte Scholiastes ἐν ταῖς ἄκρεσις, quo nihil tritius, nec tamen intellexit Florens Christianus puerili errore vertens:

Nullus odorati Libani saltabat in antris.

53. Οὐ τόσον Ἀθανάτων ἀγέμεν σπεύδεσι θυηλὰς,
Ὅσσον ἀγειρομένων διὰ κάλλεα παρθενικάων.

Conferri meretur locus Longi Pastor. 1. p. 2. de pictura egregia in insula Lesbo; ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ἦσαν, τῶν μὲν νυμφῶν ἱκέται, τοῦ δὲ εἰκόνος θεαταί. Ita Glycera suspicabatur Menandrum non minus Bacchidis amore quam Isthmiorum caussa iter suscepisse, apud Alciphronem lib. 1. ep. 29. p. 122. ex emendatione Bergleri: τὸ μὲν γὰρ δοκεῖν αὐτὸν οὐκ ἔλαττον ἢ σοὶ ἐντυχεῖν ἡ τῶν Ἰσθμίων ἕνεκεν τὴν ἀποδημίαν πεποιῆσθαι, οὐ πάνυ πείθομαι. vulgo ὑ' π. π.

55. Ἡ δὲ θεῆς ἀνὰ νηὸν ἐπῴχετο παρθένος Ἡρῶ· *incessit virgo Hera* recte vertitur. Verbum enim hoc pompam ac majestatem denotat. Claudianus de B. Gildon. v. 195.

His fretus sociis, ipso jam principe major
Incedit.

Propert. 2. 2. v. 57.

Fulva coma est, longaeque manus; & maxima toto
Corpore: & incedit vel Jove digna soror.

Tibullus lib. 2. El. 6. 33.

Ut mea luxuria Nemesis fluat: utque per urbem
Incedat donis conspicienda novis.

Ubi Broekhusium consule. Nec sine ratione formam Heronis laudans Poëta incessus meminit, cum & ille non contemnenda pars decoris juvenes

nes amatores adiciens. Audi Ovidium Art. Amat. 3. 398.

Discite faemineo corpora ferre gradu.
Est & in incessu pars non contemnenda decoris.
Adlicit ignotos ille, fugatque viros.

Male Florens Christianus:

Tunc ergo Deae delubra petebat
Virgo Hero.

75. Οἷά τε λευκοπέπλου ἀναντέλλουσα σελήνη. Elegans conparatio & crebra sumta forte ex Ovidio Heroid. ep. 18: 71.

Quanto cum fulget radiis argentea puris
Concedunt flammis sidera cuncta tuis;
Tanto formosis formosior omnibus illa est;
Si dubitas caecum Cynthia lumen habes.

Qui locus non fugit Elegantissimum Broekhusium ad Tibullum 3. 4. 29 ubi plura notavit vir Eruditus, quemadmodum & Pareus ad h. l. qui tamen perverso judicio inventionem adtribuit Musaeo. Idem Naso Metam. lib. 2.

Quanto splendidior, quam caetera sidera, fulget
Lucifer; & quanto te, Lucifer, aurea Phoebe;
Tanto virginibus praestantior omnibus Herse
Ibat: eratque decus pompae comitumque suarum.

Horatius Carm. lib. 2. 5. 17.

Dilecta, quantum non Pholoë fugax
Non Chloris: albo sic humero nitens,
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Gnidiusve Gyges;

Nonnus Dionys. lib. 16. p. 438. l. 23.

Αὐχέ-

ἀσπένα γαμνοβέντα, σέλας πέμποντα σελήνᾳ.

p. 446. l. 19.

Οἵπλοτέρη γὰρ
Ἔμπεδον εἶδος ἔχουσα πέλει Νίκαια σελήνη.

Confer lib. 18. p. 494. l. 4. lib. 34. p. 844. l. 23.

Εἰσὶ τεληκοσίων Χαρίτων σίχες, ὧν μία μούνη
Πασάων ἐπιφέρουσα φαείνεται, ἷα ἡ αὐτὴ
Φαιδροτέρῳσις ἀκτῖσι κατακρύπτει σέλας ἄστρων,
Μαρμαρυγὴν ἐυκυκλον ἀκοντίζουσα σελήνη.

Lib. 38. p. 972. l. 14. & seqq. lib. 41. p. 1066. l. 25. de Beroe.

Ἀσυρίης δ' ἔκρυπτεν ὁμήγυριν ἤλιτος ἤβης,
Ὀφθαλμοὶ γελόωντες ἀκοντισσῆρες ἐρώτων
Φαιδροτέρῃς χαρίτεσσιν, ὅσον πλέον ἄστρα κελαίνοις
Ἀννεφέλοις ἀκτῖνας ὀϊστεύουσα σελήνη
Πλησιφαὴς.

Quo loco non deterius, puto, legeres ἔκρυπτον, certe Φαιδροτέροις χαρίτεσσιν ὅσον κ. τ. λ. cum subintelligendum ἦσαν. ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ saepe occurrunt. Aristaen. lib. 1. ep. 10. p. 58. ἢ ἦ νέου ἐκόσμει ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μᾶλλον ὡς καλῶ· φοβεροὶ ἦ, ὡς σώφρονος. ut recte emendavit Vir Eruditus in Observ. Miscell. Vol. I. p. 392. & dubitanter alter vir Doctus Vol. III. p. 406. Confer praeterea Nonnum lib. 47. p. 1218. l. 25. lib. 48. p. 1266. l. 17. Alias Aurorae conparare solent formosas. Theocritus Idyll. 18. v. 26. de Helena:

Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
Πότνια νύξ ὅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος·
Ὣς δὲ καὶ ἀ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.

Sicut *aurora exoriens decorum ostendit aspectum*
Sacra cum nox abit, hyeme candidum ver laxante,
Sic & aurea Helena eluebat inter nos.

Ita

Ita legit Casaubonus Lection. cap. 19. p. 277. pro ἅτε. aliter Doct. Heinsius cap. 23. p. 375. ita Nonnus lib. 16. p. 440. l. 18. lib. 34. p. 848. l. 3. ipsique praeferunt aliquando ut ibid. l. 23.

Καὶ σὺ φαείνεις
Χαλκομέδη ῥοδόεσσα ῥοδοσεφέος πλέον ἠοῦς·

Obvia quoque cum Lucifero conparatio est. Virgilius de Pallante Æneid. lib. 8: 589.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignis,
Extulit os sacrum coelo tenebrasque resolvit.

Quod Homericum esse observat Servius. Primum versum Acron confert cum Horatio Carm. lib. 3. Od. 9. v. 21.

Quamquam sidere pulchrior
Ille est.

Commentator Cruquii & MS. Scholiastes vocem *ubi* omittunt, quae restituenda ex Acrone & Virgilio. Nonnus Dionys. lib. 21. p. 574. l. 4. de Baccho:

Καὶ ταχὺς ἤλασε δίφρον ἑῷον εἰς κλίμα γαίης
Τεύχεσιν αἰσσόμενος ἅτε φωσφόρος.

Et cito agitavit currum matutinum in clima terrae,
Telis fulminans tanquam Lucifer.

Vel potius

Armis fulgens ut Lucifer.

Talis Pallas Virgilianus.

58. Ἦκεν ὃ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐν καλύκεσσι διδυμοχρόον.

Ele-

Elegans locus ſed peſſime a Scholiaſta acceptus, ut patet ex notis ipſius: Χιονέων] Χιονόδης, λαμπρὰ, quae ita reſtituit Gronovius: χιονωδῶν, λαμπρῶν. & Φοινίσσετο] ἐλαμπρύνετο· Aliud voluit Poëta, cujus interpres optimus eſſe poterit Achilles Tatius lib. 1. p. 17. de Leucippe: λευκὴ παρεία, τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, ᾗ ἐμιμεῖτο πορφύραν, οἵαν εἰς τ ἐλέφαντα Λυδία βάπτει γυνή· Hic color genarum puellarumque laudatiſſimus, atque a Poëtis decantatus. Tibullus lib. 3. El. 4. 30.

Candor erat, qualem praefert Latonia Luna:
Et color in niveo corpore purpureus.

Bion in Epithalamio Achillis & Deidamiae v. 17: p. 206. de illo:

Ἐφαίνετο δ' ἠΰτε κώρα
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, ᾗ τόσον ἄνθος
Χιονέαις πόρφυρε παρειῇς.

Ariſtaenetus lib. 1. ep. 1. p. 4. ἐκείνη γὰρ, ἵνα καλλος ἀφροδίσιον εἰς δύναμιν διαγράψω τοῖς λόγοις, λευκαὶ μὲν ἐπιμιξ ᾗ ὑπέρυθροι παρειαὶ, ᾗ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τ ῥόδων. Illum colorem deſcribit Salomon Cantic. 5: 11. Ἀδελφιδός μου λευκὸς ᾗ πυῤῥὸς, ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων. Vulgatus Interpres: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Eleganter Propertius lib. 2. El. 2. v. 19.

Nec me tam facies, quamvis ſit candida, cepit:
Lilia non domina ſint magis alba mea:
Ut Maeotica nix minio ſi certet Hibero,
Utque roſae puro lacte natant folia.

Ubi lectu digniſſima notavit Broekhuſius. Locum Propertii expreſſit Secundus Oda. XI. v. 9.

Ut

Ut rubra puro lacte natans rosa,
Serpebat albas purpura per genas.

Achilles Tatius lib. 5. p. 305. de Melite: ἦν ἡ τῷ ὄντι καλὴ, καὶ γάλακτι μὲν ἂν εἴπες αὐτῆς τὸ πρόσωπον κεκρᾶσθαι, ῥόδον δ' ἐμπεφυτεῦσθαι ταῖς παρειαῖς. quem locum respexit Broekhusius l. c. Suaviter ad Galateam Doris apud Janum Secundum Sylv. lib. 1. p. 236.

Teinet contemplare, precor; dabit unda colorem
Consimilem lacti, consimilemque nivi.
Atqui nulla quidem facies candore probatur,
Candida purpureis sit nisi tincta notis.

Unde patet colorem, niveum purpureo mixtum laudatissimum fuisse. Saepe tamen colorem candidum tantum praedicant. Claudianus de R. P. lib. 3. v. 88.

Exhaustusque gelu pallet rubor, ille superbi
Flammeus oris honos, & non cessura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.

Aliique multi. Saepissime etiam rosis, mixto colore non memorato, conparant. ita Nonnus lib. 15. p. 424. l. 31.

Παρθενικῆς ἁρόων ῥοδοειδέα κύκλα παρειῶν.

Vid. & p. 434. l. 5. lib. 42. p. 1104. l. 1. Virgilius Æneid. lib. 12: 606.

Et roseas laniata genas.

Horat. Carm. lib. 4. 10. 4.

Nunc & qui color est puniceae flore prior rosae
Mutatus.

Ubi Acron: PUNICEAE] *Sanguinei coloris ut:* Puni-

Puniceis invecta rotis. Locus eſt Virgilii Æneid. lib. 12. v. 77. Perperam *roſis* citat Titius ad Nemes. Ecl. 2. v. 44. ſive ita emendaverit, ſive in codicibus pejoris notae invenerit. Conf. Theocr. Idyll. 18: 31. Hinc *roſeus* pro *pulchro*. Horatius Carm. lib. 1. 13. v. 1.

Cum tu Lydia Telephi
Cervicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia.

Janus Douza (vide Commentariolum ipſius cap. 2. p. 654.) olim cum Fruterio ſe intellexiſſe *cervicem ſtrophiis i. e. ſertis redimitam*, monet, ſed jam capere de colore candido cum bicolores roſae ubique proveniant, niſi quis malit interpretari *laeve, floridum* & ἁγλαὸν *collum*. Prius nullo modo tueri ſe poteſt, cum de nativo colore hic ſermonem eſſe quivis videat, neque alterum placet. Roſas albas provenire, & memorari a veteribus non inficias eo, cum Albricus de Deorum imaginibus cap. 5. p. 305. de ipſa Venere ſcribat: *roſisque candidis & rubris ſertum gerebat in capite ornatum.* Atque ita Janus Secundus Baſio I.

Cum Venus Aſcanium ſuper alta Cythera tuliſſet
Sopitum teneris impoſuit violis;
Albarum nimbos circumfuditque roſarum
Et totum liquido ſparſit odore locum.

Sed rara ſunt iſta exempla, praecipue in comparationibus ſimilibus, ubi ſemper fere roſae purpureae memorantur, ſaepe etiam liliis albis opponuntur. Virgilius Æneid. lib. 12. 67.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
Alba roſa.

Apud Nemeſianum Eclog. 2. v. 44. roſas, cum alias purpureae, pallentes ſibi videri ait amator ſpretus:

Te ſine vae miſero! mihi lilia nigra videntur,
Pallentesque roſae, nec dulce rubens Hyacinthus.

Nugas agere Titium, qui notat: *roſas autem pallentes ſibi videri ait, cum alioquin ſuapte natura aut candidae aut purpureae eſſe ſoleant*, docet clare ipſe Poëta v. 47.

At tu ſi venias & candida lilia fient,
Purpureaeque roſae, & dulce nitens hyacinthus.

Huc refer fabulam de roſa, prius alba dein rubra, de quo Interpretes ad Pervigil. Ven. v. 23. Tertia conjectura ipſius qua intelligit collum ſplendens, & confert *purpureos olores* alio loco obvios reliquis praeſtat. Minus placet Cruquius, qui periphraſticôs intelligit pulchra & oblonga cervice ſpectabilem. Rectius Acron: *pulchram, ut* roſea cervice refulſit. ita Servius ad Virgil. Æneid. lib. 2: 393. ROSEO] *Pulchro. Perpetuum Veneris epitheton.* Quemadmodum autem Horatius *roſeam cervicem* dixit ita Petronius in Fragmento p. 667. edit. Burm.

Fundunt colla roſas, & cedit crinibus aurum.

Ceterum roſis non inmerito formoſae conparantur, florum quippe pulcherrimis habitis. Rationem reddit Achilles Tatius lib. 2. p. 141. ἡ τὸ ῥόδον διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων εὐμορφότερόν ἐστι τῶν φυτῶν, ὅτι τὸ κάλλος αὐτοῦ φεύγει ταχύ. Non igitur ſine ratione Veneri conſecravit antiquitas. Nonnus lib. 12. p. 332. l. 27.

Φοίβῳ Ζεὺς ἐπένευσεν ἔχειν μαντώδεα δάφνην·
Καὶ ῥόδα φοινίσσουσα ῥοδόχροϊ Κυπρογενείῃ.

C A-

CAPUT VIII.

Κύκλα pro κύκλοι per Metaplasmum, & similia. Formosae prato pulchro conparatae. Aristaenetus tentatus & defensus contra Pauwium. Hyems campis gramina aufert. Σῶμα ἰνῶδες. Emendatus Nonnus. Pedes pulchri veteribus in pretio. Interpretis Nonni lapsus. Pulchris pedibus decori habebantur formosi. Veteres crura nudata habebant. Gentilium sacerdotes discalceati erant & nudis pedibus, sicut etiam ipsi Dii, nec non veneficae, quibus alter pes tantum nudus fuisse male statuitur, quique sacra loca adibant, ut & in dolore & luctu. Veteres Heroes pedibus nudis incedebant. Λευκόπυς Ὄρνις. Defensus Euripidis locus contra Arnaldum aliosque. Furentes pedibus nudis currebant.

Ibid. κύκλα pro κύκλοι hic occurrunt, quemadmodum talia non raro observari possunt. Quaedam notavit Phavorinus in V. Κύκλα κατὰ μεταπλασμὸν γένους, οἱ τροχοί· ---- τοιούτῳ δ' μεταπλασμῷ σὺν ἄλλοις πολλοῖς, ἡ ὁ θυμὸς ἡ τὸ θυμόν· ἡ ὁ γάφος παὶ Αἰσχύλῳ· φασὶ ἡ τὸ γαφόν· ἔστι δ' ἡ ὀείγανον ἡ ὁ ὀείγανος. ita δάκτυλα habes apud Musaeum v. 114. Vid. Munckerum ad Anton. Liber. cap. 41. p. 333. apud eundem v. 142. γαμήλια θέσπια θεαίνης & v. 145. θέσπια θεῆς ἐρύεντα. apud Aratum in Diosem. v. 299. κέλευθα, & Oppianum in Halieut. lib. 1.

Καὶ σκελιαὶ, σκυτάλαι τε, ἡ ἱππούροιο κέλευθα.

Ita 2 MSS. cum tertium κέλευθα. Vid. Vir Doctus in Obs. Miscell. Vol. III. p. 63, 64. sed recte alter Vir Doctus in nota addita nihil movendum docet, & retinendam vulgatam lectionem γένεθλα, atque ita ipse Oppianus Halieut. 1. 105.

Φέρβονται, βατίδες τε, βοῶν δ' ὑπέροπλα γένεθλα.

Ubi ſimiliter habes γένεθλον pro γενέθλη. ita λύχνα dixiſſe Herodotum notavit Pollux lib. 10. cap. 26. ſegm. 116. ubi notas conſule. Talia ſunt πύρσα apud Nonnum lib. 17. p. 480. l. 16. lib. 20. p. 546. l. 25. &c. μυχά lib. 34. p. 858. l. 5.

60. Ροδῶν λειμῶνα φανῆναι. Crebra comparatio apud id generis Scriptores, ex. gr. Achillem Tatium lib. 1. p. 61. τὸ γὰρ ἐξ αἵματος κάλλος αὐτῆς, πρὸς τὰ ἐξ ἀνθέων ἤειζεν ἄνθη· καρπίοις μὲν τὸ στόμα ἔσιλβε χροιᾶν, ῥόδον ἢ ἀνέτελλεν ὀπὶ τῆ παρειᾶς. ----- τοσοῦτος ἦν Λευκίππης ἐπὶ τῷ προσώπῳ ὁ λειμών. Nonnus lib. 15. p. 426. l. 5.

Χιονέων μελέων ῥοδόεις ἀνεφαίνετο λειμών.

Lib. 16. p. 442. l. 11.

Καὶ τότε πηγάσντος ἔαρ λειμῶνος ὀδόντων
Ἄνθεα πάντα δόκησε τεθηλότα σύγχροα κόσμῳ.

Paulo poſt l. 15.

Μὴ σέο κάλλος ἄμειψε τὸ ἄνθεα· καλλιφυὴς γὰρ
Παρθενίων ῥοδεῶνας, τεὰς ἐνόησα παρειάς.

Lib. 34. p. 848. l. 25.

Υ̓́πότε τοῖον ἄγουσι ῥόδον λειμωνίδες αὖραι
Παρθενικὴ χαρίσασα, τεαὶ μεθέπουσι παρειαὶ
Κιαρινὸν λειμῶνα, τὸ δ' χρόνος οἶδε μαραίνειν.

Ariſtaenetus lib. 1. ep. 10. p. 62. ἡ τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν ὅτι ἐν παρειῶν ἔνδον εἶχέ τινα ῥόδων λειμῶνα. quae ultima verba Francius in margine, ſed ſine loci indicio, notaverat. lib. 2. ep. 1. p. 194. γυνὴ ἔοικε λειμῶνι, ἡ ὅταν ἐκεινῷ τὰ ἄνθη, τοῦτό γε ταύτῃ τὸ κάλλος· ἴσως μὲν ἐν ἡ κόμη τῷ λειμῶνι ἐπαμιλλᾶται ἡ χροιὰ τοῖς ἀνθέων· ὕστερος ἢ παραμείσαντες, πέπανται μὲν τὰ ἄνθη ... τε .. ὁ ἢ

λει-

λειμὼν γεγήθασι. γυναικός τε αὖ πάλιν εἰ τὸ εἶδος παρέλθῃ, καὶ τὸ κάλλος ὠφελεφέμῃ, τις ἐστι; καταλείπεται εὐφροσύνη· ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι ἐπέφυκε θεραπεύειν ὁ ἔρως· ἢ ἂν εὐανθές τε καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἐνιζάνει καὶ μένει. Qui locus multis modis laborat. Corn. de Pauw geminat τὸ ἐπαχμαάζει, dein τ. α. τοῦτο δὲ vel κατὰ τοῦτο δὲ ὁ λ. γ. & pro ἔστι poſt Mercerum recte ἔτι reponit, nec non τὸ εὐωδὲς mutat in ἐυειδὲς. Prius forte minus neceſſe, ſi repetas verbum ἐπαχμαάζει, vel in priore membro intelligas verbum ſubſtantivum. Parum quadrat, quod monet comam prato poſt veris laetitiam & in ipſa hyemis crepidine non deeſſe, cum iſto tempore prata rigent, ut ait Horatius Carm. lib. 4. 12. v. 3. & hyeme diffugiente campis gramina redire ſcriptores ſtatuunt. Horatius lib. 4. Od. 7. in deſcriptione verni temporis:

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribusque comae.

Adde Secundum Sylv. 13. p. 222. Id hic ſufficit. Dein forte legendum πέπαυται μὲν τὰ ἄνθη τοῦτο vel κατὰ τοῦτο· ὁ δὲ λ. γ. *floribus perit color*, niſi velis ταύτης ſcilicet χροιᾶς. Pauwii εὐειδὲς pro εὐωδὲς manifeſte falſum, cum ad verbum deſumta haec ſint ex Platonis Sympoſio, quem locum opportune adduxit dudum Mercerus, ubi ſcribit: ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν ἐθέλει ἐνίζειν ὁ ἔρως· οὗ δ' ἀνανθής τε καὶ εὐώδης τόπος ἥ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει· Odorem autem bonum mulierum a Poëtis aliisque memorari nec pueri ignorant. Sufficit unus Muſaei locus v. 133.

Παρθενικῆς δ' ἔνοδμον ἐΰχροον ἀμφὶς ἔνησας.

61. Νιφομένης ἦ
Καὶ ῥόδα λευκοχίτωνος ὑπὸ στεφεὴ λάμπετο κόμης.

Geminus locus eſt Nonni Dionyſ. lib. x. p. 280. l. 7. de Ampelo:

Νειοσομένῃ δ'
Ἐκ ποδὸς ἀργυρέοιο ποδῶν ἐρυθαίνετο λείμων.

Miror turpiſſimam Poëtae maculam non abſterſiſſe eruditos Interpretes, nam de Pareo, qui bis corrupte citat, non magnopere mirandum, cum facillimo negotio integritati locum potuiſſent reſtituere hoc modo:

Ἐκ ποδὸς ἀργυρέοιο ῥοδῶν ἐρυθαίνετο λείμων.

Pratum roſarum paulo ante multis inluſtravimus, *pedum pratum*, qui dixerit ignoro. Veteribus autem pedes pulchri in pretio fuerunt raroque in deſcribenda forma egregia omiſſi. ita Nonnus Lib. 35. p. 866. l. 13.

Καὶ γυμνῆς σκοπίαζεν ἀναιομένης χρόα κούρης,
Καὶ σφυρὰ λευκὰ δόκευε.

Lib. 7. p. 214. l. 29. de Semele natante:

Παρθένον ἀργυρόπεζαν ἴσα ποταμοῖο δονεύων.

Lib. 14. p. 398. l. 26.

Οἰάνθη ῥοδόεσσα, καὶ ἀργυρόπεζα Λυκάστη.

Ubi interpres vertit *auripedem Lycaſtem* ſupino errore, quem etiam commiſit p. 400. l. 5. ubi ἀργυρέα τάρσα vertit *aureas plantas*, quemadmodum & aliis locis. lib. 15. p. 426. l. 3.

Καὶ χρόος ἤνθεε κάλλος· ἐλευκαίνοντο δὲ μηροὶ,
Καὶ σφυρὰ φοινίσσοντο, καὶ ὡς κρίνον, ὡς ἀνεμώνη,
Χιονέων μελέων ῥοδόεις ἀνεφαίνετο λειμών.

Ita Ἄρτεμις ἀργυρόπεζα lib. 34. p. 844. l. 31. & Θέτις lib. 41. p. 1066. l. 6. lib. 42. p. 1082. l. 10.

Καὶ

Καὶ γλυκὺν ἄυχενα Βάκχος ἐδέρκετο, ϗ σφυρὸ χέρης
Νειασομένης.

Neque id ignorabat Dearum de forma contendentium arbiter Paris apud Coluthum de R. H. v. 132. qui ideo

Χρύσῳ δαιδαλέης ἐφεήσατο κάσμον ἐκάσης,
Καὶ πτέρνης μετόπισθε, ϗ ἀυτῶν ἴχνια ταρσῶν.

Theocritus Idyll. 10: 36.

Βομβύκα χαρίεσσ', οἱ μὲν πόδες ἀσεσήγαλοι τεῦ.

Ubi Scholiastes---- ἐυρυθμοι, ϗ ὀρθοὶ ἢ λευκαὶ ὡς οἱ ἀσεσήγαλοι. Horatius ad Venerem Carm. 4. 1. 25.

Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum.

Hinc Servius ad Virgil. Ecl. 10: 49.

Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!

Notat: *ostendit illam pulchram.* Ceterum adpositе admodum pedum pulchritudinem, roseumque colorem hic praedicat Poëta, qui spectatorum in oculos aeque ac candida facies incurrere poterant, cum apud Veteres saepe crura nudata habebant. Tales describuntur comites Europae apud Achillem Tatium lib. 1. p. 7. τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμένον, τὸ μὲν ἄνω, ἕως χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω ἕως πεδίλου. quem locum recte explicat Salmasius p. 541. Talis forsan fuit Hero, quae forte quoque fuit nudo pede & discalceata, quomodo Gentilium Sacerdotes non parvo numero sacra discalceati, imo plane nudis pedibus peragebant. Lectu dignissima sunt

quae in eam rem obſervavit Vir praeclara eruditione inſignis Jo. Braunius de Veſtitu Sacerdot. Hebr. lib. 1. cap. 3. §. XI. & poſt illum Inluſtr. Spanhemius ad Callim. Hymn. in Cerer. v. 125. adde, ſi tanti videtur, Saubertum de Sacrif. cap. 9. p. 181. Ipſi Dii nudis pedibus exhibentur aliquando, quemadmodum ex. gr. Saxonum Deus antiquiſſimus Crodo apud Henninium n. 23. ad Tollii epiſt. Itiner. 1. Sed & multi alii tali modo incedebant, ut veneficae in ſacris magicis. Horatius Sermon. lib. 1. 8. v. 23.

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, paſſoque capillo.

Qui locus docet non perpetuum eſſe, quod docet Cl. Braunius l. c. p. 65. veneficas alterum pedem nudum habuiſſe, niſi *pedibus nudis* pro pede nudo poſitum contendere velis. Non raro quoque, qui ſacra loca adibant diſcalceati erant. Ideo Leucippe virginitatem probatura Panis antrum ingrediens veſte ſacra induitur calceisque caret apud Achillem Tatium lib. 8. p. 515. ἐσολίσατο δὴ Λευκίππη ἱερᾷ σολῇ· ποδήρης χιτών, ἀβύσσος χιτών, ζώνη κατὰ μέσον τὸν χιτῶνα, ταινία περὶ τ κεφαλὴν φοινικοβαφὴς, ἀσάνδαλος ὁ πούς. Praecipue vero locum id habebat in dolore & luctu. ita Nonnus lib. 5. p. 162. l. 8.

Φιλοσόργῳ ὃ μετοιν῀ι
Νήλιπος ἀκρήδεμνος ἰμάσσετο πένθεϊ μητρὸς.

Ita p. 164. l. 9. p. 264. l. 6. Najades etiam ſine ſandaliis Bacchi & Ariadnae nuptias canunt apud Nonnum lib. 47. p. 1230. l. 5. Alia mitto. Sed non tantum Hero, quamvis hoc maxime probem, nudis pedibus inceſſiſſe videri poſſet, quia ſacerdos Veneris erat, ſed & quia antiquo aevo non om-

omnino id inusitatum. Huc refer loca nonnulla ex iis quae jam adduximus. Tali ex. gr. modo videtur incessisse Ampelus, cui mortuo induisse cothurnos Bacchum refert Nonnus lib. XI. p. 308. l. 23.

Καὶ νέκυός περ ἐόντος ἐδύσατο ταρσὰ κοθόρνοις.

Nec non Veteres Heroes Theseus, aliique. Vide quae notavit Ampl. Cuperus Apoth. Homer. p. 34. ita capi non incommode posse quibusdam forte videbitur Anacreon Oda 31. v. 5.

Ε'μαίνετ' Α'χμαίων τε
Χ' ὁ λευκόπυς Ο'ρέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.

In quo loco Juvenis Eruditissimus Georgius Arnaldus Animadv. Critic. cap. 5. p. 28. emendat Α'ελλόπυς Ο'ρέστης, me non probante. Tutius enim verti posse cum interpretibus *Et pulchris pedibus praeditus Orestes*, quam quidquam hic novari putem. Nihil certe valet quod objicit elegans juvenis epitheton illud mulierculae magis convenire, quam Oresti, cujus inmanis statura septem cubitos superaret. Theseus erat heros inter mortales fortissimus, ut vel ex honorifico testimonio Nestoris apud Homer. Iliad. A. v. 265. patet, & tamen pulchri ejus pedes laudantur. Ita Ariadne apud Catullum de Nupt. Pelei & Thetidos:

Quae tibi jucundo famularer serva labore
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis.

Ubi *candida vestigia* sunt pulchra, quemadmodum *pede candido* in loco Horatii jam cit. Acron interpretatur *pulchro*. Pulchrum autem eum fuisse patet ex Hygino cap. 270. ubi inter eos *qui formosissimi fuerunt* refertur *Theseus Ægei, & Æthrae filius,*

quem Ariadne amavit. Aliae emendationes Virorum Doctorum non magni momenti videntur. Pauwii λευκόνης nullo modo placet, minus adhuc ὁ' λαγώπυς ὀρέσης alterius, quae referuntur in Obſerv. Miſcell. Vol. III. p. 6, & ſeqq. in notis. χ'ὠ λευκόφρυς vel χὼ λευκόχρυς quae protulit vir Eruditiſſimus, etiam minus neceſſaria: recte tamen idem illam Barneſii *de albis cothurnis* ſententiam ex Iſtro Grammatico refutavit: vellem & alteram de Oreſte in furore ſuo nudis pedibus currente, cum id furentibus ſaepiſſime adſcribatur. Nonnus lib. 9. p. 264. l. 5. de Inone in furorem a Junone acta:

Ἐκ θαλάμων ᾗ φυγοῦσα διέδραμε δύσγαμος Ἰνώ·
Τρηχαλέας ἀπέδιλος ἐπισκαίρουσα κολώνας·

Tales Bacchae deſcribuntur lib. 14. p. 408. l. 3.

Ἄλλη ταρσὰ φέρουσα κατ' ὄρεα γυμνὰ πεδίλων
Ποσὶ βάτυς πατέουσα, τῇ ὀξυέθειρος ἀκάνθας
Θηγαλέῃ σατὸν ἴχνος ἐπεσήλιξεν ἀχέρδῳ.

Ita l. 17.

Ἤν δὲ νοῆσαι
Παρθένον ἀκρήδεμνον ἀσάμβαλον ὑψόθι πέτρης
Τρηχαλέῳ πρηῶνι φοβισκαίρουσαν ἐείπνης·
Οὐ σκοπίην δ' ἔφελξε δυσέμβατον· εἰ πόδα χεύρῃ
Ὀξυπαγὴς ἀπέδιλον ὄνυξ ἐχάραξε κολώνης·

CAPUT IX.

Veteres Poëtae a recentioribus mendacii arguuntur. Tres Gratias ſtatuit vulgatior ſententia, alii tamen duas: Homerus non unam ſed plures fingit, alii tamen unam tantum. In nominibus ingens diſcrepantia. Orpheus tentatus. Emendatus Pburnutus. Bacchi & Junonis filias cum

cum aliis facit Nonnus, alibi tamen parum sibi constans Coronide natas canit, alii aliter. Aglaia Vulcani uxor. Phurnuti Interpres notatus. Sedes pulchritudinis praecipua oculi. Oculi pulchri raro omissi in formosarum forma describenda. Gratiae, & Cupidines in oculis & reliquis membrorum partibus excubant. Horatii Scholiastes MS. emendatus. Νοῦς & φρένες, *κραδίη & θυμὸς, animus & mens, mentes & corda saepius junguntur. Gentes & mentes permutantur. Prosper tentatus. Scholiastae delirum acumen. Oculos & mentem jungunt. Tentatus Nonnus. Artificiosus Poetarum mos in carminibus aliquos introducendi, iisque longiorem sermonem tribuendi.* Καί τις, *Atque aliquis eleganter ponitur.*

63. Οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι·

Aliquando Poëtae veteres mendacii arguuntur a recentioribus, ut Homerus a Nonno lib. 42. p. 1092. l. 9. in re quoque amatoria:

Γυναιμανέοντι δὲ μύθῳ
Οὐ χόρος ἐστὶ πόθων, ἐψεύσατο βίβλος Ὁμήρου.

Homeri locum adnotavit Falkenburgius p. 1356. Neque talibus suae desunt Veneres. A Musaeo hic notari Hesiodum discimus ex Aristaeneto lib. 1. ep. 10. p. 58. ἢ τοῖς ὕμνοις Χάριτες ἢ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον ἀλλὰ δεκάδων ἀφειχορέουσι δεκάς. Locus Poëtae invenitur in Theogonia v. 907.

Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρῄους,
Ὠκεανοῦ κούρη πολυήρατον εἶδος ἔχουσα,
Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.

Ubi reponentem Gujetum Ἀγλαΐήν τε καὶ audio. Haec autem sententia, quae ternas Gratias statuit vulgatior est, quamvis non desint qui diversum numerum ineunt. Ita ab Athenienſibus Clitan & Phaennam, a Lacedaemoniis Auxo & Hegemonem

nem, adeoque binas tantum cultas esse ex Pausania docuit Eruditiss. Cuperus Apoth. Homer. p. 27, 28. Confer & Phurnutum cap. 15. Aliud agebat Ampl. Cuperus p. 27. cum unam tantum ab Homero statui ex opinione Heraclidis Pontici in Alleg. credebat. En verba Homeri Iliad. Ξ. 267.

Ἀλλ' ἰθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτερέων
Δώσω ὀπυιέμεναι, ἣ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα.

Eadem ratione potuisset elicere Musaeum v. 77. loco gemino unam Gratiam statuere,

Καὶ τάχα Κύπρις ἔχει Χαρίτων μίαν ὁπλοτερέων.

Quod quam falsum sit nemo nescit. Quin diserte Homerus Iliad. P. 51.

Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι.

V. & Iliad. Σ. 381. Neque id tradit ipse Heraclides p. 468. (hunc enim locum respici puto) qui scribit: ὅθεν συνοικῆσαν οἱ ἀπιθάνως τῷ Ἡφ ὅλων ἀρχιτέκτονι (Vulcano) πεποίηκε Ἥ Χάριν Homerus. Unam autem ponit Scholiastes Homeri Iliad. Ξ. v. 230. laudante Galeo ad Phurnutum p. 162. In nominibus autem Gratiarum non minor discrepantia. Scholiastes noster memorat Κάλλος, Φρόνησιν καὶ Ἔργον. Cum Hesiodo facit Orpheus Suffimine Gratiarum p. 156.

Θυγατέρες Ζηνός τε καὶ Εὐνομίης βαθυκόλπε,
Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε.

Ubi pro Εὐνομίη reponendum forte Εὐρυνόμη, cum Εὐνομίη sit filia Thetidis & Jovis. V. Hesiod. v. 902. favent Apollodorus, Hyginus nec non Phurnutus cap. 15. qui & aliis nominibus vocari scribit,

bit, ut Εὐρυδομένην, vel, ut legitur in MS. Galei, Εὐρυδόμην, nec non Αὐτομαδύτην, quemadmodum recte conjectasse mihi videtur idem vir Doctus pro Εὐρυμ. Eurynomen Oceani & Tethyos filiam memorat Hesiod. in Theog. v. 358. Eurynomen quoque Oceani filiam Homerus Iliad. Σ. 398. Sed frustra fere in fabulis quaeras constantiam. Cum Orpheo vero & Hesiodo facit Phurnutus, sed loco corrupto. Pro Εὐφρόνη enim omnino restituendum Εὐφροσύνη, favente Galei MS. Lactantius ad Stat. 1. Theb. 286. pro *Thalia* habet *Pasithea*, quemadmodum *Pithonem* Proclus ad Hesiodum notante Eruditiss. Munckero ad Hygin. p. 10. quem consule, ut & Doctiss. Falkenburgium ad Nonnum lib. 33. p. 820. l. 1. qui Pasitheam, quam Nonnus memorat, eandem ac Euphrosynem putat. Illic autem Poëta Gratias Bacchi filias facit. Matrem autem iis adsignat Junonem lib. 31. p. 794. l. 16.

Ἔκλυον ὡς ποθέεις Χαρίτων μίαν, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
Οἶσιν ἔχων θαλάμοιο φυλάσσεο, μὴ σὺ χαλέψῃς
Μητέρα Πασιθέης ζυγίαν θαλαμηπόλον Ἥρην.

Quemadmodum & Coluthus de R. H. v. 87. & v. 171. nec non Phurnutus. Parum autem sibi constans Nonnus lib. 48. p. 1280. l. 19. Coronidis & Bacchi filias facit:

Σιγήσω φιλότητα Κορωνίδος, ἧς ὑπὸ λέκτρων
Τρεῖς Χάριτες γεγάασιν ὁμόζυγες.

Munckerus ad Hygin. p. 10. laudat lib. 8. ubi diu frustra id quaesivi. Phurnutus tradit ab aliis matrem ipsarum tradi Enanthen, ab aliis Aglaiam vel ut emendat Gale Αἴγλην. Jovis filias facit Hesiodus l. c. Aglaiam autem Vulcanus duxit uxorem. V. Hesiod. v. 945. haec simpliciter Χαρις voca-

vocatur Homero Iliad. Σ. 381. Nonno lib. 29. p. 760. l. 11, & 14. Phurnutus cap. 15. συνοικεῖν δ' Ὅμηρος ἔφη μίαν τ̃ Χαρίτων Ἡφαίστῳ· Quae Interpres vertit *unam e Gratiarum numero cohabitare Vulcano* barbare & inperite.

64. Εἷς δέ τις Ἠρῇς
Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

Praecipuam pulchritudinis ſedem in oculis eſſe formarum ſpectatores tradunt. Achilles Tatius lib. 6. p. 371. ἰδὼν ἦ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς, ὡς ἀρπαζομένης αἰσχρῶς, μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κάθηται τὸ κάλλος, ἀφῆκε τ̃ ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν, κ̀ αἰσήνει τ̃ θέᾳ δεδεμένος. Ita p. 375. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὰ ὄμματα τ̃ καλῶν τὸ κάλλος κάθηται, ῥέον ἦ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὺς ὀφθαλμὺς τ̃ ὁρώντων ἵσατται. Oculos pulchros deſcribit Ariſtaen. lib. 1. ep. 1. p. 4. Ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε κ̀ διαυγεῖς, κ̀ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες· τὸ ἦ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάνταται· κ̀ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλη λευκοτάτη· (ita omnino legendum cum Cl. Pauwio) κ̀ ἑκάτερον ὑπερβολῇ πρὸς τὸ ἕτερον ἐπιδείκνυται· κ̀ τὸ λίαν ἀνόμοιον, εὐδοκιμεῖ παρεμπείμενον· ἔνθα δὴ τὰς χάριτας ἐγκαθιδρυμένας πάρεσι προσκυνεῖν. Achilles Tatius lib. 6. p. 373. ἐὰν ἦ ἡδὺς, κ̀ ξ μέλανος ἔχων τ̃ βαφὴν ἠρέμα τῷ λευκῷ στεφανούμενος. Horatius Carm. lib. 1. 32. v. 11.

Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Ubi Acron: *Pulchrum enim hunc puerum Lycum Alcaeus dilexit. Pulchritudo autem puerorum ſaepe nigris decoratur oculis.* Hinc in deſcriptione formoſarum raro omittuntur. Acontius apud Ovid. Heroid. ep. 20. ad Cydippen.

Tu

Tu facis hoc oculique tui; quibus ignea cedunt
Sidera; qui flammae cauſſa fuere meae.

Hinc venuſtate pleniſſimae locutiones, quibus Gratiae & Cupidines oculis inſidere dicuntur apud Ariſtaen. lib. 1. ep. 1. & 10. locis jam ante adductis. ita Theocritus Idyll. 18: 37.

Ὡς Ἑλένᾳ· τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἕντί.

Atque ita Gratias, Cupidines, Veneresque in aliis corporis membris non minore elegantia locant. Horatius Carm. lib. 4. 13. v. 6. de Cupidine:

Ille virentis &
Doctae pſallere Chiae.
Pulchris excubat in genis.

Ubi Acron notat: *Multum decoram vult Chiam mulierem videri, vel quod virenti aetate ſit, & doctae pſallere* (*ſaltare* Scholiaſtes MS. conrupte) *vel quod genis, id eſt facie pulchra ſit,* (*vel oculis pulchri ſit.* l. *pulchris ſit* MS. minus recte) *& ideo Cupidinem excubare in ejus genis* (*in genis* i. *in maxillis ejus* MS.) *induxit.* Alciphron lib. 3. ep. 1. τὸ δ' ὅλον πρόσωπον αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς χάριτας τὴν ὀφρὺν ἀπολιπούσας καὶ τὴν γραφίδα χρήνης ἀπονιψαμένας. ita recte Berglerus pro ἀργαφίας. Atque ita vix ulli veterum cedens Secundus Baſio XVI.

Da tot baſia, quot dedit
Vati multivolo Lesbia, quot tulit:
Quot blandae Veneres, quotque Cupidines
Et labella pererrant
Et genas roſeas tuas.

72. Ἐπόμενον νόον εἶχε, καὶ ὄμματα, καὶ φρένας ἀνδρῶν. Eodem modo quaſi ex formula junguntur νόος & φρένες ab Orpheo Argon. v. 1115.

Πειθὼ

Παίδεσσιν ἠδὲ τοκεῦσιν ἐπὶ φρεσὶν, ἠδὲ νόῳσι.

Apud Homerum ſaepe recurrit κατὰ φρένα ἠ κατὰ θυμὸν, ut Iliad. Λ. v. 411. aliisque locis. Idem non raro κραδίην & θυμὸν jungit, quod dudum notatum H. Stephano in Theſauro L. G. Tom. II. p. 99. ita Heſiodus in Ἔργοις v. 340. & Orpheus Argon. v. 766. atque ita in Oppiano Cyneg. lib. I. v. 423. reponit Vir Eruditus in Obſerv. Miſcell. Vol. II. p. 201.

Καὶ σένος ἄφρεσσον κραδίη ἠ θυμὸς ἀναιδής.

Pro καθαρὸν κ. θ. α. ita Latini jungunt *animum & mentem.* Valerius Flaccus lib. I. v. 76.

Tu ſola animos mentemque peruris
Gloria.

Ibi Vid. Burmannus. Ita *mentes* & *corda* Statius lib. I. Sylv. 2. 183. ex emendatione Marklandi:

Quas ego non mentes, quae non face corda jugavi.

ubi pluribus haec docuit Vir egregius. vulgo *gentes.* Contrariam labem in hac voce contraxit Proſper Carmine de Ingratis P. I. cap. XI.

Dumque ſuis aditus Domino pandente miniſtris
Creſcunt primitiae, fuerint omnino neceſſe eſt
Quaedam terrarum partes, ubi gratia nondum
Corda hominum tenebris abſorpſerat impietatis,
Et dira innumeri demerſi nocte peribant,
Cum multae accepto fulgerent lumine gentes.

Ita, mea quidem ſententia, venuſtius legeretur, quam *mentes*, ut opponantur gentes iis terrarum partibus, quibus gratia nondum adfulſerat. Si vulgata magis adrideat, *multae mentes* non inconmode opponentur *innumeris*, quod mihi tamen non per-

perplacet. Ceterum haec erant monenda, ut Scholiastae nostri solito more acumen hic fuisse obtusum omnibus pareret. en egregiam notam: Ἀπόλλυθον τὴ νῦν εἶχε πρὸς τὰς φρένας τὴ ἡϑέων. Viden' ipsum illud νόον referre ad puellam, quod nemo, nisi caecus, non animadvertit capiendum de juvenibus. Notandum praeterea Poëtam nostrum inserere hic ὄμματα, ut saepe Latini sociare amant *oculos* & *mentem* similiaque. Guntherus lib. 2. v. 421.

Discurrunt oculisque notant ac mente sagaci
Naturam sedemque loci.

Quemadmodum Ovidius Metam. x. 548. dixit

Oculos, animosque ferarum.

Et, qui instar reliquorum sit, Elegantissimus Secundus loco adposito Oda xi. p. 136.

Una inter omnes florida virgines
Terram tenello sollicitans pede,
Versabat in gyrum sequaceis
Secum oculos, animosque turbas.

Conparandus vero cum Poëtae nostri loco praeterea Nonnus, tanto magis quia opem medicam poscere videtur, lib. 33. p. 832. l. 25.

Οἰνωλέοις ἢ πόδεσι μόγις βεβαὼς ἦεν Μυρῆνις,
Ἐντροπαλιζομένῳ δεδομημένος ὄμματι νύμφην,
Μεμφόμενος φαέθοντα ταχύδρομον· ἐσπόμενον ἢ
Χαλκομέδην νόον εἶχεν ὁμόστολον.

Vide an non eleganter refingere liceat ex nostro Musaei loco

Ἑσπομένου ἢ
Χαλκομέδη νόον εἶχεν ὁμόστολον.

Sequentem vero
Chalcomede mentem (Morrhei) *habuit comitem.*

Nisi velis Χαλκομέδη.

73. Καὶ τις ἐν ἡθέεσσιν ἐθαύμασε, ἢ φάτο μῦθον. Egregie observat elegantem & artificiosum Poëtarum morem in carminibus plerumque aliquem introducentium, cujus ore vota reliquorum vel questus aliaque exprimunt; longissimas etiam aliquando texunt narrationes, cum usurpant plerumque Καὶ τις, quemadmodum Latini *Atque aliquis.* Nonnus Dionys. lib. x. p. 284. l. 30.

> Καὶ μιν ἰδὼν Σατύρων τις ἐθέλγετο θέσπιδι μορφῇ,
> Καί κρυφίην ἐρέεσθαι ὑποπλέπτων φάτο φωνήν·
> Ἀνδρομέης κεφαλῆς ταμίη φιλοτήσιε Πειθώ.

Lib. 36. p. 904. l. 6.

> Καὶ τις ἀειεύσσων ἰδὼν ὑψαύχενα κέρην,
> Θαῦμα Φόλῳ κεφάσας, τρομερὴν ἐφθέγξατο φωνήν·
> Ἄρες, Ἄρες λίπε τόξα κ. τ. λ.

Vid. & lib. 47. p. 1232. l. 7. lib. 48. p. 1258. l. 28. Lucanus lib. 2. v. 67.

> *Atque aliquis magno quaerens exempla furori,*
> *Non alios, inquit, metus tunc fata parabant,*
> *Cum post Teutonicos victor, Libycosque triumphos*
> *Exsul limosa Marius caput abdidit ulva.*

Statius Thebaid. lib. 1. v. 171.

> *Atque aliquis cui mens humili laesisse veneno*
> *Summa, nec impositos unquam cervice volenti*
> *Ferre duces, Hanc ne Ogygiis, ait, aspera rebus*
> *Fata tulere vicem?*

Confer, si tanti videbitur, Ovidium Metam. lib. 3. 404. Auctorem Elegiae in Obitum Drusi v. 191.

Ne-

Neque haec elegantia fugit Eruditiſſimum Sannazarium de Part. Virg. lib. 1. v. 236. ubi Davidem Chriſto in matris utero concepto apud manes canentem introducit:

Atque hic inſignis funda, citharaque decorus,
Inſignis ſceptro ſenior, per opaca locorum
Dum graditur nectitque ſacros diademate crineis. &c.
Attonita ſubitos concepit mente furores;
Divinamque animam, & conſueto numine plenus,
Intorquens oculos venientia fata recenſet.
Naſcere magne puer.

CAPUT X.

Muſaei loca quaedam expoſita. Ἐπιβαίνειν Σπάρτης *accedere Spartae, non adſcendere.* Καταβαίνειν. *Sparta plano loco condita.* Σπάρτη & Λακεδαίμων *disjunctive memorata unam urbem notant. Parcis parentes diverſi tribuuntur ab Heſiodo.* Λακεδαίμων *Cypri urbs. Spartanae puellae formoſiſſimae. Deinias Weitzio male Poëta habitus. Varia lectio in Oraculo. Spartanarum puellarum caſtimonia decantata. Curſu, lucta &c. publice exercebantur.* Ἀγλαΐαι *formoſae. Venus Gratiarum praeſes, nec non Juno, & Phoebus. Gratiis formoſae comparatae, earumque numerus forma egregia a Poëtis ſaepe aucta.* Ἐπιβαίνειν. *Nonni interpretatio quinquies emendata, aliaque.* Ἐπιβαίνειν *concumbere cum aliqua. In coelo eſſe amato ex potiti dilecta ſpernunt. In coelo eſſe.* Ἀφάσσειν *tangere. Varia lectio in Ovidio rejecta. Intacta mulier caſta. Juvenalis locus contra Marklandum adſertus.*

74. Καὶ Σπάρτης ἐπίβην, Λακεδαίμονος ἕδρανον ἄστυ. Non hic cogitarem cum Pareo de Sparta collibus circumdata, atque inde ad ipſam adeuntibus adſcenſu ſuperanda, cum centies verbum hoc uſurpetur de iis, qui iter quodcunque ingrediuntur, etiam ubi potior καταβαίνειν uſus nonnullis videretur. De Jove in Taurum

verso cum Europa mari se conmissuro Moschus Idyll. 2: 113.

Ἀ'κταίων δ' ἐπιβὰς πρῶτος θέεν, ἠύτε δελφίς.

Nonnus lib. 4. p. 132. l. 8.

Καὶ γαίης ἐπέβη Χαρμανίδος.

Lib. 20. p. 538. l. 29.

Ἀρεμβίης ἐπέβαινε.

Lib. 21. p. 608. l. 1.

Ἦρη δ' ὡς ἐνόησε δαϊκταμένων φόνον Ἰνδῶν,
Οὐρανόθεν πεπότητο· δι' ὑψιπόρων ὁδὸν ἀτρὸς
Ἄσατος ἠνεμόεντι κατέφερεν ἠέρα ταρσῷ
Ἀντολίην δ' ἐπέβαινε.

Confer lib. 24. p. 640. l. 2. lib. 25. p. 664. l. 8. Theocrit. Idyll. 22: 59. 25: 155. aliaque loca, quae congerere putidum esset. Contra καταβαίνειν pro ἐπιβαίνειν usurpavit Homerus Iliad. Ω. 191. de Priamo:

Αὐτὰρ ὁ' ἐς θάλαμον καταβήσατο κηώεντα,
Κήδεσιν, ὑψόροφον.

Parum juvat Pareum observasse Laconiae regionem inter montes positam esse, cum de urbe Sparta hic sermo sit, quam plano loco conditam fuisse nos ignorare non sivit Strabo lib. 8. Ἔστι μὲν ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ τὸ τῆς πολέως ἔδαφος, καίπερ ἀπολαμβάνον ὄρη μεταξύ, a quo non dissentit Polybius lib. 5. quorum loca mihi subpeditavit Diligentissimus Meursius Miscell. Lacon. lib. 4. cap. x. hinc κοίλην Λακεδαίμονα vocat Homerus Iliad. B. 581. Non enim quenquam tricari velle sperem, ob loca quaedam inaequalia, quae instar tumulorum con-

complectitur urbs adscensum ejus memorari posse. Eleganter autem hoc versu Poëta Spartam & Lacedaemona disjunctive memorat, cum tamen unam urbem tantum significare velit. Nugas agunt, qui hic distinctiones in Spartam regionem & Lacedaemona urbem cogitant, elegantiarum minime protritarum non capaces, quae tamen Poëtis in deliciis. Hesiodus in Theogon. v. 217.

Καὶ Μοίρας ἠδ' Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνας,
Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, ἠδ' Ἄτροπον.

Easdem has esse nemo nescit, & ipse docet v. 904. easdem Μοίρας vocans:

Μοίρας θ', ἅς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεὺς,
Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, ἠδ' Ἄτροπον.

Ubi notandum Poëtam parentes ipsis dare Themidem & Jovem, cum v. 217. Nocte satas canit, ut Hyginus Nocte & Erebo. Virgilius Æneid. lib. 2. v. 624.

Tum vero omne mihi visum considere in ignis
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

Ita saepe voces idem significantes geminant. Homerus Iliad. A. 497.

Ἠεείη δ' ἀνέβη μέγαν ἠδὲ βίηφι, ἄλυμπόν τε.

Spartam & Lacedaemona etiam jungit Homerus Iliad. B. 581.

Οἳ δ' ἔιχον πολίην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
Φάρην τε, Σπάρτην τε, πολυτρήρωνά τε Μέσσην.

Miror vero quosdam Interpretes novarum rerum saepe satis cupidos hic non inveniisse urbem Cypri mediterraneam, de qua Stephanus in V. Λακεδαί-

δαίμων. Εἰ δὲ ἑτέρῳ Λακεδαίμων, Κύπρῳ μεσόγειος. Sed bonum factum quod ipsis non repertus, cum nihil huc facit.

75. Ἦ ῥα μόθον ἢ ἆεθλον ἀκούομεν. Spartanarum puellarum formam prae omnibus reliquis celebratissimam apud Graecos fuisse nemo nescit, ipsa Pythia etiam fatente in oraculo, quod conservavit Scholiastes Theocriti ad Idyll. 14. 48.

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
Ἵπποι Θρηϊκίαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες.

Ridiculus error est Weitzii, qui versus hos tribuit Deiniae rari nominis Poëtae, cum Scholiastes diserte scribit Ἱστορεῖ γὰρ Δεινίας ὅτι οἱ Μεγαρεῖς — ἐπύθοντο δὲ θεοῦ, τίνες κρείττονες τυγχανείεν· ὁ δὲ ἔφη· Γαίης κ. τ. λ. Eadem ratione Herodotum, Eusebium, aliosque, qui non pauca nobis conservarunt Oracula Poëtis inserere in posterum licebit. Ceterum versu primo Eusebius de Praep. Euang. lib. 5. cap. 29. legit ἕδας, quod & in Theodoreto & Tzetze haberi verosimile, cum Franc. Vigerus nullam diversitatem memoret. Illud tamen Ἄργος mutandum non videtur, quippe quae διασημοτάτη πόλις Πελοποννήσου teste Stephano. Πελασγικὸν autem Ἄργος proprio fere epitheto dicitur. Homerus Iliad. B. 681.

Οἵ τε τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον,

Quem locum respexit Stephanus in V. Πελασγία. Sed in viam. Oraculo huic quicquid est Scriptorum calculum adjicit. Athenaeus lib. 13. p. 566. καλλίστας γεννώσας τὰς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. Conf. Is. Casaubonum cap. 2. p. 546. Nonnus lib. 47. p. 1106. l. 2.

Ἀλλὰ καὶ ἡ αὐτὴ
Εἰς τόκον, εἰς ὠδῖνας ἐνιζήθη Λακεδαίμων.

Ita

Ita alii plurimi, quorum loca congeſſit Diligentiſſimus Meurſius Miſc. Lacon. lib. 2. cap. 3. p. 105. & ſeqq. quem nec Muſaei locus fugit. Coluthus de R. H. v. 217. Verum Theodoretus de Graec. Adfection. lib. 10. anſam hinc adripiens carpendi oraculum, inquit, Οὗτος καὶ τὰς Λακεδαιμονίων ἐπαινεῖ γυναῖκας, αἰδεσθεὶς οἷς ἂν ἐθέλωσι μεγυμένας. idque jure ipſe feciſſe videtur Vigero in notis p. 21. Sed tamen Spartanarum caſtimonia omnibus eſt decantata, licet nudae a viris ſpectarentur. Plutarchus Oper. T. I. p. 48. ἡ δὲ γύμνωσις τῶν παρθένων οὐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν, αἰδοῦς μὲν παρούσης, ἀκρασίας δὲ καὶ ὕβρεως ἀπούσης· ἀλλ' ἐθισμὸν ἀφελῆ καὶ ζῆλον ἐνεξίας ἐνεργάζετο, καὶ φρονήματος τὸ θῆλυ παρέχευεν οὐκ ἀγεννοῦς, οὐδὲν ἧττον αὐτῷ καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας μετούσιον ὄσαν. Miſſis aliis unum addo Propertii ſed elegantem locum lib. 3. El. 12. 1.

Multa tuae, Sparte, miramur jure palaeſtrae,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii:
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Eruditiſſimus Berglerus cum Weitzio & plerisque Interpretibus de certamine pulchritudinis Spartae inſtituto, locum intelligit quod in aliis locis ſolenne. Sed cum apud alium Scriptorem ſimile quid non legerim, amplector Cl. Kromajeri opinionem in Diſſert. propoſitam, qui locum capit de more illo, quo virgines publice curſu, lucta, diſco ac miſſilium jaculationibus exercebantur. Plutarchus Oper. Tom. I. p. 47. in Lycurgo: Τὰ μὲν τοι σώματα τῶν παρθένων, δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν. quae certamina ἐν ὄψει τῶν νέων facta fuiſſe tradit p. 48. Propertius lib. 3. El. 12. l. c. a Kromajero. Sic ἀγλαΐαι erunt *formoſae puellae*, quemadmodum καλαὶ apud Lucianum in Dialogo Menippi

nippi & Mercurii: Ἔνθα Τάχινθός τέ ἐστι —— ἢ ὅλως τὰ ἀρχαῖα καλὴ πάντα. Conferri meretur Summus Hemsterhuisius pag. 13. Videtur autem Aristaenetus elegantem hunc Poëtae locum imitatus fuisse lib. 1. ep. 17. Πολλὰς τοίνυν ἄτε ταχὺς τὰς πολιτείας ἱππεὺς, διελήλυθα πόλεις· ἢ ϖεός γε τὴ νέᾳ, ϯ ϖρεσβυτέραν ἱστόρησα Ῥώμην· ἢ τοιαύτην ἐν ὑδετέρᾳ τεθέαμαι. εὐδαίμονες ἂν οἱ Παναρέτην ἐντυχόντες ἅτως ὑπερφέρουσαν ἢ τέχνη ἢ καλλει. Scripsi locum ut vere emendavit Mercerus.

77. Καὶ τάχα Κύπρις ἔχει Χαρίτων μίαν ὁπλοτερίων.

Venuste. Gratiarum enim praeses Cypria Dea. Aristaen. lib. 1. ep. 1. ηὐξησα ἂν δέοι γεγόφειν Ἑλένην, ἢ Χάριτας, ἢ ἢ αὐτὴν γε ϯ ἄρχουσαν ϖᾶν Χαρίτων. Hinc in Catalectis Pythoei:

Jupiter est genitor: peperit de semine coeli
Harmonia, & Veneris turba ministra fuit.

Hanc enim Munckeri conjecturam ad Hygin. p. 10. alteri, qua reponit *Eunomia*, praeferrem. Vulgo *Hemonia*. Sic peplum Veneris elaborasse ipsas testatur Homerus Iliad. ε. v. 338. aliaque ministeria alii referunt, ut Nonnus lib. 33. aliisque locis. Idem tamen, adeo fabulatores dictorum memores sunt, lib. 34. p. 844. l. 20.

Ὡς μὴ ἀκέω,
Τρεῖς Χάριτες γεγάασι χορήτιδες Ὀλυμπιάδων,
Ἀμφιπόλοι Φοίβοιο· χοροπλεκέος ϑ Λυαίου
Εἰσὶ τελησσίων Χαρίτων σίχες.

Et Coluthus de R. H. v. 87. Junonem ipsis praeficit. Hoc autem Musaei loco vides Gratiis comparari pulcherrimam Heronem more apud Poëtas admodum recepto. Bacchus de Ariadna apud Nonnum lib. 47. p. 1218. l. 22.

Παρθε-

Παρθένην ἔυδουσαν ἐγείρετε· τίς σὺ Νάξῳ,
Τίς Χάρις ἐχλαίνωσεν ἀνείμονα;

Sic alii plures. Saepiſſime autem ſolent numerum Gratiarum formæ egregiæ augere. Ariſtaenetus lib. 1. ep. 1. καλλίσῃ ὧν πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη, καὶ τὰς Χαρίτων συνηρίθμησε τῷ χορῷ· quique inſtar omnium ſit Doctiſſimus Sannazarius in epigrammate longe venuſtiſſimo de Partu Nyſaeae, quod habetur lib. 1. XI.

Exultat palma Venus & naſcente puella
Augentur Charites, Cypria turba, Deae.

78. Παπταίνων ἐμόγησα. Verbum hoc notat diligenti cura, adtentoque oculo aliquid inſpicere, & non raro ponitur de amatoribus dilectarum formam oculis veſtigantibus. ita Nonnus lib. 1. p. 40. l. 12.

Ἀὐχένα παπταίνων γυμνούμενον· ἀμφὶ δὲ μορφῇ
Θέλγεται ἀλλοθρόαλλον ἄγων ἀκόρητον ὀπωπήν.

Vertit interpres *Cervicem contrectans nudam* aliud procul dubio agens, ut & lib. 8. p. 232. l. 12. de Latona errante:

Ἄσατα παπταίνουσα πολυπλανέων σφυρὰ νήσων·

Ubi ridicule:

Inſtabiles prehendens multum errantium radices inſularum.

Sic lib. 46. p. 1188. l. 2.

Πενθέα παπταίνων δεδονημένον ἅλματι λύσσης.

Neque adhuc video cur lib. 14. p. 412. l. 5.

Ἔνθαδε παπταίνω τύπον αἰθέρος· αὐτόχυτον γὰρ
Κεῖνο τόπερ καλέουσι Διὸς πόμα νέκταρ Ὀλύμπου,
Νηϊάδες χθονίοισιν ἀναβλύζουσι κυπέλλοις.

Maluerit interpretari: *Hic ſentio imaginem coeli*, quam *video*. Sed in viam. idem Nonnus lib. 35. p. 870. l. 23.

Θέλγετο δ' εἰσέτι μᾶλλον ἀνειμονι κάλλει μορφῆς,
Παπταίνων περθέουσαν ἀναμπυκα λευκάδα νύμφην.
Ἡ δέ μιν ὑπερόπευε, ϗ αἰδομένη Φάτο φωνὴν,
Ὠκυτέρην Μορφῆος ὑποπτήσσουσα πορείην.

Verſu tertio ſcribe ἠπερόπευε, alterum forte eſt typorum flagitium. Verſu ultimo ὑποπτήσσουσα mallem vertere *metu perculſa ob greſſum M.* quam *aſpiciens*. Pro *circumſpicere* occurrit Iliad. P. 84. & v. 115.

Ibid. κόρον δ' οὐκ εὗρον ὀπωπῆς. In hanc ſententiam plura occurrunt apud Nonnum ex. gr. lib. 42. p. 1080. l. 16.

Οὐ δέ οἱ εἰσορόωντι κόρος πέλεν· ἰσαμένην γὰρ
Παρθενον ὅσον ὄπωπε, τόσον πλέον ἤθελε λεύσειν.

Aliisque locis. Verba autem Muſaei haec habes etiam apud Coluthum v. 253.

79. Αὐτίκα τεθναίην λεχέων ἐπιβήμενος Ἡρῦς. Nota formis ardentium amatorum vota. Nonnus. lib. 4. p. 120. l. 8.

Αὐχένα γυμνὸν ἴδοιμι, ϗ ἑζομένοισι πέκασσω
Δάκτυλον ὡς ἀέκουσα, ϗ ὑμετέρῃ διὰ κέλπῃ
Τεθναίην, ὅτε μοῦνον ἀφειδέα χεῖρα χαλάσας,
Ἀμφοτέρων θλίψειεν ἐλεύθερον ἄντυγα μαζῶν.

Ita alii. Videtur autem noſter in oculis habuiſſe Homerum Iliad. Σ. 98.

Αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι.

Ibid. λεχέων ἐπιβήμενος Ἡρῦς. Centies hoc verbum, ſicut & ἀναβαίνειν, hoc ſenſu, apud Veteres ad cu-

cubilia altiora reſpicientes, occurrit, cujus rei exempla congerere putidum eſſet. Rarior uſus eſt apud Nonnum lib. 8. p. 238. l. 2.

Εἰ δε γυναιμανέων ἐπεβήσατο κυανοχαίτης·
Καὶ σε σοφῆς ἐπεβέβυλεν ἀειδομένης Μελανίππης,
Ἀμφαδὰ κωμάσειε.

Ubi ἐπιβαίνεσθαι notat concumbere puellae.

80. Οὐκ ἂν ἐγὼ κατ' Ὄλυμπον ἐφιμείρω θεὸς εἶναι.

ita ipſe Bacchus in Ampelo furens lib. x. p. 286. l. 1.

Καὶ μιν ἔχων ἅτε Βάκχος ἐμέσιον ἀ μενεαίνω
Αἰθέρα ναιετάειν μετανάσιος, ἀ θεὸς εἶναι
Ἤθελον· ἀ Φαέθων φαεσίμβροτος, ἀ πόθον ἔλκω
Νέκταρος· ἀμβροσίης δ' ἀ δεύομαι· ἐκ ἀλεγίζω
Ἄμπελος εἰ φιλέει με, κὴ ἐχθαίρει με Κρονίων.

Et l. 27.

Καλὸς ἐμοὶ Ζατύροιο φιλαίτερόν ἐστιν Ὄλυμπε.

Quanta vero vis amoris his phraſibus exprimatur, patebit, ſi adtendamus maximum & inuſitatum gaudium alias venire iis locutionibus, quibus eo adfecti *in coelo eſſe* dicuntur. Statius lib. 1. Sylv. 2. 212.

Quis tibi tunc alacri cacleſtum munere cane
Stella dies! quanto ſalierunt pectora voto!
Dulcia cum dominae, dexter connubia vultus
Adnuit! ire polo, nitidosque errare per axes
Viſus.

Videndus Vir politiſſimus J. Casp. Gevartius Lect. Pap. lib. 1. 20. p. 71. *coelo proximos* vocat Boëthius de Conſol. Philoſ. lib. 2. 4. *Quam multos eſſe conjectas, qui ſeſe coelo proximos arbitrentur, ſi de fortunae tuae reliquiis pars eis minima contingat.*

82. Ἐν-

82. Ἱέρειαν ἀφάσειν. ita infra v. 126.

Κύπελλος δ' σοι ἔοικε θεῆς ἱέρειαν ἀφάσειν.

Eodem ſenſu Latini vocem *tangere* uſurpant. Propertius lib. 2. 25. 9.

Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam?
Perfide, nonne tibi tunc cecidere manus?

Ita Martialis, Horatius Carm. 3. xi. 10. ſaepe Ovidius ex. gr. Metam 3. 354.

Sed (fuit in tenera tam dura ſuperbia forma;)
Nulli illum juvenes nullae tetigere puellae.

Ita ſcribendum cum Eruditiſſ. Burmanno, non *dira*. Quod vero in quibusdam Codicibus reperiri notat Vir idem ſummus *flexere* pro *tetigere* manum Gloſſatoris aperte prodit, qui id adpoſuit interpretationis gratia, ſed inrito conatu. Quamvis enim *tangere* pro *flectere* uſurpari certiſſimum ſit, ab hoc tamen loco alienus ille ſignificatus, quod nemo non facile advertit. Hinc *intacta puella* Amor. 3. 7. 83.

Neve ſuae poſſent intactam ſcire miniſtrae;
Dedecus hoc ſumta diſſimulavit aqua.

Quae vox inde *caſtam* deſignat apud Juvenalem Sat. 6. 161.

Sit formoſa, decens, dives, fecunda, vetuſtos
Porticibus diſponat avos, intactior omni
Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina.

Sed obſtat Celeberrimus Marklandus, qui ad Stat. lib. 2. Sylv. 3. 73. emendat *ſit caſtior omni C. &c.* quia de Sabinis jam maritis id dici nequeat, & Scholiaſtes ſcribens, *Sit caſtior Sabinis quae foeda-*

ra inter Tatium & Romulum fecerunt, antiquam hanc esse lectionem credere nos jubeat. Ego vero in Scholiasta nullum praesidium esse puto, quippe quem explicationem tantum vocis rarioris, nobis dare voluisse omnino credo. Multo minus hanc vocem Latio prohiberem, quae rarior licet commode se tuetur, cum secundum analogiam rite deducatur ab *Intactus*, significatus autem & alibi reperiatur ex. gr. apud Statium Sylv. 3. 5. 6.

Et si egomet patrio de litore raptus
Quattuor emeritis per bella, per aequora, lustris
Errarem: tu mille procos intacta fugares.

Emensis l. Marklandus. Adloquitur hic Poëta uxorem Claudiam dudum virum passam. Si dicas *intactam* hic notare simpliciter *a procis non tactam*, quidni in nostro loco denotare posset *Sabinam a nemine praeter virum tactam*? Juvat cognatae significationis vox *intemerata*, quae eodem modo pro *casta* ponitur apud Statium lib. 5. Sylv. 1. 60.

Si Babylonis opes, Lydae si pondera gazae,
Indorumque dares, Serumque Arabumque potentes
Divitias, mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori.

Certe Priscilla haec jam taedis secundis erat jugata, & tamen eam *intemeratam* vocat respectu procul dubio virorum aliorum. Quo denique rariora apud Scriptores & praecipue Statium toties obvia cum vulgaribus commutaremus?

CAPUT XI.

Νεύματα ἄφθογγα. *Interpres Nonni bis reprehensus: Nutus loquaces, & similia. Papius reprehensus.* Ἀναπίμπλαν φίγγος *aliaque. Nonni interpres reprehensus.* Κυανόπωλος ὁμίχλη.

χλη. *Nocti caerulea palla tribuitur. Defenſus Statius. Nox ſolem obſcurare dicitur. Defenſa Lucani lectio vulgata. Sidera pro Sole ponuntur, aliaque. Stellatus noctis peplus. Muſaei locus explicatus. Pareus cum Scholiaſta refutatus.* Πολυδαίδαλος χιτὼν *artificioſa veſtis. Albas tunicas ſacerdotes geſtabant. Sacerdotes maximi civitatibus, Pontifices provinciis a Maximino praepoſiti candidis oblamydibus induti incedebant. Lactantii locus explicatus & vindicatus. Unus Pontifex provinciae praefectus a Maximino, non duo, quod putabat Bauldri. Praeter Sacerdotes Veterum Dii, aliique plurimi candidati erant. Candidatis miniſtris, pro per candidatos miniſtros. Lactantii loca duo defenſa. Sacerdotum veſtes aliquando purpureae.*

102. Νεύμασιν ἀφθόγγοισι παλάζων φρένα κήρης. Multus in hac locutione Nonnus lib. 1. p. 34. l. 2.

Νεύμασιν ἀφθόγγοισι πέλωρ ἐκάλεσσε Τυφωεύς.

Lib. 47. p. 1216. l. 7.

Νεύμασιν ἀφθόγγοις ἐπεδείκνυεν ἄζυγα κήρυν.

Sic ἄφθογγα δάκρυα habes lib. 24. p. 628. l. 21.

Δηϊαίδῃ βασιλῆϊ δυσάγγελος ἵκετο Θυρεύς,
Δάκρυσιν ἀφθόγγοισιν ἀπαγγέλλων φόνον Ὑνδέων.

Interpres vertit *Lacrumis non dicendis*, quod puerile. Digitum σιγάλεον κήρυκα vocat idem lib. 3. 92. l. 3.

Τανυσσαμένη τότε Κάδμῳ
Δάκτυλον ἀντιτύποιο νοήμονα μάρτυρα φωνῆς
Σιγάλεον κήρυκα δόμον σημήνατο Πειθώ.

Sic emendavit Falkenburgius. Vulgo κήρυκι, ſicut interpres *praeconi* quod futile. ita ſaepe idem, ut p. 98. l. 3.

Ἀντόματοι κήρυκες ἀναυδέες εἰσὶν ὀπωπαί.

Ita

Ita lib. 4. p. 112. l. 5. lib. 5. p. 174. l. 33. lib. 33. p. 820. l. 17. &c. Sed in viam. Longo vero intervallo poſt ſe νεύματα illa ἄφθογγα relinquunt Veneres Latinorum, qui dicunt *nutu loqui* &c. ita Ovidius Triſt. 2. 453.

Utque refert digitis ſaepe eſt nutuque locutus,
Et tacitam menſae duxit in orbe notam.

Propertius lib. 3. 6. 25. Tibullus lib. 1. 2. 21.

Illa viro coram nutus conferre loquaces,
Blandaque conpoſitis addere verba notis.

Ubi evolviſſe Broekhuſium non poenitebit. Secundus *ocellos loquaculos* vocat Baſio VII.

Non datur tua cernere
Labra, non roſeas genas,
Ocellosque loquaculos.

Digitis nutus quoque tribuitur in Scriptura Sacra Proverb. 6: 13. loco adpoſito: Ὁ δ' αὐτὸς ἐννεύει ὀφθαλμῷ, σημαίνει ᾗ ποδὶ, διδάσκει ᾗ ἐννεύμασι δακτύλων. Noſtro loco magis convenit Ovidius Amor. 1. 4. 17.

Me ſpecta nutusque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtivas, & refer ipſa, notas.
Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.

Sed ad Ovidianam elegantiam *nutus* illi *muti* nullo modo adſpirant. Ultimum autem hemiſtichium ſumtum eſt ex Nonno lib. 42. p. 1096. l. 27.

Εἶπεν ἀκηλήτοιο θεμπλάζων φρένα κόρης.

105. Ἐὴν ἀπέκρυψεν ὀπωπὴν. Minus recte Papius haec & ſequentia reddit:

Inter

Interdum vultus terra attollebat, amoenos,
Leandrum per ſigna monens occulta viciſſim:
Figebatque iterum.

Aliter & recte reliqui. Vid. Kromajerus.

110. Φέγγος ἀναστείλασα κατήϊεν ἐς δύσιν Ἠ'ώς. *Lucem contrahens---Sol* recte vertunt, ſecus ac in Nonno lib. 20. p. 532. l. 5.

Τοῖσι δ' τερπομένοισιν ἀνέδεφμεν ἕσπερος αἰσὴς
Φέγγος ἀναστείλας χοροτερπέος Ἠελιγενείης.

Ubi vertunt: *Lucem emittens.* Nihil ineptius. Varios ſignificatus verbum hoc induit. μῆνιν ἀναστέλλειν habes apud Nonn. lib. 24. p. 630. l. 11. ἅλμα χορείης lib. 34. p. 852. l. 2. χιτῶνα lib. 48. p. 1266. l. 11. & p. 1268. l. 1. aliaque.

113. Κυανόπεπλον ἐπιθρώσκουσαν ὁμίχλην. eadem locutione utitur v. 232.

Ἠδὴ κυανόπεπλος ἀνέδεφμε νυκτὸς ὁμίχλη.

Ita alii nocti veſtem nigram dant. Nonnus lib. 38. p. 966. l. 9.

Κελαινιόωντι δὲ πέπλῳ
Κρυπτόμενον Φαέθοντα μεσημβριὰς εἶχεν ὁμίχλη.

Orpheus Siderum Suffimine p. 102.

Ἀυγάζοντες ἀεὶ νυκτὸς ζοφοειδέα πέπλον.

Juvencus initio lib. 2.

Jamque dies prono decedens lumine pontum
Inciderat, furvamque ſuper nox caerula pallam
Sidereis pictam flammis per inane trahebat.

Statius Theb. 3. 418.

Nox ſubiit, curasque hominum motusque ferarum,
Compoſuit, nigroque polos involvit amictu.

Lib.

Lib. 2. 527.

Coeperat humenti Phoebum ſubtexere palla
Nox & caeruleam terris infuderat umbram.

In quibus verſibus miror Virum Eruditum in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 219. carpere quod Poëta debuiſſet dicere *Coelum ſubtexere palla*, neminem enim eſſe, qui dixerit noctem obſcurare Solem. Certe ita locutus Lucanus lib. 1. v. 14. loco laudato a viro Docto in nota addita:

Unde venit Titan & nox ubi ſidera condit.

Eo, enim loco per *ſidera* omnino intelligendum putem ipſum ſolem, quam conjecturam cum aliis prodiderat Vir Eruditiſſimus in Obſ. Miſc. Vol. III. p. 249. ipſe tamen parum ea fidens, & varias conjecturas proponens, eruditas illas quidem, ſed minus neceſſarias. Obfuit viro eleganti rarior usus vocis *ſidera*, quam pro *ſidere* poni ignorabat. ita tamen Guntherus ſerioris quidem aevi Poëta, ſed eruditus, & Lucani adſiduus, ut multis docuit Celeberrimus Withofius in Specimine Gunthe riano, imitator Ligur. lib. 6. v. 189.

Cum tu cunctorum, quos cernunt ſidera, Regum
Maximus & toto nulli ceſſurus in orbe.

Per *ſidera* intelligendum Solem patet ex perpetuo Poëtarum uſu qui in talibus ſemper dicunt, *potentiſſimus eorum, quos ſol adſpicit &c.* Virgilius Æneid. lib. 7. 217.

Adferimur pulſi regnis, quae maxima quondam
Extremo veniens Sol aſpiciebat Olympo.

Claudianus Conſ. 1 Stil. 1. 159.

Ductor Stilicho tot gentibus unus
Quot vel progrediens vel conſpicit occiduus Sol.

Et quis non? Sed haec hactenus. Caligini veſtem etiam tribuit Avienus Ora Marit. v. 387.

Debinc quod aethram quodam amictu veſtiat
Caligo, ſemper nebula condat gurgitem,
Et craſſiorem nubilo praeſtet diem.

In verbis *quodam amictu* nil mutandum probavit Vir Erudit. in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 387. in nota. Stellatum peplum ei dat Fulgentius Mythol. 1. p. 24.

Tum nox ſtellato mundum circumlita peplo
Caerula rorigeris pigreſcere juſſerat alis.

Ibi Munckerum, quem nec noſtri Poëtae locus fugit, conſule. Idem pag. 26. *ac caerulanti peplo circumlita.* Orpheus Argon. v. 1026.

Νύξ ἣ τότ' ἀερροχίτων μέσσην ἐδράμειβε πορείαν.

Quod ipſi epitheton Lunae eſt v. 511.

118. Πολυδαίδαλον ἕλκε χιτῶνα. Interpres in editione Baſileenſi vertit *variam veſtem*, quod ferri nequit, niſi Poëtam dicamus oblitum eorum, quae jam dixerat ſupra v. 62.

Καὶ ῥόδα λευκοχίτωνος ὑπὸ σφυρὸν λάμπετο κούρης.

Vidit hanc difficultatem Pareus, ſed ipſi ſuperandae inpar ſtatim addit: *Niſi velimus dicere, in ſacris operandis alba uſam, domi alia; ſibi ipſi contrarius erit Poëta.* Mirandum acumen! At quis niſi omnibus ſenſibus fere orbus non videt Poëtam agere de Sacerdote templum nondum egreſſa? Nonne orationis totius filum, nec non v. 187. & praecipue v. 226. ubi demum templo digreſſam canit:

Ἀλλήλων ἀέκοντες ἐνοσφίσθησαν ἀνάγκῃ,
Ἠμὲν ἐὸν ποτὶ πύργον.

Non-

Nonne, inquam, miſelli Commentatoris ineptias luce meridiana clarius oſtentant? Scholiaſtes reddens πολυχέντητον non minus ſibi aquam haeſiſſe oſtendit, cum tamen qui aere nondum lavantur videant haec vertenda: *artificioſam traxit veſtem*, quemadmodum recte jam in ultimis editionibus caſtigatum video; relictum tamen, v. 338. ubi

Δαιδάλεον ἑήξασα πρὶ στήθεσι χιτῶνα.

Reddunt *variam veſtem*, quam nos potivs *artificioſam* ſumus interpretati, niſi velis domi alia, in ſacro cultu occupatam alba veſte uſam Sacerdotem, de quo cum nemine litigare vellem. Albas autem veſtes plerumque induti erant Sacerdotes ſacris operaturi. Id de Peruvianis teſtatur Antonius Zaratta in Hiſtoria Peruviana apud Sikium Biblioth. Libr. Nov. Sept. & Oct. A. 1699. Tom. V. p. 671. ita Maximinus Sacerdotes Maximos, quos ſingulos ſingulis civitatibus, ut & Pontifices quos provinciis praepoſuerat candidis chlamydibus ornavit, ſicut tradit Lactantius de Mort. Perſec. cap. 36. Locum bona cum lectoris, ut ſpero, venia, quia nemini hactenus intellectus, longiorem licet adponam: *Quibus annuens, novo more Sacerdotes maximos per ſingulas civitates ſingulos ex primoribus fecit, qui & ſacrificia per omnes Deos ſuos cotidie facerent, & veterum Sacerdotum miniſterio ſubnixi darent operam* [*ut*] *Chriſtiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, ſed conprehenſos ſuo jure ad ſacrificia cogerent vel judicibus offerrent. Parumque hoc fuit, niſi etiam provinciis ex altiore dignitatis gradu ſingulos quaſi Pontifices ſuperponeret, & eos utrosque candidis chlamydibus ornatos juſſit incedere.* Incredibile eſt quantas turbas hic dederint Critici, ut tolerabilem hinc ſenſum elicerent, in omnia ſe vertentes. Locum non tantum difficilem;

lem, ſed valde mendoſum pronunciat P. Bauldri: Exercuit Interpretes praecipue τὸ *utrosque*, unde Maucroixius duos Pontifices ſingulis provinciis ſimul praepoſitos elicuit; Burnetus unum cunctis provinciae ſacerdotibus praepoſitum, Bauldri duos ex altiore dignitatis gradu, ſed qui ſinguli quaſi Pontifices Maximi eſſent, quod ut clarius intelligatur, reponit audacter ſane: *ex altiore dignitatis gradu duos, ſingulos q. P.* &c. Nihil horum. Simpliciſſima loci interpretatio eſt: Maximinum ut ſingulis civitatibus ſingulos Sacerdotes Maximos, ita provinciis ſingulos Pontifices praepoſuiſſe, utrosque autem candidis chlamydibus ornatos fuiſſe. Neque ullam video rationem cur tam ſtudioſe Lactantius inculcaret *utrosque*, ſi *duos* modo memoraſſet, quaſi verendum, ne lector unum Pontificem candido chlamyde, alterum alia & communi forte veſte ornatum ſuſpicaretur. Sed quid bonos horas perdo in refellendis ineptiis hujus emendationis, cum non duos ſed unum tantum Pontificem provinciae ſuperpoſitum certiſſimum ſit ex Euſebio Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 14. p. 254. D. Ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν· καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα, τὸν ἐν πολιτείαις ἔνα γε τινα τὰ μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας, μετὰ στρατιωτικῆς σίφους καὶ δορυφορίας ἐκτάσσων. *Adhaec Flamines in ſingulis locis atque urbibus conſtituit; iisdem Sacerdotem cujusque provinciae praefecit, eum qui cunctis in Curia muneribus egregie perfunctus eſſet; addito ei militari ſatellitio.* Viden' reliquis in una provincia Sacerdotibus maximis Pontificem fuiſſe praefectum, quem ipſis ſuperiorem fuiſſe pulcre jam docuit Ampl. Cuperus? Nec tamen adeo Suffenus ſum, ut in loco Lactantii ſic explicato nihil eſſe, quod quenquam offendere queat, mihi perſuadeam, quippe qui illa verba, *Et eos*

utros-

utrosque &c. minus eleganter prioribus cohaerere probe percipiam. Sed hoc ſeculo forte tribuendum, niſi & apud meliores, de quo tamen nondum mihi conſtat, ſcriptores ſimilia aliquando reperiantur. Duriora tamen haec Bauldriana emendatione admiſſa redduntur, cum modorum ſimul & temporum permutatio hic non adeo elegans ſtatuenda videatur. Sed in viam tandem. De candidis Sacerdotum veſtibus confer hic Cuperum. Tales indutus Mopſus apud Valerium Flaccum lib. I. v. 383.

Hic vates, Phoebique fides non vana parentis,
Mopſus; puniceo cui circumfuſa cothurno
Palla imos ferit alba pedes.

Quomodo locum legendum eſſe erudite docet Cl. Burmannus. Sic priſcorum Dii exhibentur in monumentis antiquis, qualis repraeſentatur nobis Saxonum Deus Crodo apud Henninium ad Toll. epiſt. Itiner. 1. p. 31. Conf. Heſiodum in Ἔργοις v. 198. Eas alii plures quoque geſtabant. Angelis eas tribuit Lactantius cap. 49. *Tunc demum, amiſſo piſu, Deum videre coepit candidatis miniſtris de ſe judicantem.* V. Cuperum. Minime vero & hoc de loco convenit inter Interpretes, ſed inſolentia locutionis moti intrudunt *circumdatum*, vel ita vocem *candidatis* emendant, Cuperus reponit *cum candidatis.* Nil temere muto. *Candidatis miniſtris* videtur eſſe idem quod *per candidatos miniſtros.* Ne dubites eodem modo locutus auctor cap. 14. *Nam ut illum ad propoſitum crudeliſſimae perſecutionis impelleret, occultis miniſtris palatio ſubjecit incendium.* Quamvis & hoc de loco in partes ſcindantur Docti, quorum emendationes non refero. Sed & hoc modo conjecit Ampl. Cuperus, dubius tamen, an non intelligendi miniſtri Diocletiani, quibus ne-

ſciis palatium incendi fecit. Prior omnino ſententia amplectenda. Ceterum harum veſtium in nuptiis uſum quoque fuiſſe conligo ex Achille Tatio lib. 3. p. 171. ubi de Andromeda: ἔσηκε ἧ νυμφικῶς ἐσολισμένη· ποδήρης χιτὼν, λευκὸς ὁ χιτὼν. Heroïdum quoque veterum in uſu tales veſtes fuiſſe conligere licet ex eodem lib. 1. p. 9. χιτὼν ἀμφὶ τὰ στέρνα τῆ παρθένε μέχρις ἀἰδῶς, τὐντεῦθεν ἐπικάλυπτεν χλαῖνα τὰ κάτω τῆ σώματος. λευκὸς ὁ χιτών. ἡ χλαῖνα πορφυρᾶ. Nec tamen perpetuo albis veſtibus, ſed & purpureis utebantur, quod teſtatur Servius ad Virgil. Æneid. lib. 12. 169. *Impolluta & pura dicitur veſtis, qua feſtis diebus uti conſueverant ſacra celebraturi. Eſt autem linea & purpurea. Purpura maris vicem ad piandum praebet, linum vero fluminis, quia cum vere primum in Oriente flumen inundaſſet ſponte ſua linum natum eſſe, Plinius Secundus dicit.* Vide & quae ibi ſequuntur.

CAPUT XII.

Veſtis adprehenſa in amore. Γονεῖς, *patres, genitores pro patre & matre: Explicatus Ovidius. Duo epitheta aliquando & plura uni voci a Poëtis Graecis & Latinis aptantur. Tentatus Heſiodus. Horatius, Ovidius, & Claudianus adſerti, aliaque. Boni odoris cervix. Candida cervix laudi ducitur. Collo dilectarum amatores oſcula figebant. Acron notatus. Humeros manus, pectus, aliasque corporis partes oſculabantur Veteres. Uſus praepoſitionis* μετὰ *apud Muſaeum aliaeque locutiones inluſtratae. Ab arvis eorumque cultu locutiones ad ſobolis generationem deductae.* Σπείρω. *Tentatus Nonnus.* Ἀρῶ, φυτεύω *de patre prolem generante. Phavorini locus reſtitutus. Emendatus Heſiodus. Prima vocis* φυτεύειν *ſyllaba brevis eſt.* Φιτύω, φιτύνυμος, φίτυς *& ſimilia. Oraculum apud Achillem Tatium ſemel, Coluthus bis emendatus. Nonnus emaculatus. Tentatus Orpheus. Defenſus Plutarchi locus contra Potterum.* Λοχεύω *de patre adhibitum, ſicut*

&

& parere aliquando. Locus Attii apud Ciceronem defensus. Τίκτειν *de patre positum, ut contra creare & gignere de matre.* Ἔργα Κύπριδος, Ἄρεος, Πάλλαδος, Θαλείης *aliaque plurima. Tentatus Hesiodus.* Θαλείης μεμηλότες, Θαλίης μεμηλότα ἔργα, Θαλίης μεμηλότες. *Inscriptio vetus apud Tollium adserta. Statius & Propertius defensi.* Ἔργα ἔρωτος, ἔργον, *opus, in amore.*

124. Ἐμὸν δ' ἀπέλεπτε χιτῶνα. Vestis adprehensae in re amatoria meminit & Nonnus lib. 48. p. 1270. l. 29.

Εἰ δέ τις αἰνὴς
Χερσὶ ποθοβλήτοισι τέων ἐδράξατο πέπλων.

125. Μῆνιν ἐμῶν ἀπόειπε πολυκτεάνων γενετήρων. Notari velim vocabulum γενετήρων de utroque parente eleganter adhibitum. ita infra v. 180.

Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν.

Nonnus forte lib. 3. p. 104. l. 15.

Μάρτυς ἐγὼ· πατέρων γὰρ ἀπόρροθι δώματα ναίω.

Ita Latini. Tertullianus III. ad uxorem: *nec in terris filii sine consensu patrum rite & jure nubunt.* Statius Theb. lib. 2. 463.

Mira equidem duco, sic primi sanguinis auctor,
Incestique patrum thalami.

Ad quem locum vir Eruditus in Observ. Misc. Vol. II. p. 211. & seqq. plurima congessit post P. Burmannum ab ipso laudatum ad Ovidium Metam. lib. 4. v. 60.

Tempore crevit amor, taedae quoque jure coïssent;
Sed vetuere patres.

Verum, quod pace Virorum Summorum dixerim,

in loco Ovidii *patres* vulgato significatu capiendos esse docet v. 155.

O multum miseri, meus illiusque, parentes.

Si enim per *patres* Poëta significare vellet *parentes* hic scribendum fuerat,

O multum miserique mei illiusque parentes.

Quemadmodum olim editum esse testis est Heinsius, sed haec prae altera sordet lectio. *Genitores* eodem sensu habes apud Catullum in Att. v. 58.

Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?

Ubi idem Vir Eruditus consulendus p. 331.

133. Εὔοδμον εὐχρόον αἰυχένα νύσας. Notari velim duo epitheta uno vocabulo hic aptari, quemadmodum & v. 13. si Scholiastae expositio vera, de qua tamen merito dubitare licet. ita v. 42. nec non v. 150.

Θοὸς χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς.

Et 264.

Δίμας δ' ἔχειν ἐλαίῳ
Εὐόδμῳ, ῥοδέῳ.

Ita & v. 294. Hujus conpositionis apud Graecos exempla satis superque obvia, qui aliquando plura etiam aptant. Homerus Iliad. Τ. 387.

Ἐκ δ' ἄρα σύειγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος
Βεληὺ, μέγα, στιβαρόν.

Iliad. Υ. 73.

Ἄντα δ' ἄρ' Ἠφαίστοιο μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

Ita Iliad. Ξ. 238. Hesiodus in Ἔργοις v. 195.

Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀιζυροῖσιν ἅπασιν
Δυσκέλαδος κακοχαρτος ὀμαρτήσει συγερώπης.

Conf.

Conf. v. 63. 83. 739. in Scuto v. 124.

Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε
Καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον.

In Theogonia v. 160. & v. 481.

Ἔνθα μὲν ἵκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.

Verum hic loci legendum puto θοὴ, quod multo elegantius. Orpheus Argon. v. 14.

Καὶ δίφυῆ περιωπὴν κυδρὸν ἔρωτα.

Lycophr. Caſſandr. v. 5.

Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοήν.

Nonnus lib. 37. p. 938. l. 8.

Ἄρσενα καὶ νέον ἵππον ὁδοιπόρον ἄβροχον ἅλμης
Γηγενλέη νίκησεν ἐμὴ θήλεια Ποδάργη.

Ita & Latini. Virgilius Æneid. lib. 6. v. 603.

Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Lib. 3. v. 70.

Et lenis crepitans vocat Auſter in altum.

Ita enim legendum, non *lene* recte docet Vir Eruditus in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 10. contra Servium, qui vitioſum hoc vocat. Adde notam viri Docti p. 68. Miror igitur Cel. Bentlejum in Horatio Carm. lib. 1. 2. 46.

Lactus interſis populo Quirini.

Legere, quamvis quatuor libri, probantibus Heinſio & Broekhuſio, ſcribant *Quirino*, uſum hoc argumento, quia apud Ovid. Triſt. 1. 3. 33.

Dîque relinquendi, quos urbs habet alta Quirini.

Legi nequeat *alta Quirinæ*, ob adjectiva duo geminata, cum tamen ad Od. 4. 17.

Et domus exilis Plutonia.

Pluribus exemplis id adſtruxit. Neque audio Virum Cel. in Ovidio Amor. 3. 6. 45.

Nec te praetereo, qui, per cava ſaxa volutans,
Tiburis Argei pumifer arva rigas.

Ad Horat. Carm. 1. 7. 14. ſine ulla neceſſitate emendantem *pomifera arva*, cum *ſpumifer* omnino hic fluvio rapido conveniat docente P. Burmanno; epitheta vero duo ſaepe geminentur. Sic & Claudianus in Pr. Conſ. Stilich. 1. v. 133.

Dicite Biſaltae, vel qui Pangaea juvencis
Scinditis, offenſo quantae ſub vomere putres
Diſſiliant glebis galeae.

Ubi Barthius cum Cod. Palat. mallet *ruptis*, Nic. Heinſius *quantis*. Ego contra Codices fere omnes nihil muto. *Quantas galeas* dixit pro *quot*, more loquendi praecipue huic ſeculo proprio. Tibullus 1. 1. 46.

Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Quin idem Eleg. 8. v. 17. tria epitheta geminat:

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palaeſtino ſancta columba Syro.

Verum exoſculor aureum Elegantiſſimi Broekhuſii monitum; *Ego te, munditiae Latinae ſtudioſe, monitum volo, uni hic columbae tria attribui epitheta, exemplo non facile alias reperiendo.* Apud Latinos certe exempla diu quaeſita non inveni: Graecos aliquando non abhorruiſſe liquidum ex locis adductis. Saepiſſime tamen vitari poſſunt geminata epitheta admiſſo

admisso copulae defectu, cujus in locis quibusdam laudatis etiam forte usus, atque ita Virgilium lib. 6. 552.

Porta adversa ingens, solidoque adamante columnae.

cepit Servius qui notat: *Distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis.* ita ad v. 887.

Æneas instat contra, telumque coruscat
Ingens arboreum.

monet: *Non sunt duo epitheta, sed Æneas ingens telum coruscat arboreum.*

Ibid. ἐυοδμον-ἀυχένα. Ita amator apud Aristaenetum lib. 1. ep. 12. p. 80. puellae ambrosiam spirans collum praedicat: ὁ μὲν ἦν τραχήλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄδωδε.

Ibid. εὔχροον ἀυχένα. Bonum hunc colorem candidum esse recte monet Voetius. Ita Aristaenetus lib. 1. ep. 1. p. 6. τραχήλος λευκός τε καὶ σύμμετρος τῷ προσώπῳ· καὶ ἀκόσμητος ἦ, δι' ἀβρότητα τεθάρρηκεν ἑαυτῷ. Ovidius Heroïd. ep. 20: 57.

Hoc flavi faciunt crines, & eburnea cervix.

Horatius Carm. 3. 9.

Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidae
Cervici juvenis dabat.

Ita Sacer Scriptor Cant. cap. 7. 4. sponsae collum turri eburneae conparat.

Ibid. ἀυχένα κύσας. Inter varias corporis partes, quibus amatores oscula ferebant, erat & collum. Achilles Tatius lib. 2. p. 73. ἦν δ' ταῦτα σὺ ποιοῦντος καρτερεῖ καὶ προσίηται, σὸν ἔργον ἤδη, δέσποινάν τε καλεῖν, καὶ φιλῆσαι τραχήλου. Horatius Carm. 2. 12. 25.

Dum

Dum flagrantia detorquet ad oscula
Cervicem aut facili saevitia negat
Quae poscente magis gaudeat eripi:
Interdum rapere occupat.

Ita legendum cum Bentlejo, & Cl. L. Bos in Animadv. ad h. Poëtam cap. 7. p. 37. ubi notat ita quoque exhibere Codicem Franeq. quod verum est, sed superscriptum tamen *vel e.* i. e. *vel occupet.* Eadem Scholia interlinearia vocem *detorquet* explicant *inflectat*, ut & *facili saevitia* eleganter *levi luctamine.* Prius etiam ita explicat Acron, qui tamen sibi aquam haesisse clare docet notans: *Inflectit; Describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris, id est, cum flagrantibus osculis tuis detorquet avertens se, ut magis incitet, ut*: Et fugit ad salices & se cupit ante videri. *Aut illud magis volens intelligi, quod cervicem vertat ad oscula, designans quod aut facile irascatur, aut facile blandiatur.* Prima interpretatio adversatur genio Linguae. Quis enim unquam dixit *cervicem detorquere ad oscula* pro avertere ab osculis? Quid Poëta velit quisque videt. Sed pergamus. Callimachus epigr. 44. v. 5. ex emendatione certissima Bentleji:

Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐνόησα τὶς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν δείρην· εἰ τοῦτ' ἐς' ἀδίκημ' ἀδικῶ.

Alciphron lib. 1. ep. 28. σὺ δὲ ἐξαπινάιως ἀναστὰς ἐπειρῶ τῆ δέρην ἀναπλάσας χῦσαι. ibi Vid Erudit. Berglerus. Humeris etiam non raro inponebant Ovidius 3. Art. Amat. v. 307.

Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti
Nuda sit, a laeva conspicienda manu.
Hoc vos praecipue, niveae, decet. hoc ubi vidi,
Oscula ferre humero, qua patet, usque libet.

Poly-

Polyphemus Galateae manum osculari, si os non liceat, cupit apud Theocrit. Idyll. XI: 55.

Ὡς καπίδων ποτὶ τὶν, ἢ τὰν χέρα τεῦ ἐφίλασα,
Αἰ μὴ τὸ σόμα λῇς.

Supplex Polycles apud Aristaen. I. 13. p. 92. Panacii medici pectus exosculatur: ἀλλ' ὁ πατὴρ ἔτι μᾶλλον ἱκέτευε, τά τε στήθη φιλῶν ἢ τ' γονάτων ἁπτόμενος. Multa osculorum genera simul recenset Nonnus lib. 4. p. 122. l. 29. ubi de Harmonia:

Ἠλέκτρης κύσε χεῖρας ἢ ὄμματα ἢ πόδας ἄκρους,
Καὶ κεφαλὴν ἢ στέρνα ἢ Ἡμαθίωνος ὀπωπήν.

135. Κύπελ φίλη μετὰ Κύπελν. Hac locutione frequentissimus est hujus praepositionis usus. Nonnus lib. 18. p. 502. l. 23.

Γηγενέων ὀλετῆρας μετὰ Κρονίδην σε καλέσσω.

Ita lib. 19. p. 512. l. 5. Callim. Hymn. in Jov. v. 36. Apud Achillem Tatium lib. 7. p. 455. aedituus Dianae Ephesinae rogatus a Clinia de Leucippes pulchritudine respondet: οὐκ ἄλλην τοιαύτην, ἔφην, μετὰ τ' Ἄρτεμιν εἶδον.

136. Ἴσην καλέω σε γυναῖξιν. ita hoc verbum occurrit apud Nonnum lib. 18. p. 504. l. 10.

Ἄρεος ἐ καλέω σέ χερείονα.

Ita p. 502. l. 23.

Γηγενέων ὀλετῆρας μετὰ Κρονίδην σε καλέσσω.

137. Ἄλλα σε θυγατέρεσσι Διὸς Κρονίωνος ἐίσκω. Eadem locutio occurrit apud Nonnum lib. X. p. 276. l. 19.

ἐ γὰρ ἐίσκω
Οὐρανίων Διόνυσον ὑπερβρυχίῳ Μελικέρτῃ·

Ita

Ita lib. 25. p. 656. l. 19. lib. 38. p. 970. l. 5.

ἠελίῳ γὰρ
Δεύτερον ἀσεφίπτοντι, φεφυγέα βάμχον ἐίσκω.

138. Ὄλβιος, ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη, ἥ τέκε, καὶ μήτηρ.

Cum hoc loco dignissimus est, qui conferatur, Ovidius Metam. 4. 322.

Sive es mortalis, qui te genuere beati,
Et frater felix, & fortunata profecto
Si qua tibi soror est, & quae dedit ubera nutrix.

Et quae sequuntur oppido elegantia.
Ibid. ὅς σ' ἐφύτευσε. Ab arvis eorumque cultu ad sobolis generationem deductas locutiones non raro usurpant auctores. Virgilius Georg. lib. 3. v. 135.

Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali arvo, & sulcos oblimet inertis.

Ubi recte Servius: *Bene rem turpem aperte a Lucretio tractatam vitavit translationibus, quas omnes ab agricultura transtulit.* & mox GENITALI ARVO] *pro muliebri folliculo, quem scilicet vulvam vocant, ut etiam Plinius docet, nam folliculus ante dicebatur.* Hoc usu frequens admodum est verbum σπείρειν apud Nonnum, ut lib. 3. p. 100. l. 4.

Ἐνθάδε κούρην
Θηλυτόκοις ἔσπειρε γοναῖς ὑπαίθενος ἀνὴρ.

p. 102. l. 7.

Βῆλος ἐπασυτέρην γενεὴν σπερμήνατο παίδων.

Ita lib. 5. p. 170. l. 17. lib. 48. p. 1282. l. 12.

Εἶχε

Εἶχε δ' Ναρηίοσιο φερώνυμα φύλλα κορύμβων
Ηιθέῳ χαλέντος, ὃς ἐυπετάλῳ ποθὲ Λάτμῳ
Νυμφίος Ἐνδυμίων, κεραῆς ἔσπειρε Σελήνης.

Locus conruptus. Erudit. Falkenburgius legit ὅε' vel ὅν. Posterius rectum. Quid si legamus praeterea κεραῇ ἔσπειρε Σελήνῃ? ita apud Hesiod. in Theog. v. 337. habes

Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμὸς τέκε δινήεντας.

Aliisque locis plurimis, quae mitto. Ἀρῆν hoc significatu frequens apud eundem, ex. gr. lib. 3 p. 102. l. 14.

Ἤρσε τοσατίων μινυώρια πώεα παίδων.

Ita p. 106. l. 23. Sic & voces inde deductae. ita lib. 5. p. 152. l. 17. dixit

Ἀντονόην ζυγίων ἀρότων νυμφεύσατο θεσμῷ.

Ubi Interpres misere caecutivit. Lucianus in Timone p. 109. εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν ἰκρίαν νόμῳ ἁλοὺς ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων. ad quem locum pauca notavit Eruditiss. Hemsterhuisius p. 105. hinc & ἀροτὴς apud Nonnum lib. 3. p. 102. l. 3.

Ζῆνα Λίβυν τέκε Βῆλον ἐμῆς ἀροτῆρα γενέθλης.

Aliisque locis plurimis, quae mitto. ita verbo φυτεύειν idem Poëta saepius usus, ut lib. 1. p. 16. l. 23.

Ὄφρα φυτεύσῃ
Τάνταλον ὑρανίων αἰσίφρονα φῶτα κυκέλλων.

Lib. 2. p. 62. l. 7. lib. 7. p. 220. l. 16. & l. 28. lib. x. p. 280. l. 14. loco adposito & nostro fere gemino:

Τίς σε πατὴρ ἐφύτευσε; τίς ὑψιμέδων τέκε γαιήρ;
Τίς Χαρίτων σε λόχευσε; τίς ἤρσεν καλὸς Ἀπόλλων;

Missis aliorum locis audiamus unicum Phavorini in V. Φυτεύειν ἐπὶ φυτῶν λέγεται, ἤγουν τὴν ῥίζαν αὐτῶν καταβάλλειν. ἀπὸ τούτου καταβάλλειν ἀρχὴν ἐν πράγμασι λέγομεν, καὶ ἐπ' ἀνθρώπων. ὡς Εὐριπίδης, Οὗτος φυτεύει Πέλοπα. καὶ φυτεύειν ἀντὶ τοῦ σπείρειν ἐπὶ πατρός. καὶ παράγεται ἀπὸ τούτου φίτυς, ὁ πατὴρ, καὶ ἔστι τοῦ φῖ ἴωτα, καὶ φιτύω σημαίνει τὸ φυτεύω, ἀποβολῇ τοῦ ε. Ἡσίοδος, φιτύσασα φαίδιμον υἱόν. quem locum transpositione restitues legendo: καὶ φυτεύειν ἀ. τ. σ. ε. π. ὡς Εὐριπίδης, ο. φ. π. dein emenda φιτύσατο. Respicit enim locum Hesiodi in Theogon. v. 985.

Ἄνταρ τοι Κεφάλῳ φυτήσατο φαίδιμον υἱὸν.

Ita omnes forte editiones sed mendose exhibent. Emenda ex Phavorino φιτύσατο, quod & reperiri apud Etymologum docuit me Henr. Stephanus in Thes. L. Gr. in hac voce, atque ad Etymologi marginem Doctiss. Is. Vossium simili modo locum Sophoclis in Trachiniis emendasse mihi ostendit, quae viri egregii est humanitas, Eruditiss. Valckenaerius, eamque emendationem certissimam esse evincit non tantum Grammaticorum consensus, qui merito plurimi fit, sed & perpetuus veterum Poëtarum usus primam vocis syllabam nunquam non corripientium, si a paucis locis discesseris, que indocta librariorum natio corrupit, ex hac observatione omnino corrigenda. Inter haec refer Oraculum, quod exstat apud Achillem Tatium lib. 2. p. 93.

Νῆσός τις ἐστὶ φυτώνυμον οὖμα λαχοῦσα.

Ubi, si conferas dicta cap. p. patebit legendum

Ἐστὶ

Ἐς δέ τις νῆσος φιτώνυμον ἅλμα λαχοῦσα.

Sic in Colutho de R. H. v. 122. legendum

Καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φιτῦ ἐάσας.

Non φυτῦ. quemadmodum v. 383. pro νεόφυτον emendandum

Κασσάνδρη νεόφιτον ἀπ' ἀκροπόλιος ἰδοῦσα.

Vox tamen hinc deducta φυταλιὴ apud Coluthum, aliosque & praecipue Nonnum plurimis locis producitur ex. gr. lib. 31. p. 796. l. 5.

Ἢ ὃ κομίζειν
Βάλσαμον ἰμείρουσα, καὶ Ἰνδώιε δονακῆος
Φυταλίην. ἑτέρη ὃ ποδῶν ἐυώδεα ποίην.

Ultima verba turpiſſima faedat macula, quam abſterges, ſi legas

Ἑτέρη ὃ ῥόδων ἐυώδεα ποίην.

Pedum olentem herbam quis in rerum natura eſſe fando audivit? at roſam florum pulcherrimam Venerique ſacram famulas ipſius Gratias legere convenientiſſimum eſt. Similem errorem emendavimus ſupra cap. VIII. p. 182. Verum crediderim iſtis locis primam produci ob concurſum tot ſyllabarum brevium, quod centies Poëtae faciunt, idque obſervo in loco Orphei Suffimine Jovis p. 112.

Ἀστεροπαῖε, βρονταῖε, κεραύνιε, φυτάλμιε Ζεῦ.

Id ni placeat, ſcribe φιτάλμιε Ζεῦ. Vocabula autem φιτύω &c. bonae ſatis notae eſſe docent Grammatici, & uſus Veterum Scriptorum. Plutarchus Lacaen. Apophth. Tom. II. p. 241. ἡ ἐμὸν τὸ φίτυμα. qui & mox refert epigramma:

Ἔρρε κακὸν φίτυμα διὰ σκότος, ἠδὲ διὰ μῖσος
Εὐρώτας δειλαῖς μήδ' ἐλάφοισι ῥέοι.

Miror Doct. Potterum Archaeol. Graec. lib. 3. cap. 12. p. 504. ubi locum hunc ex Lacon. Inſtit. perperam laudat edere φύτευμα, quod an in ullo MS. habeatur equidem dubito. Si ita emendavit, vel auctor, cui ſua non raro ſublegit, hanc labori ſuperſedere potuiſſet, cum vulgata lectione non tantum non melius, ſed & longe deterius ſit. Plura exempla conlegiſſe Virum Eruditum in Obſerv. Miſcell. Vol. II. p. 196. & ſeqq. multaque loca conrexiſſe, inter quae & Heſiodum ſero deprehendo, de quo viri Doctiſſimi conſenſu mihi gratulor, praecipue cum in tempore viderim.

139. Γαίης, ἥ σ' ἐλόχευσε. Plerumque verbum hoc adhibetur de matre prolem pariente, ſed & de patre apud Orpheum Argon. v. 133.

Τέκς ποτε νύμφη
Δαοβόῃ Μερέτοιο παρευνηθεὶς ἐλόχευσε
Κυλλήνης μεδέων χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης.

& v. 157.

Οἰνεὺς ἦ ῥ' ἐλόχευσε καὶ Ἀλθαίη ῥοδόπηχυς.

Hinc varios induit ſignificatus inde derivatos. Idem Orpheus v. 43.

Ἣ δ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.

& v. 252.

Καὶ οἱ ἀπὸ σηθέων ὅπα λείριον ἐξελόχευσα.

Ut autem λοχεύειν, proprie de matre poſitum, aliquando de patre adhibetur, eodem modo verbo *parere* utuntur Latini, de quo Vid. Sanctius in Minerv. l. 7. & Perizonius n. 10. ita ex. gr. L. Attius

Attius in Trachiniis apud Ciceron. de N. D. 2. 8. de Deïanira Oenei filia:

Quantum una vecors Oenei partu edita.

Quamvis aliter locum hunc capiat Cel. Broekhuſius ad Propert. 4. 7. 65. cujus explicationem licet non probem longe tamen praefero emendationi Cel. Bentleji conrigentis *Oeneo patre edita.* Cur non minore mutatione legit *Oeneo partu edita*, ut *Oeneo* ſit tertius caſus? Sed nihil hic movendum ſatis ſuperque evicit vir Eruditus in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 408, 409. Eadem ratio eſt verbi τίκτειν de patre adhibiti ab Heſiodo in Theog. 208. & 287. Homero Iliad. Ε. 434. Achille Tatio lib. 1. p. 37. aliisque. Contra *creare* de matre habes apud Virgilium Æneid. lib. 12. 271.

Quos fida crearat
Una tot Arcadio conjunx Tyrrhena Gilippo.

Nec non lib. 7. 282.

Patri quos daedala Circe
Subpoſita de matre nothos furata creavit.

Et alibi. Vid. Doct. Dukerus ad Florum lib. 1. 6. §. 1. *Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerva creatum. Gignere* de matre quoque uſurpavit Virgilius in Ciri v. 65.

Ipſi ſeu Lamiae mater ſit, ſive Crataeis,
Sive illam monſtro genuit Perſaea biformi.

Sicut & ignobilis aliquis verſifex in Jo. Bapt. Ferretii Muſis Lapidariis lib. 1. Memor. 36. p. 64.

O Fortuna fidem quantam mutaſti maligne.
Quam genuit genetrix, ſecum tenet in lare Ditis.

Nec non Boëthius in Confeſſ. Fidei. p. 294. *ſub*

quo exſtitit beata virgo Maria —— quae humani generis genuit conditorem. idque jam oſtendiſſe ad Cicer. Tuſc. Quaeſt. 1. 42. Daviſium monet Burmannus ad Phaedr. 3. 15. 14. De vaccis uſurpavit Columella de R. R. lib. 6. cap. 22. §. 1. *Nam & vietae prae vetuſtate, quod gignere deſierunt.* ita emendat Heinſius Advers. lib. 3. cap. 8. p. 459. vide tamen noviſſimos Interpretes.

141. Κύπελδος ἔργα, pro nuptiis & concubitu centies fere occurrunt apud bonos Scriptores. Achilles Tatius lib. 4. p. 237. τὸ μὲν γὰρ ἔργον Ἀφροδίτης καὶ ὄρον ἔχει καὶ κόρον. Anton. Liber. cap. 21. αὕτη τὰ μὲν ἔργα τὰ Ἀφροδίτης ἐξύβρισεν & mox Ἀφροδίτη ᾗ, ὅτι αὐτῆς ἠτίμασε τὰ ἔργα. ita cap. 37. & 38. Heſiodus in Ἔργοις v. 521.

Οὔπω ἐργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Eodem modo Ἄρηος ἔργα pro bello apud Coluth. de R. H. 182. Πάλλαδος ἔργον apud Nonnum lib. 24. p. 634. l. 29. & lib. 38. p. 858. l. 20. Sic Virgil. Æneid. 5. 284.

Olli ſerva datur, operum haud ignara Minervae.

Ἔργον Ἐνυοῦς Nonn. lib. 43. p. 1130. l. 10. Sic ἔργα μελίσσης pro melle apud Nonn. lib. 13. p. 366. l. 27. ἔργον ἁλωῆς lib. 17. p. 468. l. 1. ἔργα θαλάσσης pro piſcatura lib. 20. p. 552. l. 24. & in Paraphr. Joann. 21: 12. ἔργα κυδοιμοῦ lib. 27. p. 712. l. 8. θαλάσσια ἔργα Hom. Iliad. B. 612. Odyſſ. E. 67. ναὸς ἔργα Coluth. de R. H. 225. Heſiodus in Ἔργοις v. 231.

Θαλίης δ' μεμηλότα ἔργα νέμονται.
convivia autem celebrant.

Graevius cap. 6. intelligit per θαλίης μεμηλότα ἔργα convivia, ſeu opera pertinentia ad convivia, quae grata

grata ſunt convivis. Heinſius & Gujetus legunt θαλίης ὃ μεμηλότες. ita Nonnus lib. 37. p. 926. l. 4.

Ἡμέτεροι γὰρ
Πυκτοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες εἰσὶ μαχηταί.

Graevio favet alius locus Nonni lib. 42. p. 1104. l. 4.

Μὴ πάλιν ἄλλον ἔρωτι μεμηλότα μῦθον ἀκούσῃ.

Sed ſcribenda forte vox Ἔρωτι litera majuſcula; alterum certe nunquam offendiſſe me memini, unde mallem in Heſiodi loco legere

Θαλίης ὃ μεμηλότα ἔργα νέμονται.

Ex MS. Graevii. Poſſes & θαλίης μεμηλότες ex Homero Iliad. E. v. 708.

Ὅς ῥ' ἐν Τίρυνθι νάιεσκε, μέγα πλούτοιο μεμηλώς.

Sed pergamus. γύμνασος ἔργα occurrunt in Inſcriptione inventa in inſula Chio apud Tollium in epiſt. Itiner. I. p. 5. & Hennin. p. 20.

Ἄρτι σε τὸ θάλλοντα νέοις ἐπὶ γυμνάσου ἔργοις
Ἄβας καλλίσοις ἄνθεσι τερπόμενον.

Henninius p. 21. pro νέοις legendum putat νέων; ego ſecus cenſeo. idem enim denotat quod νέων ἔργα γυμνάσου, quod Poëta forte vitavit ne duo caſus ſecundi a voce γυμνὰς penderent, quod tamen non ſine exemplo eſt. ita apud Statium *animi equeſtres* pro *equitis* occurrunt lib. 1. Sylv. 1. 46.

At ſonipes habitus animosque imitatus equeſtres.

Male Cel. Marklandus conjectat *heriles*. Propertius 2. 6. 13.

Unde mihi patriis gnatos praebere triumphis?

Nic. Heinſii enim conjectura in notis ad Propert. p. 685. legentis *Latiis triumphis* minus eſt neceſſaria. Recte vero Cel. Henninius Ἄβας pro Ἥβης poni vidit. ita Theocr. Idyll. 1. v. 44. nec raro Doricae voces aliusve dialecti occurrunt in carmine diverſa dialecto ſcripto. ita apud Plutarchum in Lycurgo T. I. p. 43. Tyrtaeus:

Οἵσι μέλει Σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις.

Pro ἔργα Ἀφροδίτης ſaepe etiam occurrit ἔργα γάμων, ex. gr. apud Nonnum lib. 42. p. 1100. l. 27. p. 1104. l. 5. ἔργα ἔρωτος apud Long. Paſt. 3. p. 80. & 83. & ſimpliciter ἔργον apud Achillem Tat. lib. 1. p. 35. 37. 39. & lib. 5. p. 309. Procopium in Supplem. Hiſt. Arcan. editum a Cel. Moneta Menag. Tom. III. p. 256. eodem ſignificatu apud Ovidium occurrit *opus* Amor. 3. 7. 67.

Quae nunc ecce rigent intempeſtiva valentque,
Nunc opus expoſcunt militiamque ſuam.

& lib. 1. Eleg. 4.

Saepe mihi, dominaeque meae properata voluptas,
Veſte ſub injecta dulce peregit opus.

Ita Martialis, & alii. Hinc ἐνεργεῖν apud Alciphr. lib. 3. ep. 55. p. 412. οἷος ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς ἅπαντων ὁρώντων ἐνεργεῖν. Ubi pudicas tales locutiones eſſe diſces ex Euſtathio apud Cel. Berglerum.

CAPUT XIII.

Repetitio earundem vocum, vicinarum admodum licet, multis exemplis demonſtrata. Adſertus locus Heſiodi. Δόμος *pro dolio. Antiqua Virgilii lectio. Voces derivatae & conpoſitae ſaepe repetuntur. Boëthius emendatus. Vindicatus locus Apollonii Rhodii. Defenſa vetus Propertii lectio*

tio plurimis in locis. Ponere urbem. Doctus Epicurus summo jure vocatur. Virgilius semel, Valerius Flaccus aliquoties adsertus, ut & Seneca, aliaque. Statii loca quaedam defensa. Decus & forma junguntur. Claudianus & Gantzerus adserti. Vindicatus Justinus variis locis. Bellum Graeciae, pro eo, quod Graeci inferunt, recte dici contra Scefferum probatur, aliaque. Defensus Florus, & Virgilius. Tentatus Ovidius. Vindicati Valerius Flaccus, Statius, & Ausonius. Tentatus Claudianus. Emendatus Minucius Felix. Ardua & erecta montium. Tentatus Avienus. Vindicatus locus Statii. Labens manus. Adsertus locus Longi.

145. Θεσμὰ θεῆς ἐρόεντα. mox v. 147. habes μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων. & paulo ante v. 142. γαμήλια θέσμὰ θεαίνης repetione ejusdem vocis sane vicina, quam & v. 296, 299, 300. aliisque locis observare poteris. Hanc si nonnemo culpare, saltem in Poëta seculo non optimo florente excusare, audacior forte emendare sustinebit, ego secus censeo; cum utriusque Linguae auctores probatos, Historicos, Poëtas, aliosque eandem vocem, quae paullo ante, saepe & in eadem re, praecesserat, centies repetere solere dudum deprehenderim, atque adeo merito virorum in arte Critica praestantissimorum, non tantum, qui praecipiti nimis calore lati multa loca conrumpunt, sed & moderatiorum aliquando, emendationes, quibus nullum praeterquam in vitiosa, ut vocant illi, repetitione praesidium est, merito suspectas habeam. Ne vero fortius locutum me, quam re ipsa praestare possum, existimes, en loca, quae mihi notavi, sat multa, plura, si quis id exigat, daturus. ita Herodotus lib. 1. cap. x. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ὑπ' ἐμεῦ ἀνδρὸς, ὅτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, ὅτε ἔδοξε μαθεῖν. cap. xi. ἐκάλεε ἡ Γυγέα. ὁ δὲ, ὡδὲν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ἐπίσασθαι, ἦλθε καλεόμενος. ἐώθεε γὰρ ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν.

τᾶν. mox ἢ αὐτόν σε ἀντίκα ὕτω ὑποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Καυδάυλῃ, ϗ λοιπῶ ἴδῃς τα μή σε δεῖ. ita cap. 2. & 3. aliquoties habes αἰτέειν δίκας. alia loca longe plurima non coacervo. Homerus Iliad. I. 251.

Φεῤῥίζευ, ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ.
Ὦ πέπον, ἦ μὴν σοὶ γε πατὴρ ἐπετέλλετο Πηλεὺς
Ἤματι τῷ.

Conf. v. 266, & 269. Heſiodus in Ἔργοις v. 27.

Ὦ Πέρση, σὺ ϗ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι.

Conf. v. 20, 21. v. 51, 52, 53. v. 96.

Μένη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύῤῥαζε
Ἔξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο.

Ubi Seleucus praeterea emendat πίθοισι & ita quater in paucis verſibus (occurrit enim & v. 94.) repetitam eandem vocem haberes. Verum caſſa nuce magiſtelli hanc ineptam non emerim conjecturam, quippe quae ingratam, &, ſi abſit, nunquam quaerendam fundit ταυτολογίαν. Fateor rariori uſu hic occurrere δόμον, ſed non ideo loco, protinus movendum, praecipue cum lectionem adſerat vox θύῤῥαζε quae magis quadrat in domum, quam dolium. Quid? anne nidos avium *domos* a Poëtis vocari magis proprium, quam dolium hoc ingens, cui incluſa tot mala? Quid? minusne inproprie δόμοι vocantur arcae, quibus veſtes adſervantur? ita tamen Euripides in Alceſt. v. 158. confer omnino Eruditiſſimum Cuperum Obſerv. lib. 3. cap. 18. Sed pergo. Orpheus quoque repetit Argon. v. 1150. ἀνασήσασθε, cum praeceſſit v. 1147. ἀνσήσεσθε. idem Hymno in Venerem v. 21.

Τερ-

Τερπομένη χαίρεις θνητῶν κυκλίοισι χορείαις,
Ἢ Νυμφᾶις τέρπῃ κυανώπισιν ἐν χθονὶ δίᾳ.

Idem Argon. 717.

Ὃς ῥ' ὑπόδεκτο
Ἥρωας Μινύας, ξενίῃ δ' ὑπόδεκτο τραπέζῃ.

Callimachus Hymn. in Del. 6. & 10. Theocritus Idyll. 27: 66, & 69. Moſchus Idyll. 2: 18, 19. Oraculum apud Achillem Tatium lib. 2. p. 93. ubi v. 2. φέρεσα & 4. φέρειν occurrit. quale & illud apud Scholiaſtem Ariſtophanis Plut. v. 9. Judas epiſt. v. 6. Juſtinus in praef. §. 1. *Prorſus rem magni & animi & operis adgreſſus.* mox. §. 2. *nonne nobis Pompejus Herculea audacia orbem terrarum adgreſſus videri debet.* ita aliis locis multis. Virgilius lib. 8. 240.

Umbroſae penitus patuere cavernae
Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra debiſcens
Infernas reſeret ſedes.

Ita v. 252. loco notabili:

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit, involvitque domum caligine caeca
Proſpectum eripiens oculis, glomeratque ſub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, ſeque ipſe per ignem
Praecipiti injecit ſaltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens ſpecus aeſtuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit.

Lib. 7. v. 464. ſcripſerat Poëta:

Exultantque aeſtu latices; fuerit intus aquae amnis
Fumidus, atque alte ſpumis exuberat amnis.

Ubi nunc ex emendatione Vari & Tuccae legimus *aquaï.* ita enim Servius: *Hanc autem diaereſin Tucca & Varus fecerunt. Nam Virgilius ſic reliquerat.*

Furit intus aquae amnis & exuberat ut aquae amnis. *quod ſatis aſperum fuit.* Dele *ut aquae* niſi Poëtam ſcripſiſſe velis *atque ut aquae ſ. e. a.* Sed recte haec correxerunt poſt obitum Virgilii viri Doctiſſimi. Inepte autem in quibusdam editionibus exhibetur *Furit intus aquae vis.* lib. 12. 298.

Obvius ambuſtum torrem Corynaeus ab ara
Corripit, & venienti Ebuſo plagamque ferenti
Occupat os flammis. Olli ingens barba reluxit
Nidoremque ambuſta dedit.

Idem in Culice v. 50.

Tondentur tenero viridantia gramina morſu.
Pendula projectis carpuntur & arbuta ramis: &c.
Haec ſuſpenſa rapit carpente cacumina morſu.

Ovidius Metam. 8: 233.

Icare dicebat: pennas adſpexit in undis,
Devovitque ſuas artes; corpusque ſepulcro
Condidit, & tellus a nomine dicta ſepulti.

v. 278.

Praeteritae ceſſaſſe ferunt Letoïdos aras.
Tangit & ira Deos. At non impune feremus.

v. 377.

Nec jaculis iſſet, nec equo loca pervia, ſilvas.
Perſequitur Telamon: ſtudioque incautus eundi.

Valerius Flaccus lib. 2. 65.

Axe nitet ſerpens ſeptenosque implicat ignes.
Sic ait; & certi memorat qui vultus Olympi
Pleïones Hyadumque locos; quo ſidere vibret
Enſis & Actaeus niteat qua luce Bootes.

vs. 75.

Cum primus equis exegit anhelis
Phoebus Athon, mediasque diem diſperſit in undas.

Cer-

Certatim remis agitur mare: roſtraque curſu
Prima tremunt.

vs. 252.

Jam fuge, jam dubiae donum rape mentis, & enſem
Tu potius miſerae retine. tunc excipit artus,
Obnubitque caput, tacitumque ad conſcia Bacchi
Templa rapit.

Ita v. 162, & 167. habes geminatum *implet* aliisque locis. Apud Statium lib. 5. Sylv. 1. v. 147. *alta* occurrit & v. 151. & *aura* v. 149. & 153. Apud Boëthium de Conſ. Phil. lib. 2. Metr. V. v. 16. *ſaeva*, ut & v. 21, & 25. repetitur, & *arma* v. 18. & 20. Guntherus Ligur. 2: 426.

Ne protinus agmina jungi
Poſſent auctus aquis fluvialibus obſtitit amnis.
Aſt ubi detumuit fluctus, poſitoque furore
Coepit habere vadum, nec dum reſidentibus undis
Protinus evectu validorum miles equorum
Non tam flumineas tranſit, quam tranſnatat undas,
Junctaque conſidunt ſociatis agmina campis.

Ita enim recte emendavit Cel. Withofius in Specim. Gunth. cap. 2. p. 46. pro *cuncta*, de quarum vocum permutatione adeas ante alios Heinſium Advers. lib. 1. cap. 13. p. 141. idem lib. 1. v. 269. ex emendatione Withofii cap. 1.

Quid juvenis de laude loquar? quid fortia primae
Acta juventutis? quid, quod peregrina ſecutus
Caſtra dei, primis tyro famoſus in annis
Geſſit?

Vulgo *armis*. Vid. & lib. 4. 486, 489. 489, 490. lib. 9. 434. & 437. lib. x. 76.

Ipſe

Ipſe per hoſtiles numeroſo milite campos
Undique diſcurrens hoſtilia quaeque gerendo.

Ita Rosweytha p. 725. v. 760, 761, 763. Plura loca deſcribendi taedium jam me tenet, & te procul dubio legendi, quisquis es, Erudite Lector. Non poſſum tamen, quia ſemel in hanc palaeſtram eſt deſcendendum, hac occaſione non adferre numerum non minorem locorum, in quibus voces non quidem eaedem, ſed tamen derivatae & conpoſitae vicina admodum ſibi in ſede locari ab auctoribus frequenter admodum clarisſimum eſt. Ex Poëtis tantum, quia ipſis praecipue hoc argumento vulnera infliguntur, loca dabo, atque ante alios e Virgilio, qui multus eſt in his repetitionibus. ſic lib. 7. 458.

Olli ſomnum ingens rumpit pavor: oſſaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.

Ita v. 222, & 225. lib. 2. v. 25.

Nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Mycenas.
Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu;
Panduntur portae. juvat ire.

v. 67.

Namque, ut conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora poſſunt
Accipere? aut quid jam miſero mihi denique reſtat?

Confer v. 158, 161. v. 186.

Coeloque educere juſſit:
Ne recipi portis, aut duci in moenia poſſit.

v. 243.

v. 243.

Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores coecique furore,
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.

Conf. v. 315, 317. 337, 338, 340. 494, 496. v. 498.

Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis
Cum ſtabulis armenta trahit. Vidi ipſe furentem
Caede Neoptolemum.

Vid. v. 553, 555. 637, 641. lib. 8. v. 238.

Inde repente
Impulit. impulſu quo maximus inſonat aether.

Addam loca ex Culice, quia eorum uſus poſtea in refutanda Heinſii emendatione, v. 105.

Quae ſubter viridem reſidebant coerula muscum.
Jam medias operum partis evectus erat Sol:
Cum denſas paſtor pecudes cogebat in umbras.
Ut procul aſpexit luco reſidere virenti.

Conf. 100, & 106. v. 145.

Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
His ſuberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae levibus placidum rivis ſonat orta liquorem.

v. 166.

Tollebant aurae venientis ad omnia viſus.
Jam magis atque magis corpus revolubile volvens
Attollit nitidis pectus fulgoribus.

Vid. v. 204, 207. v. 211, 213. v. 237, 240. v. 277. 281. v. 290.

Nec divae corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
Oſcula cara petens rupiſti juſſa Deorum.

Conf.

Conf. 382, 386. Tibullus lib. 4. El. 1. v. 99.

Adverſisque parant acies concurrere ſignis.

Sequitur v. 202.

Rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo.

Conf. 204. & 211. v. 118, 125. Ovidius Metam. 8. 248.

Ut, aequali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret.

Statius lib. 4. Sylv. 4. 1.

Noti tibi vatis amorem
Corde exire veta, nec enim Tyrinthius almae
Pectus amicitiae. cedit tibi gloria fidi
Theſeos, & lacerum qui circa moenia Trojae
Priamidem, caeſo ſolatia traxit amico.

Lib. 5. Sylv. 1. v. 110. ex emendatione Marklandi:

Viciſti gaudia certe
Ipſius, affuſo dum pectore prona ſacratos
Ante pedes avide domini tam magna merentis
Volveris. Aonio non ſic in vertice gaudet.

Ita lib. 1. Sylv. 2. v. 27.

Ceſſent mordaces obliqui carminis aſtus
Fama tace, ſubiit leges & frena momordit.

Herc. Surrent. v. 152.

Nudosque virorum
Certatus & parva ſuae ſimulacra coronae
Quin age & ipſe libens proprii certaminis actus
Invicta dignare manu!

Boëthius de Conſ. Philoſ. 4. 6. 38.

Et

Et quae motu concitat ire
Siſtit retrahens ac vaga firmat
Nam niſi rectos revocans itus.

Lib. 5. Sylv. 3. 149.

Quantus equos pugnasque virum decurrere verſu
Maeonides, quantumque pios ditarit agreſtes
Aſcraeus Siculusque ſenex: qua lege recurrat
Pindaricae vox flexa lyrae.

Huc refer, ſemel enim haec moleſtia devoranda, loca in quibus repetitio haec obvia in fine periodorum. ita Herod. lib. 1. cap. x. Ἐκ τ̃ ἀυτ̃ μὲν χωρίε ἡ ὁρμὴ ἔσαι, ὅθενπερ κ̀ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνὴν. ὑπνωμένῳ ϗ ἡ ἐπιχείρησις ἔσαι. ita in prooemio, nec non Ælian. V. H. 2. 9. aliisque locis. Boëthius in Conf. Fidei p. 294. *Reges inſtituti leguntur: quorum poſt Saulem primatum David de tribu Juda legitur adeptus fuiſſe, qui primus ex gentibus legitur imperaſſe.* p. 295. *Sed huic tam ſanae atque veraciſſimae fidei exſtiterant* (emenda, ſi quid video, *exſtiterunt*) *multi qui diverſa garrirent: & praeter alios Neſtorius & Eutyches repertores haereſeos exſtiterunt.* Alias repetitionum ſpecies enumerare non eſt animus. Tot exemplis convicti Viri Eruditi tandem, niſi omnia me fallunt, libenter fatebuntur, Criticos plurimos & primi praecipue ordinis, in reſtituendis id generis locis, laterem lavaſſe, quorum numerum non exiguum oblata hac occaſione vindicare conabor. Reſtitue igitur Apollonium Rhodium Argon. lib. 1. v. 942.

Ἄρκτον μὲν καλέουσιν ὅρος ϖεναιεταόντες,
Καὶ τὸ μὲν ὑβρισαί τε κ̀ ἄγελοι ναιεταύσι
Γηγένεες, μέγα θαῦμα ϖελωτίονεσσιν ἰδέσθαι,

Inmerito *pro arido ac jejuno* locum hunc a Cel. Bent-

Bentlejo habitum esse, qui inmani certe mutatione legebat v. 943. ἀμφινέμονται, dudum docuit Doct. Jensius Lect. Lucian. lib. 2. cap. 6. p. 177, 178. nec potuit refutare Erudit. Arnaldus Animadv. Crit. cap. 6. p. 81. Sed de h. l. postea adhuc agendi dabitur occasio. Sed quia graviora passi & plura longe vulnera Romani Scriptores, ipsis ut succurramus par est. Retineatur igitur vulgata Propertii lectio lib. 3. 9. 19.

Ut qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu.
Persarum statuit Babylonia Semiramis urbem.

Ad hunc locum Heinsius in notis p. 704. monet: τὸ statuit & statuisset *non conveniunt. alterum corruptum.* Miror Virum Eruditum emendationem non protulisse, cum in promtu esset *posuit* vel *posuisset*, quo significatu obvium hoc verbum apud Virgilium Æneid. lib. 6. v. 18.

Redditus his primum terris, tibi, Phoebe, sacravit
Remigium alarum, posuitque immania templa.

Ita lib. 5. v. 59. ubi videatur Servius. Hieronymus in interpretatione Judithae 1. 3. *posuitque portas ejus in altitudinem turrium.* Verum nihil hic muto, ut nec Eleg. 21. v. 6.

Et qua septenas temperat unda vias.

Ubi Gujetus (V. Heins. p. 737.) perperam vult *perforat*, quia sequitur v. 22.

Victrices temperat ira manus.

Sic lib. 3. El. 20. v. 26.

Illic vel studiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.
Persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,
Librorumque tuos, docte Menandre, sales.

Cum

Cum unanimi consensu repraesentent omnes Editiones & MSS. tamen Nic. Heinsius conjectat *Ludorum---culte M.* neque enim placet bis repetitum *docte.* Idem torsit Broekhusium, sed qui alia via rem expedire conatur legendo scilicet, *dux Epicure*, Epicurum enim fuisse indoctum. adeo autem conjectura hac fidit vir Elegans, ut in ipsum textum invexerit. Nollem factum. Vulgatam enim lectionem & nomen Nobilissimi Philosophi, hanc injuriam ipsi inferri dolens, strenue & erudite defendit Cel. Vlamingius ad Boëthium de C. P. lib. 3. Metr. xi. 15. ubi observat Broekhusii emendationem suis membranis & omnibus Codicibus adversari; apud optimos Poëtas epithetorum abusum esse ingentem; Torquatum apud Cicer. lib. 1. de Finibus. ipsum *doctum* potius quam *indoctum* vocandum esse adserere; nec tam praeclare potuisse de vita moribusque hominum disserere sine cognitione historicorum; imo inter Historicos relatum a Vossio; nosque ablegat ad Gassendum; *doctos* dici eleganter *duces*, qui enim in arte aliqua excellunt eo titulo ornari, Epicurum autem in Physicis parem vix habuisse; tandem ita vocari a Petronio cap. 122.

Ipse pater veri doctus Epicurus in arte
Jussit.

Ita enim diserte scribere Codicem Tragurianum. Haec breviter ex nota longiori delibasse non poenitet. Nihil novandum quoque puto lib. 1. El. 2. 9.

Adspice, quot submittat humus formosa colores,
Et veniant hederae sponte sua melius:
Surgat & in solis formosius arbutus antris.

Neque enim audio Bentlejum ad Horat. p. 38. *frondosior* emendantem, quia arbutus rara fronde

est; ut nec Erudit. Heinsium Advers. lib. 2. cap. 6. p. 247. qui magno molimine repositum it *pomosior*. Sanam quoque contendo esse vulgarem lectionem Eleg. 9. v. 9.

Quid tibi nunc misero prodest grave dicere carmen?

Quamvis occurrat v. 6. *Dicere* & v. 8. praecedente,

Atque utinam posito dicar amore rudis.

Veterem hanc esse lectionem vel inde patet quia Heinsius p. 663. emendat *ducere*, quemadmodum editum est a Broekhusio, quod miror, nulla lectionis varietate memorata. sana etiam antiqua scriptura lib. 3. 23. 17.

Nunc demum vasto fessi resipiscimus aestu,
Vulnera & ad sanum nunc coïere mea.

Quamvis praecessit v. 10.

Elicere aut vasto Thessala saga mari.

Minus recte Heinsius Adverss. 1. 9. p. 94. & in notis p. 738. legit *insano aestu*, quod parum mihi placet, & ne concurrat haec vox cum *sanum* ibi legit *ad planum*, conjectura forsan non spernenda, quamvis alteram lectionem tueatur Broekhusius. Nullo quoque modo adsurgere possum Cel. Marklando ad Stat. lib. 2. Sylv. 1. v. 45. in Virgilio lib. x. v. 96. pro

Cunctique fremebant
Caelicolae adsensu vario. ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt sylvis.

Conjectanti *gemunt*. Nulla ratio quoque est cur Heinsius in Valerio Flacco lib. 2. v. 141.

Huic

Huic Dea cum lacrymis, & nota veſte Negerae
Icta genas.

Bulaei *Picta* rejiciat, eo argumento, quia infra v. 150. occurrit *Picta manus.* quamvis ipſam lectionem minime probem, cum perſuaſus ſim cum Zinzerlingo & Burmanno (nam quod in nota occurrit *picta*, typorum videtur flagitium) legendum *Ficta genas*, i. e. ementita, neque enim unquam Lesbias mulieres genas pictas habuiſſe, qualem tamen, ſi quid efficere vellet, Fama ſimulare debebat, legere me memini. v. 254. iterum Heinſio displicet,

Tacitumque ad conſcia Bacchi
Templa rapit.

Cum v. 257. ſequatur *tacita*, inmerito, ut jam Cel. Burmannus obſervavit, qui & v. 138. ſecure legit:

Manet illa toro; famulasque fatigat
Vellеribus: tardi reputant quae tempora belli
Ante torum, & longo mulcent inſomnia penſo.

Quam lectionem omnium conjecturis praefero: certe *Litoribus* abſurdum eſt, & explicatio Voſſii inepta, & ipſi Valerio contraria, qui v. 135. canit:

Illa abit, & mediam gaudens deſertur in urbem.

Toro tamen non placet prae veteri lectione *virum*, quam probant Aldus, Zinzerlingus, & Voſſius, nec non Codices. Idem tamen Heinſius, quod mirere, v. 43. pro

Ac velut ignota captus regione viarum.

Raptus conjecit teſte Burmanno, cum tamen v. 39. *raptos* praeceſſerat, & vulgata lectione deterius eſt. In Seneca paucis defungar. In Herc. Oet. v. 621.

Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri; nec tota ſitim
Lydia vincit; nec quae zephyro
Subdita tellus, ſtupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec ſi totus ſerviat Hebrus,
Ruraque dives cingat Hydaſpes,
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.

Ad hunc locum, quem praetervectus fuit Gronovius, varia notavit Vir Eruditus in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 77, 78. nec non p. 287. & ſeqq. *Gemmifer Iſter* merito displicuit, ſed non in *Indi* vox erat mutanda, vel *Auſtri*, ſed potius in *Euri* cum Nic. Heinſio; an enim *plaga fluvii* recte dicatur dubito. Pro illo alioqui faceret Boëthius de Conſ. Philoſ. lib. 3. metr. x.

Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miſcens virides lapillos.

Libya, quae conjectura Lincolnienſis, optime refutata a viro docto p. 288, & 289. nec placet alterum illud: *N. ſ. votis ſ. Eurus*, quamvis nondum mihi conſtet de veritate vocis *Hebrus*, licet ab ultima ſeculorum memoria auriferum hunc fluvium celebratum autumet, ſed auctoritate nulla fultus, Doct. Henninius ad Toll. epiſt. Itiner. 1. p. 28. cum utique, ſi quid mutandum, nihil vetius ſit emendatione eorum, qui *Hermus* reſtituunt, favente perpetuo ipſius imitatore Boëthio l. c.

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa.

Neque placet, quod monet Vir Eruditus melius con-

convenire *foli ſ. H.* ob repetitionem vocis *totus*, quamvis non inde ſequeretur Poëtam ita ſcripſiſſe, cum nihil hac Tragaedia ſit miſerius, quae parcius erant Poëtae, ſiquid video objicienda, cum ſimilia toties occurrunt: quare damno quoque Lincolnienſis conjecturam legentis *torto*, quae vulgaris eſt emendatio, & centies, ſaepe tamen infelici ſucceſſu, a Criticis tentata. Minus neceſſaria quoque videtur conjectura Summi Gronovii in Herc. Fur. v. 22. legentis,

Eſcendat licet,
Meumque victrix teneat Alcmene torum.

Pro *locum*, quia praeceſſerat v. 4.

Locumque, coelo pulſa, pellicibus dedi.

Venio ad Statium ab acutiſſimo Viro Jerem. Marklando, quemadmodum multis in locis feliciſſime ſanatum, ſic aliquando, ubi minus neceſſaria medicina, tentatum, ut ex gr. lib. 3. Sylv. 3. 111.

Quis ſublime genus formamque inſignis Hetruscae
Neſciat? haud quanquam proprio mihi cognita viſu,
Sed decus eximium formae par reddit imago
Vultibus.

Ibi enim reponit *decus famamque*, quia mox ſequitur *formae*. Sed ipſum jugulemus ſuo gladio. Sequitur enim eodem v. *decus eximium*, ut, ſi hoc argumentum firmum, nullius momenti ipſius emendatio ſit habenda, quam tamen veram puto. *formam* tamen in *famam* mutandum nondum perſuadeor, cum non de *fama* Hetruſcae, ſed pulchritudine hic ſermo. *Decus* autem & *forma* junguntur quoque lib. 1. Sylv. 1. v. 17.

Nec veris majora putes: par forma, decorque.

Recta etiam vulgata lectio lib. 3. Sylv. 3. v. 179.

Haud aliter gemuit perjuria Theſeus,
Littore quo falſis deceperat Ægea velis.
Tunc immane gemens faedatusque ora.

Ubi idem Vir Doctus tentabat *fremens*. forte tamen nihil mutandum addit cum *fremere* potius iratorum ſit quam moeſtorum. recte. Nihil etiam mutem lib. 3. Sylv. 4. 90.

Tunc junctis crinem incidere ſagittis,
Atque auro gemmisque locant: rapit ipſa cadentes
Mater, & arcanos interat Cytherea liquores.
Tunc puer e turba, manibus qui forte ſupinis
Nobile gemmato ſpeculum portaverat auro,
Hoc quoque demus, ait, patriis nec gratius ullum
Munus erit templis, ipſoque potentius auro.

Ubi idem Vir Doctus legit *gemmato orbe*. Nollem factum. Non majore ſucceſſu lib. 4. Sylv. 6. v. 67.

Seu clauſam magna Babylona refregerat haſta,
Seu Pelopis terras libertatemque Pelasgam
Obruerat bello: magnoque ex agmine laudum
Fertur Thebanos tantum excuſaſſe triumphos.
Ille etiam magnos fatis rumpentibus actus.

Emendat *longoque ex agmine laudum*. Retinerem quoque Thebaid. lib. 2. v. 39.

Medium cava nubila mentis
Inſedere latus.

Licet v. 36. occurrat *inſiditur*, quamvis alteram lectionem *inſumſere*, quam tuetur Vir Eruditus in Obſerv. Miſc. Vol. 1. p. 185. in nota. non plane ſpernam. Neſcio quo modo etiam vulgata blanditur lectio Claudiani de R. P. lib. 2. 26.

Sal-

Saltem communi ſole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter coelumque negatur:
Eripitur cum ſole pudor.

Nollem certe Nob. Heinſius *luce* contra Codices, quos certe non memorat, in textum invexiſſe, praecipue cum in illa lectione elegantior repetitio, quamvis alias voces iſtas ſaepe conmutariſ, tritum. Vid. Markland. ad Stat. 3. Sylv. 3. v. 53. Neque in mendo cubare crediderim v. 306.

Accipe Lethaeo famulas cum gurgite Parcas.
Sit fatum quodcumque voles. Haec fatus ovantes
Exhortatur equos.

Quae diverſa admodum ibi cogitat Vir Celeberr. animum dubium fatis arguunt. Vulgatam firmant haec Lucani ab ipſo adlata:

Sive canit fatum, ſeu, quod jubet ille, canendo
Fit fatum.

Nec non Virgilius Æneid. 1. 262.

Fabor enim, quando haec te cura remordet:
Longius & volvens fatorum arcana movebo.

Tutius quoque, ut videtur, ſummus Withofius in Specim. Gunther. p. 136. intactam reliquiſſet vulgatam Guntheri lectionem Ligur. lib. 6. v. 180.

Haec igitur tanto radiantia dona decore.
Regia mellifluis ornavit epiſtola verbis.
Anglicus Auguſto Rex gaudia vera monarchae
Optat & aeternae felicia gaudia vitae.
Sit tibi vera ſalus, Rex optime, ſemper ab illo,
Qui bonitate ſua dat regibus eſſe ſalutem,
Inſpiretque tuo bona coelitus omnia cordi,
Cujus clauſa manu Regum pia corda feruntur.

Quam, cum tot diverſarum vocum repetitiones concurrant, priori loco *gaudia* in *gaudens* mutaſſet. Venio ad ſoluti ſermonis ſcriptorem Juſtinum, cujus in praefat. §. 6. ſtatim oculis noſtris ſe objiciunt haec verba: *Simul ut & otii mei, cujus & Cato reddendam operam putat, apud te ratio conſtaret.* Ita Vorſtius & Graevius. Sed acutiſſimus Tan: Faber conjectat: *cujus & Cato reddendam rationem putat.* ita certe veteres editiones teſte Vorſtio, & propius convenit dicto Catonis, quin & Juſtini ſtylo. ita enim §. 4. *ut haberent & qui Graeca didiciſſent, quo admonerentur, & qui non didiciſſent, quo inſtruerentur.* lib. 1. cap. 1. §. 2. *Populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant.* adeo ut conjecturae huic non parum tribuam, & veram prope cenſeam. Pergentibus lib. 1. cap. 7. §. 10. occurrunt haec verba: *Tantus Croeſi amor apud omnes urbes erat: paſſurusque Cyrus grave bellum Graeciae fuiſſet, ſi quid in Croeſum crudelius conſuluiſſet.* Hic Cl. Schefferus ex MS. pro *Graeciae* probat *ejus gratia*, quo an ineptius quidquam fingi poſſit equidem dubito. Audi quid illum moverit: Bellum Graeciae *paullo dicitur inſolentius pro* a Graecis, at objectio haec futilis eſt & tanto viro indigna. Exciderat igitur ipſi Virgilius Æneid. lib. 2. v. 435.

Quorum Iphitus aevo
Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulixi.

Ubi Servius: *quia illi Ulyſſes inflixerat.* an *quod?* Exciderat Valerius Flaccus lib. 2: 178.

Vel jam patriae vidiſſe per ignes
Culmen agi, ſtragemque Deum!

Vid. Burmannum & Perizonium ad Ælian. Var. Hiſt. lib. 2. cap. 25. n. 9. nec non Doct. Broekhuſium ad Propert. lib. 4. El. 7. v. 65. Altera objectio

jectio ejusdem momenti est, quod vox Graeciae superflua, quoniam praecedit *ex universa Graecia*. At, mi Scheffere, cur te non movet quoque nomen *Croesi* ter quaterve repetitum? cur non quae praecedunt §. 3. *Domitis demum plerisque, cum adversus Babylonios bellum gereret, Babyloniis Rex Lydorum Croesus — in auxilium venit.* ita Herodotus lib. 1. cap. 61. κατὰ τὴ ὁμολογίην τὴ πρὸς Μεγακλέα γενομένην, γαμέει ἐς Μεγακλέης τὴ θυγατέρα? quemadmodum recte restituit ex Cod. Medic. Jac. Gronovius p. 814. qui addit: *Id mutarunt, qui repetitionem nominis aversabantur tantopere Herodoto amatam, ut quisque potest annotare.* Conf. cap. 1. 52. Medicina etiam non indiget sanus locus cap. 8. §. 2. *cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset transire permisit, & sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, & hostibus objectu fluminis fugam difficiliorem.* Non tamen deterior est Juntinae editionis lectio apud Graevium: *cum prohibere eos posset, vadum A. f. t. p.* male tamen vir Eruditus contra omnes MSS. ejicit τὸ *fluminis*, quia paulo post sequitur, cum neque Justinus neque alii haecce curent. *Flumen* vero *Araxes* & similia centies occurrunt. Exciderat fere monere in Floro lib. 2. cap. 15. §. 5. *Scipio Nasica servandam, ne, metu ablato aemulae urbis, luxuriari felicitas inciperet. Medium senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur.* Me non probare sententiam Interpretum, qui vocem *urbis* delent, multo minus Begerum, qui ita edidit. Sed haec loca sufficiant. Nunc non plane easdem, sed deductas voces, quia repetitae, a viris eruditis expulsas restitutum eo. Primus locus est Virgilii Culice v. 62.

Si nitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit avarum,

Picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manet.

Non debuit Doct. Nic. Heinſius Advers. lib. 4. cap. 8. p. 617. ſollicitare hunc locum legendo *Igneus*, quia v. 59. praeceſſit *incognita*. In Ovidio Metam. lib. 8. v. 341. libenter legerem

Sternitur impulſu nemus: & propulſa fragorem
Silva dat.

Cum uno Leid. apud Cl. Burmannum, cui *incurſu* magis adridet, quamvis addat, *niſi ſit Ovidiana repetitio*, quod a vero haud quaquam adludere videtur. Sollicitaſſe etiam non debuit Eruditiſſ. Burmannus Valer. Fl. lib. 2. v. 30.

Trux ille ejectat adeſi
Fundamenta jugi; pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, injectam feſſo dum pectore molem
Commovet experiens.

Ubi Vir Cel. *ingeſtam* mallet, quem &, ipſo fatente, retinuit illa repetitio, quo minus v. 29, & 14. aliquid tentaret. Potuiſſet & Nic. Heinſius Advers. lib. 1. p. 29. intactum relinquere Statium lib. 5. Sylv. 2. 102.

Nuper cum forte ſodalis
Immeritae falſo palleret crimine famae
Erigeretque forum ſuccinctaque judice multo
Surgeret & caſtum libraret Julia ferrum.

Ubi Vir Eruditiſſ. dubitat, an non ſcribendum *Ferveretque*, cum a *furrigendo* derivetur *furgo*, candide tamen addens, praeſtare id in medio, utpote minus exploratum, relinqui, quamvis nihil tentandum ego probe ſim perſuaſus. Minime tamen ſpernendum *toros* pro *forum*, licet ratio, quia paullo

paullo poſt vox recurrit, minus ſolida. Opem medicam, quam Doctiſſ. Cannegieterus, haec licet vix ferens, aliis praeſtandam relinquit Obſerv. Miſc. Vol. X. p. 171. deſiderare non videtur Auſonius Moſella v. 56.

Utque almus aperto
Panditur intuitu, liquidis obtutibus aer,
Nec placidi probibent oculos per inania venti.

Miror autem virum Acutiſſimum Nic. Heinſium cum in Claudian. Eutrop. lib. 1. v. 14. elegantem Codic. Oxon. & Pricaean. lectionem

Quae nova portendunt ſuperi! Nilusne meatu
Devius, & noſtri tendat jam transfuga mundi
Se rubro miſcere mari?

multis inluſtret, moneatque tum inſuper legendum *portendant*, probare tamen vulgatam lectionem *tentat*, non culpata repetitione. Emaculatum hac occaſione ibo unum Minucii Felicis locum cap. 17. *Quid loquar apte diſpoſita erecta montium, collium flexa, porrecta comporum.* ita enim legendum, non, quod vulgatur, *recta montium*, quod ineptum eſt. Nullus dubito, quin haec emendatio facilitate ſua nemini non magis adridebit, quam, quae placuit Doct. Wopkenſio in Obſerv. Miſc. Vol. X. p. 30. *ardua montium* reponenti, locutione egregia & Virgilio Æneid. lib. xi. v. 518. uſurpata:

Ipſe ardua montis
Per deſerta jugo ſuperans adventat ad urbem.

Ita *ardua terrarum* habes lib. 5. 694. alia notavit vir Eruditiſſimus in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 167. Rarior, fateor, noſtra eſt locutio, ſed propius accedit ad vulgatam, neque Tacito eſt ignota, quod

quod ignorare nos non ſinunt Lexica. ita Avienus Ora Maritima v. 639.

Ad rupis illud erigentis ſe latus,
Quod deditamne gentici cognominant
Solis columnas, tanto enim faſtigio
In usque celſa nubium ſubducitur
Meridianus ſol, ut oppoſitu jugi
Conſpicuus haud ſit &c.

Locus contaminatiſſimus. Barthius legit *Quod de editamine* vel *altitudine;* ſed, quia *editamen* vox eſt ignota, vir Doctus in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 390. legit *de cacumine*; alter in nota monet virum Doctum emendaſſe *Quod edit amnem ----- columnam.* Quod ſi in tantis ſententiarum divortiis aliquid proferendum, legi forte poſſet *Quod & etiamnunc*, pleonasmo admiſſo, qui exemplis ſimilibus, ut *poſt deinde*, de quo alias fuſius, defendere ſe poſſet. Vel lege *Quod editum nunc* facili emendatione. prior litera vocis *deditam* adhaeſit e praecedente *Quod*, qualia millies accidunt. *Ne* & *nec* ſaepiſſime permutari docuerunt Dukerus ad Florum 2. 5. §. 2. Graevius ad Lactant. de M. P. cap. 4. & quis non? *Nec* autem & *nunc* non rarius confuſa deprehendes. in Statio lib. 5. Sylv. 5. v. 35. pro

Nunc etiam labente manu, nunc lumine ſicca
Ordior acclinis tumulo.

Gronovius & Marklandus legunt *nec lumine ſicco.* docte. Huic vero *labente manu* in *trepidante m.* mutanti equidem non acceſſerim. Virgilius certe lib. 6: 32.

Bis conatus erat caſus effingere in auro:
Bis patriae cecidere manus.

Haec reſpexit Statius. Vid. & Heinſ. ad Ovid. Metam.

Metam. 8: 211. Finem faciam, poſtquam in loco Longi Paſtor. I. p. 8. ἐκδιδάξαντες ἕκαστα πῶς δεῖ νέμειν περὶ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος ϛ κλύματος. nihil mutandum eſſe monuero, atque adeo vanam eſſe conjecturam P. Moll p. 12. emendantis πῶς δεῖ ἐπιμένειν. His autem exemplis quae vel pertinaciſſimis, ſi quid video, ſufficere poterunt, ſi Eruditiſſimi viri moniti in poſterum cautiores eſſe didicerint in ſollicitandis talibus locis, quae nullo modo in mendo cubant, operae pretium ſat luculentum mihi tuliſſe videbor. Alia res eſt, ſi quaeras, an non rectius antiqui Poëtae elegantiae carminum ſuorum conſuluiſſent, ſi a talibus repetitionibus, ſaepe, quod qui non plane aure ſunt jacenti, negare non ſuſtinebunt, ingratis abſtinuiſſent, quod ſummum ſeculi noſtri Poëtam aliquando me monuiſſe recordor, qui & exemplar Carminum Nic. Heinſii, in quo politiſſimus vates manu ſua loca, quae inprudenti ſibi exciderant olim emendarat, ſe poſſidere memoravit.

CAPUT XIV.

Ἀγεύειν de Amore poſitum, ſicut & venari. Herculis & Omphales exemplum in amore. Χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς, *quare dictus. Mercurius in nuptiis conciliandis adhibitus Veneriſque ob eloquentiam comes.* Θηπεύειν ἐκόμιζεν *elegans locutio, nec Latinis ignota.* Ἀπ' Ἀγναΐδης Ἀπαλάντη. *Defenſa Virgilii lectio contra Marklandum. Antonius victor.* Μέλανες *rectius ſcribitur. Amatores puellas difficiles Veneri inviſas eſſe dilectis perſuadent. Adſertus Ariſtaenetus contra Pauwium. Maſculinum genus pro faemininо recte adhibitum. Praepoſitio ἐν & in variis in locutionibus abundat. Defenſus locus Statii.*

149. Τόν σοι Ἔρως ἤγρευσεν. Elegantem verbi ἀγρεύειν uſum pulchre animadvertit Doct. Röverus

Röverus adducto etiam Macedonii loco, cui addi velim, Nonnum lib. 1. p. 32. l. 17.

Παιδαμάτως ἕνα βάλλε τεῷ πυρί. θελγόμενον ᾗ
Σὸν βέλος ἀγρεύσειε, τὸ δ' νίκησε Κρονίων.

Lib. 16. p. 452. l. 5.

Ἄλλοι μὲν Διόνυσε κυνοστόοι Ἰοχεαίρῃ
Ἔνθαδε θηρεύσι, σὺ δ' ἀγρώσεις Ἀφροδίτῃ
Ἡδὺς ὁ δειμαίνων ἀπαλοχρόον ἄζυγα κύρην.

Inde Amor Ἀγρευτὴς eidem lib. 48. p. 1662. l. 31.

Ἀγρευτῆρος ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην.

Eleganter Theocritus epigr. 3.

Ἀγρεύει δέ τυ Πὰν, ἢ ὁ τὸ κροκόεντα Πέλοπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος.

Ariſtaenetus lib. 1. ep. 7. p. 50. ἐγὼ ᾗ ἀμήχανος παρεσήκειν, ἢ ὅς ἐθηρησάμην θρηνῶν, ἢ ἣν οὐκ ἤγρευσα, μειζόνως δακρύων. ita & Sacer Scriptor Proverb. 6: 25. Μὴ σε νικήσῃ κάλλος ἐπιθυμίαι, μηδὲ συναρπασθῇς ὑπὸ τῶν αὐτῆς βλεφάρων. ita v. ſeq. γυνὴ ᾗ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει. Claudianus in Fragmento Gigantomachiae de Venere:

Πορφυρέων δ' ὑ πρύπτεν ὑ ῥ' εἵμασιν ἄντυγα μαίζων
Ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένη· κ. τ. λ.
Εἰ δέ τις αὐτῇ
Ὄμμα βάλῃ, δέδμητο.

Ovidius ex emendatione Burmanni Medic. Faciei v. 27.

Per ſe quaeque parat, nec quo venetur amores
Praefert: munditiae crimina nulla inerent.

150. Ὡς θρασὺν Ἠρεκλῆα κ. τ. λ. Non minore venuſtate Terentius eodem exemplo uſus Eunuch. Act. 5. Sc. 8. v. 2.

TH. *Ego*

TH. *Ego ne? ut Thaïdi me dedam, & faciam quod jubeat.* GN. *quid eſt?*
TH. *Qui minus huic quam Hercules ſervivit Omphalae?* GN. *exemplum placet.*

Clitophon apud Achillem Tat. lib. 2. p. 75. ὅτι συνῆκε πῶς εἶπον τὸ χαῖρε Δέσποινα, εἶπεν· Ἐγὼ σή; μὴ τοῦτ' εἴπῃς· ἢ μὴν, πέπραχέν σέ τις μοι θεῶν, ὥσπερ ἢ τ Ἡρακλέα τῇ Ὀμφάλῃ; Τὸν Ἑρμῆν λέγεις. τούτῳ τ πρᾶσιν ἐκέλευσε ὁ Ζεύς.

Ibid. Χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς. Cornutus (ita ſcribendum nomen docet in praef. Gale) de N. D. cap. 16. p. 165. hanc rationem nominis reddit: χρυσόῤῥαπις δ', ὅτι πολύτιμός ἐστι ἢ ὁ ἐξ αὐτοῦ ῥαπισμός. πολλοῦ γὰρ ἀξία ἐστὶν ἡ ἐυκαιρος νουθεσία, ἢ ἐπιστροφὴ τ αὐτῇ παρεχόντων. Kromajerus notare putat hanc vocem *auream geſtantem virgam & aureos calceos*, quia ῥαπὶς eſt ῥάβδος & ὑπόδημα. Ultimum nunquam me legiſſe memini, neque adhuc adducor ut credam huc Poëtas reſpexiſſe. Certe Cornuti explicationes omnes quadrant in *virgam* non *calceos*, de quibus verbo eum dicturum credibile, ſi haec veteribus fuiſſet opinio.

Ibid. Ἑρμῆς. Mercurio ſuas in amore partes dant Poëtae, ut patet ex Herculis & Omphales fabula, quo reſpicit Muſaeus. Hinc ab Jove ad Harmoniae nuptias Cadmo conciliandas caelo demittitur apud Nonnum lib. 3. p. 106. l. 19.

Ζεὺς δ' πατὴρ παρέηκε ταναύπτερον υἱέα Μαίης
Εἰς δόμον Ἠλέκτρης ταχὺν ἄγγελον, ὄφρα Κάδμῳ
Ἁρμονίην ὀπάσειεν ἐς ἁρμονίην ὑμεναίων.

Nec mirum: erat enim eloquentiae praeſes Deus, unde ποικιλόμυθος vocatur Nonno lib. 3. p. 110. l. 3. Sa-

3. Sapienter igitur inſtituit Horatius Carm. I. 30. qui ipſum in comitatu Veneris numerat:

Fervidus tecum puer & ſolutis
Gratiae zonis, properentque Nymphae,
Et parum comis ſine te Juventas
Mercuriusque.

Ubi optime Porphyrius: *Quia multum facit eloquentia ad amorem conciliandum, unde illud:* diſertum me faciebat amor. Perperam Acron: *per Mercurium quaeſtum vult accipi tanquam ſine venuſtate nec lucrum ſit.* Adde Doctiſſ. Arnaldi de Diis Παρέδροις commentarium cap. 23. p. 161.

151. Θητεύειν ἐκόμισεν. Elegans locutio Graecisque admodum familiaris, ut patet ex Homero Iliad. Λ. v. 201. & 648. Heſiod Θεογ. 181. Orpheo Argon. 1208. Theocrito Idyll. 27: 68. Alciphr. lib. 3. ep. 40. Ἐγὼ μὲν τὴ παῖδα δοπίδοσξ εἰς ἄεν ξύλα καὶ κεθὰς ἀπέπεμψα. Matthaeo cap. 26: 55. 28: 1, 8. Nonno lib. 3. p. 110. l. 16. lib. 5. p. 168. l. 15. lib. 14. p. 404. l. 2. Luca Euang. 22. 47. 24: 29. aliisque plurimis. Graecismum imitati Latini, Horatius Carm. 1. 16. 1.

Muſis amicus, triſtitiam & metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

Statius lib. 4. Sylv. 4. v. 61.

Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes,
Aut Rheni populos aut nigrae littora Thules,
Aut Iſtrum ſervare latus.

Proſper Carmine de Ingratis P. II. cap. 17.

Atqui Salvator mundi non praemia juſtis
Solvere, non ſanis venit conferre medelam.

Boë-

Boëthius de Conſ. Philoſ. 4. 7. Rosweytha v. 196. p. 714.

Pompa regali pergit ſolamina fratri
Ferre ſub ingenti cordis languore dolenti
Nec mora: quem venit fratrem refovere, redemit.

Ita v. 566. p. 721. v. 701. p. 724. Plura dabit Barthius ad Rutilium lib. 1. v. 210.

Miſſus Romani diſcere jura fori.

Referri huc poſſunt ſimiles locutiones, quales apud Claudianum in ſec. Conſ. Stilich. v. 287.

Quos decus eſſe Deae primi ſub limine coeli
Roſcida foecundis concepit Luna cavernis.

Orpheum Argon. 575. & ſeqq. v. 584. &c Alciphr. lib. 3. ep. 3. &. 4.

153. Ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντη. pro Arcadica Atalanta. ita Theocritus Idyll. 1. v. 146.

Καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰχάδα τρώγοις
Ἀδεῖαν.

Matthaeus Euang. cap. 2. v. 1. Ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα. Conſule notata Eruditiſſimo Alberti. Imitatus eſt Hieronymus in Eſai. cap. 19. *In tantum ut Magi de Oriente docti a daemonibus ---- venerint Bethlehem.* Tibullus lib. 2. 4. 40.

Et a rubro lucida concha mari.

Vid. Broekhuſium, & Weitzium ad Valer. Fl. 1. 549.

Veniet Phrygia nam paſtor ab Ida.

Ovidius Amor. 2. 6. 1.

Pſittacus, Eois imitatrix ales ab Indis.

Ita recte poſt alios emendavit Nic. Heinſius. Virgilius Æneid. lib. 8. v. 685.

Hinc ope barbarica variisque Antonius armis
Ductor ab Auroraе populis & litore rubro
Aegyptum, viresque Orientis & ultima ſecum
Bactra trahit.

Ita emendat Marklandus ad Stat. lib. 2. Sylv. 6. 3. pro *Victor*, an recte dubito. *Victor* enim Antonius a Poëta conmode vocari, nec ſine accumine, videtur, qui talem ſe haberi volebat. Vellejus Paterculus lib. 2. 8. *Fugam ſuam, quia vivus exierat, victoriam vocabat.* Florus lib. 4. cap. x. §. 10. *Ibi incredibili quadam mentis vecordia ferocior aliquanto factus eſt: quaſi viciſſet, qui evaſerat*, ibi Dukerum vide. Saepe quoque eleganter omitti *quaſi* obſervari poteſt ex. gr. apud Virgil. Æn. lib. 2. 66.

Namque ut conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit.

Ubi Servius: *quaſi turbatus.* Praeter Hieronymum autem praepoſitione *de* ita uſus Statius lib. 2. Sylv. 5. v. 28.

Inter tot Scythicas, Libycasque & litore Rheni
Et Pharia de gente feras.

Terentius Eunuch. 1. 2. 85. dixit *ex Æthiopia ancillulam*, quod honeſtius eſſe quam *Æthopiſſam* putat Donatus. De ipſa Atalanta Viros Doctos ab Interpretibus laudatos conferre operae erit.

154. Μειλανίωνος. Vera haec eſt ſcriptura, obvia & apud Nonnum lib. 30. p. 782. l. 19. idque docet *Milanionis* nomen apud Propert. 1. 1. 9. Perperam Μιναλίων exſtat apud Palaeph. cap. 14. ſicut apud alios Μειλίων, niſi Μειναλίων Poëticum velis, quod tamen etiam uſurpavit Scholiaſtes Eurip. l. c. a Pe-

a Perizonio ad Ælian. V. H. 13. 1. adductus, ubi triplicis ſcripturae exemplum habes, nam praeter Μεναλίων occurrit Μεναλίων & Μιναλίων.

157. Πείθει γὰρ σὺ, φίλη μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς. Scilicet id ſedulo agunt amatores, ut difficiles ſibi & crudeles puellas Veneri ejusque filio inviſas omni modo dilectis perſuadeant. Conſule omnino Nonnum Dionyſ. lib. 42. p. 1100. l. 22. & ſeqq. Achill. Tatium lib. 5. p. 305. Ariſtaen. 1. ep. 27. p. 180. ὁ γὰρ ἐμὲ γελᾷς ἡ καλὴ, ἀλλὰ τὸν Ἔρωτα παίζεις. ἐλπὶς ἄρα τὸ τοξότην ἐκεῖνον τοσοῦτον ἐπαφεῖναί σοι βέλος, ἵνα τούτων προκαλινδυμένη τῶν ποδῶν ἱκετεύεις ἐμὲ τὸ σὸν ἀνέσασθαι πάθος. Ælianus Calycae apud eundem lib. 2. ep. 1. p. 194. οἶδα γὰρ ὅσον ἔρως ἀντιφερτεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ. qui locus ſatis ſuperque refutat Pavonidem elumbi conjectura depravantem hunc Scriptorem lib. 1. ep. 10. p. 64. ubi queritur Acontius: τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον; ὁπότε γὰρ φασὶ τὸ θεὸν ἐπὶ πάσαις μοὶ ἁμαρτίαις κινεῖσθαι δεινῶς· μᾶλλον γὰρ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. Hic enim rogat Vir Cl. an non convenientius de Virginum praeſide legeretur μ. δ. τοὺς ἀμελοῦσας τῶν ὅρκων. Sed ne jam eo recurram, ut, de quo ad v. 327. plura monui, maſculinum genus pro faeminino poni contendam, non raro genere maſculino efferuntur, quae potius ad femininum referenda viderentur, ut apud Ovidium Metam. lib. 2. v. 436.

Illa quidem pugnat: Sed quae ſuperare puella,
Quisve Jovem poterat?

An & hic emendandum *Quaeve J. p.*? Sed turbas omnes facile conponet Virgilius Æneid. lib. 6. v. 442.

Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylva tegit.

Et tamen, Servio notante, in sequentibus faeminarum tantum ponit exempla. Sed vide cap. 16.

159. Παεφπλάγξας ἐνὶ μύθοις. Eodem modo locutus Alciphron lib. 1. ep. 34. ἀμυνῶμαι γὰρ αὐτὰς οὐ ἐν σκώμμασιν οὐδ' ἐν βλασφημίαις, ἀλλ' ἐν οἷς μάλιστα ἀνιάσονται. Jacobus ep. cap. 3. v. 9. de lingua: ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους. Lucas Euang. cap. 23. v. 9. Ita in aliis locutionibus plurimis abundat haec praepositio. Homerus Iliad. Σ. 135.

Περὶ γ' ἐμὲ δεῦρ' ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδηαι.

Ita v. 190. &c. alia dabit Munckerus ad Anton. Liber. cap. 23. & P. Moll. ad Long. Past. I. p. 36. quem nec Musaei locus fugit. Nec raro Latinorum *in* simili modo adhibetur. Sidonius Carm. X. 9.

Tum Divum, quicunque aderat terrore remoto
Quo quis pollebat lusit in officio.

& v. 15.

Alcides clava, Mavors tum lusit in hasta.

Lactantius de Mort. Pers. cap. 39. *Spadones in tormentis necat.* Hieronymus in interpretatione Judithae cap. 2. 16. *Omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii.* Vide an hinc defendi possit Statius lib. 4. Sylv. 9. v. 42.

Ollares rogo non licebit uvas,
Cumano patinas in orbe tortas,
Aut unam dare syntheſin (quid horres?)

Ubi Cel. Marklandus legit *vel o. t. In tempore* Valer. Flacc. lib. 2. v. 144. V. Burmannus. Justinus praef. §. 6. Statius praef. lib. 1. Sylv. *quaedam & in singulis diebus effusa.* ita optime Marklandus ex vetustis

stis editis in Addend. Interpres Judithae cap. 2. 17. *Et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis.*

CAPUT XV.

Oculi dejecti signa pudoris. Modestae virgines ad nuptiarum nomen horrescunt. Cervicem dilectarum intueri solent amatores... Nonni interpres reprehensus aliquoties. Ἐπὶ κάλλυθοι *& similia. Inepta Croji emendatio in Aulo Gellio rejecta.* Εἰς *cum quarto casu positum pro* ἐν. *Sine parentum consensu matrimonia inire vetitum. Alciphronis locus contra Bergleruni vindicatus.* Εἰς τινὰ τῷ καιρῷ *pro* εἰς τινὰ καιρὸν. Ἐν *pro* εἰς *ab Homero aliisque recte adhibitum contra Grammaticos docetur. Puerilis Gujeti in Hesiodo conjectura explosa. Praepositionis in promiscuus usus. Emendatus Boëthius. Defensus Lactantii locus contra Tollium. Tentati Florus & Valerius Flaccus. In cum casu sexto pro quarto recentioribus usitatius. Lactantius defensus contra P. Bauldri, Justinus contra Gronovium, Propertius contra Gebaverum. Flavi fluvii, flava unda, ob flaventem arenam. Rejecti Acron & Servius. Tentatus Acron. Ubi & ibi pro quo & vicissim.* Εἰπὲ ὅ, μὴ κρύψῃς *& similia.*

160. Ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπήν. Oculi enim dejecti signa sunt pudoris. V. Achilles Tatius lib. 6. p. 371. lib. 8. p. 467. Longus Past. lib. 4. p. 124. Boëthius de Cons. Phil. 1. 1. *His ille chorus increpitus dejecit humi moestior vultum confessusque rubore verecundiam, limen tristis excessit.*

161. Αἰδοῖ ἐρυθιόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειήν. Modestae enim virgines nuptiarum nomen horrescunt, saltem horrere se fingunt. Unde Petronius cap. 26. de propudiosissima meretrice Quartilla: *Sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem tristis expaverat nuptiarum nomen.* consule Cl. Burmannum. Aristaen. lib. 1. ep. x. p. 60. de Cydippe: ἔτι διεξιούσης τὸν ἄρκτον, εἰ μὴ ἀκούσιόν τε καὶ νόθον,

τὸν ἐρωτικὸν λόγον ἀπέρριψεν αἰδυμένη· καὶ ἡμίφωνον καταλέλοιπε λέξιν ἢ ἐπ' ἐχάτῳ κειμένην. ἅτε διαμνημονεύσασαν γάμον· ὃν σεμνὴ παρθένος κἂν ἑτέρᾳ λέγοιτο, ἡρυθρίασε. Ovidius lib. 4. Met. 329.

Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notavit
Neſcia quid ſit Amor; ſed & erubuiſſe decebat.

171. Οὐ κάμεν εἰσορόων ἀπαλόχροον ἀυχένα κούρης. In hanc ſententiam Nonnus lib. 7. p. 216. l. 21.

Ἀσπιδέος σκοπιάζεν ἐλεύθερον ἀυχένα κούρης.

Ita lib. 15. p. 426. l. 10. lib. 16. p. 438. l. 23. lib. 34. p. 854. l. 28.

Ὄμματα μὴ σκοπιάζε καὶ ἀργυφον ἀυχένα Βάκχης.
Oculos non introſpice & argenteam cervicem Bacchae.

Ita vertunt pueriliter, cum deberent *ſplendidam*, quem errorem aliis locis plurimis conmiſerunt. ita lib. 38. p. 972. l. 21.

Ἀργυφέων ἔυκυκλος ἴτυς φοινίσσετο μαζῶν.

Niſi legendum quis putet Ἀργυρέων oppoſitione non invenuſta. Sed & lib. 47. p. 1208. l. 16.

Ἄργυφα τοξφόροντο παρηΐα.

Ubi idem error, ſicut & lib. 40. p. 1022. l. 20. & aliis locis, nam *argenteum* pro ſplendido cepiſſe vix crederem.

175. Τίς σε πολυπλανέων ἐπέων ἐδίδαξε κελεύθους· ἐπέων κελεύθους eleganter dixit Poëta. Solent enim voces & locutiones deſumtas a curſu & via tranferre ad orationem. Homerus Iliad. τ. 186.

Ἐν μοιρῇ γὰρ πάντα δίκαιος, καὶ κατέλεξας.

Herodotus lib. 1. cap. 5. & 24. Lycophr. Caſſ. v. 10.

διεί-

διοίχνει δυσφάτους αἰνιγμάτων
Οἴμας τυλίσσων, ἧπερ ἐυμαθὴς τείβος
Ὀρθῇ κελεύθῳ τὰν σκότῳ παθηγετεῖ.

Ubi Tzetzes Διοίχνει] πορεύει, διέρχει. τροπικὴ ἡ λέξις. ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ νόει. & Οἴμας τ] ἀνερμηνεύτων καὶ ταύτα τροπικῶς. οἶμος ἡ ὁδὸς λέγεται ἢ ἑρμηνεὺς τῶν λόγων ἢ τῶν Καισάνδρας, ἢ οἴμας τὰς ὠδάς. οἶμος γὰρ ἡ ὁδὸς, οἴμη ἡ ὠδή. Ultima recte caſtigavit Spanhemius ad Callim. H. in Jov. v. 78. Confer hic Potterum. Auctor vitae Homeri p. 315. Achill. Tat. 8. p. 471. Ariſtaen. 1. 24. Nonnus lib. 48. p. 1272. l. 18. Plautus Milit. Glor. 4. 4. 29.

PA. *Ordine is:*
Niſi modo unum hoc: baſce eſſe aedis dicas dotalis tuas.

Ita recte reſtituerunt viri Docti. Virgilius Ciri v. 270.

Dicendum eſt, fruſtra circumvehor omnia verbis.

Georg. 2. 174.

Tibi res antiquae laudis & artis
Ingredior.

Georg. 3. 285.

Singula dum capti circumvectamur amore.

Æneid. 6. 868.

Tum pater Anchiſes, lacrimis ingreſſus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quaere tuorum.

Statius Sylv. 3. 3. 149. Ennodius lib. 1. ep. 1. ex emendatione Gronovii Diatr. Stat. cap. 29. p. 188. *Dum ſalum curris verbis in ſtatione compoſitis, & incerta liquentis elementi placida oratione deſcribis;*

dum ſermonum cymbam inter loquelae ſcopulos rector diligens frenas & curſum artificem fabricatus trutinator expendis. Rosweytha praef. ad Oddon. II. v. 33. p. 711.

Digneris tamen & propriae Monialis
Tranſcurrens ſeriem nunc lectitare recentem.

Ita verbo *tranſire* uſus Aulus Gellius lib. 20. N. A. cap. XI. *Ego vero, quum illud Heracliti Epheſii viri ſumme nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita eſt;* Πολυμαθίη νόον ἔ διδάσκει *ipſe quidem volvendis tranſeundisque multis admodum voluminibus, per omnia ſemper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potui, exercitus defeſſusque ſum.* ita hunc locum ex MS. emendaſſe Cl. Salmaſium, favente Diogene Laërtio, qui haec verba ab Heraclito prolata teſtatur, monet Joan. Crojus Obſerv. in Nov. Teſtam. cap. 4. p. 31, 32. ipſe tamen ſatis pro imperio tolli jubet in Gellio negationem, ut quod negavit, Heraclitus, adfirmet Gellius, *quo enim aliter teſtaretur ſe in variorum librorum plurimum temporis impediſſe?* Sed manifeſte ratio fugit Virum alias non indoctum, ut mitiſſime dicam, perverſe admodum Gellium intelligentem, cujus haec mens: Graecos ſine diſcrimine & delectu tantum copiam ſecutos multa congeſſiſſe, ſe vero utpote memorem dicti Heraclitī, quod profecto ita erat, in legendis multis quidem voluminibus totum fuiſſe, ſic tamen ut modica tantum & utilia inde acciperet, *quae aut ingenia promta expeditaque ad honeſtae eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem celeri facilique compendio ducerent, aut homines aliis jam vitae negotiis occupatos a turpi certe agreſtique rerum atque verborum imperitia vindicarent.* Non videtur inſpexiſſe Crojus auctorem cum haec ſcriberet, certe ne librum indicat, incredibile alioqui tam

tam turpiter se dare potuisse; & tamen hic Heinsio at quanto viro! ob longe minores errores tam barbaro modo insultat.

180. Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν. Horum enim sine consensu matrimonia contrahere apud Veteres vetitum. Ovidius Metam. 4. v. 60.

Tempore crevit amor, taedae quoque jure coissent;
Sed vetuere patres.

Vid. quae notarunt Feythius Antiq. Homer. l. 13. p. 163, 164. Potterus Archaeol. Graec. 4. xi. p. 603. qui nec Musaei locum omiserunt, idemque patet ex Genes. cap. 24. v. 50. Quantopere haec distent a moribus hodiernis Hispanorum patet ex Itinerario D'Aunoy cap. 15. p. 201. ed. Belg.

181. Ἐμὴν ἐς πατρίδα μίμνειν. Pro ὃν πατρίδι. locutio haec apud Graecos usitatissima. ita enim Orpheus Argon. v. 475. Herod. lib. 1. cap. 9. 14. & 70. Theocr. 17: 50. Alciphr. 3. 43. Matth. 2: 23. Luc. 21: 37. Achill. Tat. 1. p. 3. lib. 3. p. 157. lib. 6. p. 375. Nonnus lib. 3. p. 94. l. 31. Scholiastes Musaei ad v. 71. ita in Inscript. Berenic. post alios edita a Cl. Wesselingio Diatr. de Jud. Archont. p. 7. Vide an hinc non defendi queat vulgata Alciphronis lectio lib. 1. ep. 24. p. 98. Μὴ δῆτα πατρίδης ἀγαθοὺς γείτονας εἰς ξενὸν ἐν καιρῷ φθειρομένους. *Ne vero committas, ut incuria tua boni vicini in angustias coacti pereant.* quemadmodum jam suspicatus est Acutissimus Berglerus, quem fateri non satis se videre, quid hic sibi velit ἐν καιρῷ, equidem miror, cum certissimum sit idem esse, quod εἰς ξενὸν καιρὸν, quemadmodum Thucydides saepe dixit ἐν πλείσου ἐν χρόνῳ, aliique multi. Consulenda omnino quae in hanc rem observavit Vir harum literarum longe peritissimus Tib. Hemsterhuisius ad Lucian. Dialog. p. 102, 103. ipse Alciphron lib. 3. ep. 56.

p. 416. ἡ ἀνάγκη σὲ γυμνὸν τῆς οἰκίας θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκβληθέντα ἐκπεσεῖν. pro quo Demosthenes ἐν σεινῷ. sicut autem Alciphron εἰς σεινὸν τ. κ. dixit; ita Aristaenetus lib. 2. ep. 1. p. 194. δίδυ ταῖς σοῖς ὀπωρῶν ἐς τὴν ὥραν τρυγᾶν. Contrario autem modo praepositionem ἐν pro εἰς adhibet saepissime Homerus, ut Iliad. M. v. 23.

Κάππεσον ἐν πονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.

Ita Iliad. Λ. 425. 742. Ξ. 452. Ω. 593.

Κάππεσον ἐν Λήμνῳ.

Antonimus Liber. fab. 4. Orpheus Argon. v. 172. Nonnus lib. 22. p. 598. l. 18. & quicquid est bonorum Scriptorum. Adeo tamen haec loquendi ratio ineptam Grammaticorum, Poëtis plerumque iniquissimorum Judicum, censuram effugere non potuit, ut inter soloecismos referre eam non dubitaverit Auctor περὶ Σολοικίας nuper editus a Cel. Valckenaerio p. 202. neque Hesiodi versus 189. in Theogonia:

Κάββαλ' ἐπ' Ἠπείροιο πολυκλύσῳ ἐνὶ πόντῳ.

Liberari potuit a vana Franc. Gujeti correctione; qua reponit πολύκλυσον ἐνὶ πόντον nimia corrigendi prurigine laborans criticus Sed Graeci Poëtae saltem graece loqui deberent, neque eo audaciae procedendum, ut pueris ridendos errores ipsis inpingeremus. Quis enim unquam praepositionem ἐν cum quarto casu construxit? Et tamen id antiquissimi aevi Poëtae hic obtrudit acutissimus Criticus; reliquos alto supercilio despiciens ut plurimum. Si quis famae Gujeti consulere velit, culpam necesse est inpingat typographorum nationi conviciis audiendis adsuetae, qui ἐνὶ pro ἐπὶ dederunt, quamvis ego nimis praecipiti viri hujus calori verius haec deberi putem. Eodem modo Latini praepo-

posi-

positione *in* utuntur, ubi quartus casus usitatior, construentes cum sexto, & vicissim. Scholiastes in Arati Phaenomena: *Piscis magnus dicitur in astra collocatus, eo quod decidens in Boeth stagno Aphacitidis filia Veneris in piscem sit transfigurata, quam Syri Deam nominaverunt.* Ita recte locum emendavit post Seldenum Bochartus Chan. lib. 2. 14. p 749. Fulgentius Myth. lib. 2. 4. p. 70. *Abscisae ergo vires temporis ---- atque in humoribus velut in mari projectae.* ita legendum cum MS Leid. & edd. vett. non *mare.* V. Muuckerum. ita cap. 1. p. 66. *Beatus vir, qui non abiit in consilio inpiorum.* ita & interpres vulgatus monente eodem. Dictys Cretensis de B. T. lib. 1. p. 11. *omnes qui aderant in voluntate ejus traduxit.* Servius ad Virg. Æneid. 3 171. *excepta piscatorum retibus in vita reducta est.* ubi in aliis editionibus *invita* perperam scribitur. Boëthius de Cons. Phil. lib. 2. cap. 1. *Sed, ut arbitror, haud multum tibi haec in memoria revocare laboraverim.* ita diserte scribitur in CD'O. cum in reliquis omnibus editt. & MSS. *memoriam.* Optime. Lactantius de Mort. Pers. cap. 21. *Lecta ossa & in pulverem comminuta jactabantur in flumine ac mari.* ita legendum puto non *mare*, quod nimis cascum videtur. Pessime autem cum plurimis Tollius emendat *in flumina aut mare*, dupliciter peccans. Non enim *ac* loco movendum, ut multis aliquando ostendam. Nec altera locutio sollicitanda, de qua Columbus consuli potest, qui dubitanter tamen pronunciat, cum, mea quidem sententia, nihil certius. Florus lib. 2. cap. 12. §. 11. *Quum in conspectu veniisset hostis.* ita lego cum Ryck. Reg. F. & Ald. non *conspectum*, quamvis video inprobare Doct. Dukerum. Virgilius Æneid. 6: 339.

Exciderat puppi mediis effusus in undis.

Valerius Flaccus lib. 2. v. 26. Ut

Ut memorant, prenſum ipſe comis Neptunus in alto
Abſtulerat.

Ita legendum forte pro *in altum* ex Codice Carrionis, quamvis Heinſii membranae diſſentiant. Plura hanc in rem notavit Doct. Voſſius de Conſtruct. cap. 65. & Cel. Cannegieter in Diſſ. de Aviano cap. 19. nec non Munckerus in Diſſert. Hygino praefixa pag. 9. ubi cum Heraldo ad Arnob. lib. 1. cenſet vetuſtioribus ſcriptoribus haec minus uſurpata quam recentioribus, a quo diſcedit Cl. Cannegieter l. c. ratus, quanto quisque vetuſtior eſt Linguae, atque elegantior auctor, tanto frequentius promiſcue duplicem hunc caſum ab eo poſitum reperiri. Ego Munckeri ſententiam veriorem puto; nam ſi diſcedas a Plauto & ſimilibus antiquioribus, apud aureae aetatis ſcriptores parcius haec offendes, quam apud recentiores, ex quibus Mythologici ſcriptores a Munckero editi exemplorum ingentem numerum ſufficere poterunt. Minime tamen apud alios haec occurrere, vel reprobanda cenſeo. Contra autem *in* cum quarto caſu, ubi uſitatior ſextus, uſurpavit Boethius Conſ. Fid. p. 294. *quia multis infectus criminibus jacebat in mortem.* Lactantius de Mort. Perſ. cap. 19. *Protraxit a tergo Dajam, Conſtantino repulſo, & exutum veſtem privatam conſtituit in medium.* Non debuerat hunc locum P. Bauldri legendo *in medio*, ſatis pueriliter, depravare. Juſtinus lib. 1. 9. §. 14. *in femur graviter vulneratus occubuit.* id quia MSS. omnes habent obſecutus Gronovio non mutarem in *femur*. Propertius lib. 2. 7. 50.

Et dominum lavit moerens captiva cruentum
Appoſitum flavis in Simoenta vadis.

Quam

Quam lectionem interpres Eruditus contra Gujetum & Heinſium recte defendit. Hic tamen conjecturam Gujeti, quamvis in notis p. 686. probatam, repudiat Adverſ. lib. 2. cap. 5. p. 241. Hoc autem verſu Georg. Chriſt. Gebauerus, ut diſcimus ex Act. Lipſ. A. MDCCXXXIII. Menſ. Aug. p. 382. reponit *fulvis*, ab arenarum fulvo colore, ut putat Vir Eruditus in Obſ. Miſc. Vol. III. p. 438. Nec multum abludit a voce *fluviis*, ex quo *flavis* poſt alios fabricavit Broekhuſius. Hoc tamen malo omnino. Fluviorum enim epitheton proprium id eſſe nemo paulo humanior neſcit, idque recte obſervavit Broekhuſius. ſic & Albinovanus Et. ad Liviam v. 221.

Ipſe pater flavis Tiberinus inhorruit undis,
Suſtulit & medio nubilus amne caput.

Ita *flavum littus* Ovid. lib. 15. Metam.

Templa parentis init flavum tangentia litus.

Virgilius Georg. lib. 3. v. 350.

Turbidus & torquens flaventis Hiſter arenas.

Idem de Tiberino lib. 7. 31.

Et multa flavus arena.

Ubi Servius proprium hoc eſſe epitheton notat. Acron in Horatio Carm. lib. 1. Od. 8. v. 8.

Cur timet flavum Tiberim tangere?

flavum explicat *inundatione turbidum*, adducto hoc Virgilii loco. an voluit *inmundatione*? ita certe MS. Franeq. Servius ad Virgil. 8. 32.

Populeas inter ſenior ſe attollere frondes
Viſus.

No-

Notans: *Atqui ubique eum* flavum *dixit: ſed* senior *aut propter ſpumas dictum eſt: aut ad reverentiam pertinet.* videtur putaſſe *flavum* epitheton eſſe juvenum florenti aetate, quod ipſum Doctis perſuadere poſſe hactenus dubito. Sed tandem in viam. Refer ad locutiones memoratas uſum ſ *ubi*, & *ibi*, quo adhibentur pro *quo*, & viciſſim Caſſiodorus lib. 1. ep. 45. *Ut te notum in illa parte mundi facias, ubi aliter pervenire non poteras.* Boëthius Conf. Fid. p. 294. *ibique miſſi Prophetae & alii Sancti viri.* V. Munckerus ad Hygin. fab. 15. Roſweytha v. 151. p. 714.

Ni ſua ſpernendo forſan regalia juſſa
Illic pugnaret, quo Rex idem prohiberet.

Ita v. 650. p. 723.

Hic modo ſublimem gaudens captaret honorem,
Quo prius ingentem fuerat perpeſſa dolorem.

184. Ἔργον κ. τ. λ. Aperta imitatio Nonni lib. 42. p. 1096. l. 31.

Ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι, νυκτὶ δοκεύει.

185. Εἰπὲ ἴ, μὴ κρύψῃς. Non otioſa haec repetitio, ſed venuſta plane, nec quidquam minus quam Ταυτολογίαν ſapit. plane eodem modo locutus Nonnus lib. 8. p. 236. l. 14.

Εἰπὲ δέ μοι, μὴ κεύπτε τεῆς συλήτορα μίτρης.

Lib. X. p. 280. l. 16.

Εἰπὲ Φίλος, μὴ κρύπτε τεὸν γένος.

Nec non p. 286. l. 28. ita alii plures ſimiles ejusdem ſignificatus voces venuſte ſociant. Herodo-

tus

tus lib. 1. cap. 9. Θάρσει τύγη· ἢ μὴ φοβεῦ. apud eundem Pythia cap. 47.

Καὶ κωφῷ συνίημι, ἢ δ' φωνεῦντος ἀκούω.
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.

Aristophanes Plut. v. 494.

Ἦν γὰρ ὁ Πλοῦτος νυνὶ βλέψῃ, ἢ μὴ τυφλὸς ὢν πέλοιμ' ἄν.

Ubi Scholiastes: τὸ ἢ βλέψῃ κ. μ. τ. ω. π. δῆλος ἐκ τοῦ μὴ τυφλὸς ταυτὸν σημαίνον. ita legit Doctiss. Hemsterhuis, vel δῆλον — σημαίνειν, pro δῆλοι — σημαίνειν. Hesiodus Θεογ. v. 551.

Γνῶ ῥ' ἀδ' ἠγνοίησε δόλον.

Sacer scriptor Judic. cap. 5. v. 3. Ἀκούσατε βασιλεῖς ἢ ἐνωτίσασθε σατράπαι. Ita saepe. Lucas Euang. cap. 1. v. 20. Καὶ ἰδὺ, ἔσῃ σιωπῶν, ἢ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι. Consuli merentur quae Doctiss. L. Bos in Exerc. Philol. ad h. l. contra Theophylactum, Grotium aliosque observavit, qui perperam ἔσῃ σιωπῶν ταυτολογίας vitandae ergo exponebant *surdus fies.*

CAPUT XVI.

Musaeus ob inconstantiam reprehensus, quemadmodum & Orpheus. Jason nave aedificata primus mare tentasse a Poëtis vulgo statuitur. Valerius Flaccus ob inconstantiam, cum Orpheo notatus, semel defensus contra Scaligerum. Emendatio Eschenbachii in Orpheo repudiata. Praepositionum ἐν & in frequentissima ellipsis. Suppletus Servius. Arator contra Withofium semel, Statius contra Heinsium, Marclandum &c bis defensi. Emendatus Orpheus, notatus, & vindicatus. Callichori & Parthenii fluminum distincta nomina apud Orpheum uni tributa. Reprehensus Stephanus Byzantinus & Nonnus, qui Lycurgum modo Dryante, modo Marte creatum prodit,

dit. Longus rejectis Jungermanni & P. Moll conjecturis bis emaculatus, & ab inconstantiae crimine cum Achille Tatio absolutus. Virgilius inconstantiae in descriptione inferni accusatus. Mariti non videntur sortiti loca, quae meruerant uxores. Sichaeo non recte juncta Dido in lugentibus campis, in quibus inmerito etiam Caeneus & Eriphyla ponuntur. Ixionis diversae poenae rotae, filicis inminentis & anguium memorantur a Virgilio. Defensus locus Virgilii. Tentatus Servius. Torti orbes. Valerius Flaccus reprehensus. Argonautae primo navigationis tempore tempestate jactati fuisse non videntur. Statius expositus contra Marklandi sententiam. Juncta luna non triplicata. Duas noctes Herculis generationi inpensas pauci tradunt cum Statio, qui alibi tamen trium meminit. Talis inconstantiae varia exempla. Aurorae ab Ausonio & Virgilio bigae & quadrigae datae. Tentatus Virgilius. Nocti modo bigas, modo quadrigas sine respectu hiemis & aestatis dari contra Broekhusium observatum. Diana modo uno cervo, modo bigis, modo quadrigis vecta. Notatus Buanarrotus aliaque. Auctor Confessionis Fidei plurimis locis reprehensus & refutatus. Alia inconstantiae auctorum exempla plurima. Propertius forte defensus. Hieronymi locus contra Phaletranum adsertus. Dictys Cretensis emendatione ab inconstantia absolutus.

191. Οὐδὲ μοι ἔγγυς ἔασιν ὁμήλικες, οὐδὲ χορεῖαι Ἡϊθέων παρέασιν. Atqui supra v. 33. ipse Musaeus de puella adfirmat:

Σωφροσύνη ἣ ἦν αἰδοῖ
Οὐδέποτ' ἀγρομένῃσι μεθωμιλήσε γυναιξὶν,
Οὐδὲ χορὸν χαρίεντα μετήλυθεν ἥλικος ἥβης,
Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων.

Haec non optime cohaerent. Consultum certe magis modestiae & pudicitiae Heronis putarem, si ipsa scena mutata rationes v. 33. ab ipso Poëta adlegatas memoraret Leandro, ipse vero Musaeus v. 33. caussam societatis cum aequalibus vitatae candide & aperte panderet, vel potius utroque loco sibi constaret. Non tamen nimis hoc nomine exa-

exagitandum putem elegantiſſimum vatem, cum Poëtis, Hiſtoricis, aliisque talia aliquando exciderunt, ad quae inveſtiganda & adtentione & judicio opus eſt, quia difficulter talia animadvertuntur, nec raro inmeritis talia inpingi poſſunt. Optimo tamen jure in hanc claſſem refero Vetuſtum Argonauticorum, Scriptorem, qui ſub Orphei nomine circumfertur, quando v. 66 diſerte canit Minervam primam navem fuiſſe fabricatam:

Καὶ οἱ Φηγινέην πρῶτον τεκτήνατο νῆα,
Ἣ ῥ' ὑπ' εἰλατίνοις ἐρετμοῖς ἁλιμυρέα βένθη
Πρώτη ὑπεξεπέρησε, τεΐβας δ' ἤνυσε θαλάσσης.

Et tamen v. 1291. canit de nave Argo:

Κέρκυρην ζαθέην ἐξίκετο, ἣ σφιν ἔναιον
Γδερίες εἰρεσίης καὶ ἁλιπλάγκτοιο πορείης
Φαίηκες.

Phaeaces igitur maria navigare jam ante norant, cum ab Argonautis nunquam viſis diſcere non potuerunt. Jaſonem primam navem longam aedificaſſe, quod monet Apollonii Rhodii Scholiaſtes a quibusdam ſtatui, quod & ex Plinio lib. 7. cap. 56. manifeſtum, inquies, Phaeacas autem magis litora legiſſe, neque alto ſe credere fuiſſe auſos adhuc. Fateor non credibile eſſe, primam navem a Jaſone ante phaſelos, rates, imo naves alias fuiſſe fabricatam, quaeque multa a multis dicta, cum nobis ſufficit alios plures, quemadmodum Eratoſthenes Cataſt. cap. 35. πρώτη γὰρ αὐτὴ ναῦς κατεσκευάσθη, καὶ ἀρχῆθεν ἐτετονήθη. Φωνήεσσα δὲ γενομένη, πρώτη τὸ πέλαγος διῆλεν ἄβατον ὄν. de quo conferri poteſt Munckerus ad Hyginum p. 49. ſtatuere primam navem ab Jaſone in mare fuiſſe deductam, quam opinionem, quod nemo neſcit, ſecuti Poëtae, ex. gr. Valerius Flaccus lib. 1. v. 1.

Prima Deum magnis canimus freta pervia natis.

Et v. 196. ubi Jaſon Neptunum placare ſtudens ita loquitur:

Da veniam. ſcio me cunctis e gentibus unum
Inlicitas tentare vias, hiememque mereri.

Qui tamen lib. 2. v. 108.

Dux Lemni, puppes tenui contexere canna
Auſus, & inducto cratem defendere tergo,
Laeta mari tum ſigna refert: plenasque movebat
Armentis nuribusque rates.

Utinam haec Summus Burmannus, quod promiſerat ad v. 1. conciliaſſet, neque enim, ſi jam rates potius, quam naves fuerunt, ut cenſet Vir Clariſſimus, penitus convenient haec cum eo, quod dicit *ſe unum e cunctis gentibus* mare tentare. Quod vero Julius Caeſar Scaliger lib. 6. de Poëtica Flacco objicit v. 642. ubi ita Neptunus:

Hanc mihi Pallas,
Et Soror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu
Abſtulerint: veniant Phariae Tyriaeque carinae,
Permiſſumque putent. quoties mox rapta videbo
Vela Notis plenasque malis clamoribus undas?

In eo inique agit, cum clariſſimum in modum patet vaticinantem hic introduci maris Deum, quod vel caeco patet, & recte obſervatum Burmanno, nam quod primo conjectat concedi poſſe ante Argo verſus Occidentem & oras Africae & Hiſpaniae curſum inſtituiſſe *Tyrias & Pharias carinas*, ſed minimo auſas fuiſſe Bosporum & Euxinum peragrare, non placet, cum evidenter pateat eum ſermonem tribui Neptuno, quo de mari tunc primum aperto loquatur, ob quam rationem alias naves Argonautis in Ponto Euxino non nimis adcurate obvias

vias quoque fingere mihi videtur Poëta, quemadmodum hic Phaecas navigationis peritos Orpheus. Idem hic quoque v. 1297. classem Aeëtae ipsos insecutam memorat, quemadmodum & Valerius Flaccus lib. 8. v. 259.

Quis novus inceptos timor impediit hymenaeos?
Turbavitque toros, & sacra calentia rupit?
Absyrtus subita praeceps cum classe parentis
Advehitur.

Atqui ea tantillo tempore aedificari non potuit. Conferri possunt notata Eschenbachio, qui tamen non vidit haud firmius cohaerere responsum Orphei Jasoni, ipsum itineris comes sociusque ut esset, roganti, datum, ubi hanc caussam interserit v. 98.

Ἤδη γάρ μοι ἄλις καμάτων, ἄλις ἔπλετο μόχθων,
Ὧν ἱκόμην ἐπὶ γαῖαν ἀπείρεσιον ἠδὲ πόλησς,
Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων.

At quo modo Orpheus iter adeo longinquum & difficile, quo maria vasta & flumina sonora ipsi superanda, nullo usus navigio conficere potuerit me cum ignarissimis scire candide fateor, nisi arte aliqua nobis ignota, vel Triptolemi curru, vel Daedali alis vectus fuerit. Interea invictum hoc argumentum, quo antiquitas hujus Poëtae, ipsum se Argonautam fingentis, destruitur, talis enim si fuisset ipsum tam turpiter a veritate potuisse aberrare quis sanus credet? Ceterum v. 100.

Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων.

Eschenbachio emendanti Αἰγύπτου Λιβύης τε βροτοῖς ne auscultem facit ipse Poëta v. 77. ubi dicit.

Βισσονίῃ κινόντεσσι πολυῤῥήνοισιν ἀνάσσων.

Pro quo praepositione addita v. 129.

Ὃς Δολόπεσσιν ἄνασσεν ἐνὶ Φθίῃ ἐριβώλῳ.

Nihil tritius hac praepositionis ἐν ellipsi. Homerus Iliad. P. 36.

Χηράσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο.

Iliad. Π. 151.

Βοσκομένην λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο.

Ælianus Var. Hist. 3. 12. ἀλλ' ἑτέροις ἐλυσιτέλησε τῇ Σπάρτῃ καταμεῖναι. id Kuhnius retinendum putat, cum Faber corrigit ἐν τῇ Σπάρτῃ. Sed obnititur Vir Eruditus in Obs. Misc. Vol. III. p. 89. neque admodum ego defendam. vide quae observat Eruditissimus Xenophontis Ephesii Interpres ibid. p. 419. Poëtis talia magis in deliciis. Ita Latinis praepositionis *in* usitatissima ellipsis. Claudianus de R. P. 3. 114.

Jam non ulterius Phrygia tellure morabor.

v. 363.

Sic qui vecturam longinqua per aequora mercis
Molitur tellure ratem.

Virgilius Æneid. lib. 5. v. 730.

Gens dura atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.

Lib. 12: 546.

Hic tibi mortis erunt metae: domus alta sub Ida;
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.

Lib. 7: 779.

Quod litore currum
Et juvenem monstris pavidi effudere marinis.

Ita

Ita lib. 2. 33. Ecl. 8. 95, 97. ibi Servius. lib. 12. 343.

Quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia, paribusque ornaverat armis.

Ibi Servius: Lycia *autem pro* in Lycia, *ut* non Lybiae. scribe Non Lybiae, non ante Tyro despectus Jarbas. ex lib. 4. 36. ubi idem: *aut in Tyro, ac si diceret Tyri.* &c. quae nunc non discutio. lib. 4. 632.

Tum breviter Barcen nutricem adfata Sichaei,
Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Versum ultimum inmerito expunctum a Viro Docto in Obs. Misc. Vol. I. p. 13. auctori feliciter vindicavit Vir Eruditissimus in nota subjecta. Talia loca debuerant obstare quo minus Eruditissimus Withofius in Spec. Gunth. p. 157. in Aratore Act. Apost. 1. p. 246. pro

Ecclesiam terris colimus.

Legeret *in terris*, praecipue cum ipse Virgilius differte Æn. lib. 3. v. 147. dixerit:

Nox erat & terris animalia somnus habebat.

Debuissent & haec retinere Heinsium Advers. lib. 1. cap. 18. p. 188. ut & Marklandum, ne in Statio lib. 4. Sylv. 5. v. 12. pro

Non si mihi lumina mille
Quae facer alterna tantum statione tenebat
Argus.

Emendaret uterque *in statione*, neque enim de reliquis conjecturis sententiam ferre vacat. Fors & retineri posset locus Statii lib. 4. Sylv. 1. v. 40.

Restat Bactra novis, restat Babylona tributis
Frenari, nondum gremio Jovis Indica laurus.

Ubi Livinejus, Barthius, & Marklandus reponunt *in gremio*. Sed redeamus tandem ad Orpheum, quem nondum dimittendum puto. Canit hic v. 728.

Νῆα κατιθύνων ἐπὶ Παρθενίοιο ῥέεθρα,
Ὃν δὴ Καλλίχορόν μιν ἐπώνυμον οἱ καλέουσιν,
Ὃν τοι ἐγὼ μύθοισιν ἐπὶ φερτέροισιν ἔλεξα.

Lego μύθοισιν ἐνὶ φερτέροισιν. Consule dicta cap. 13. de hac locutione. Vides autem Poëtam hic memorare flumen Parthenium, cujus in superioribus mentionem se feciſſe hic monet. atqui evolve tota Argonautica, quod bis terve feci, nec quicquam reperies. Scrutentur acutiores an alicubi corruptum hoc nomen adhuc lateat. Meminit & hujus fluvii Valerius Flaccus lib. 5. 102.

Altius in ventos recipit ratis; ac fugit omne
Crobiali latus, & fatis tibi, Tiphy, negatum
Parthenium.

Ubi Voſſius rejicit ſententiam Nicolai Loënſis eundem fluvium ſtatuentis ac Callichorum, quia Valerius antea v. 74. diſtinguit:

Praeterit & feſta vulgatum nocte Lyaei
Callichoron: nec vana fides. his Bacchus in oris
Abluit Eoo rorantes ſanguine thyrſos.

Atque ita Scylax in deſcriptione Paphlagoniae ex conjectura Salmaſii & Iſ. Voſſii, ut adeo hic iterum errorem forte conmiſerit Orpheus, niſi alios ipſum ſecutum auctores velis. Neſcio vero unde hauſerit Stuckius ad Arrian. Peripl. p. 130. diverſam lectionem Καλλιρόον an e conjectura, an e vitioſis codi-

codicibus quod probabilius. certe eadem fere diversitas apud Valerium v. 75. Simili autem ratione memoria lapsus est Stephanus Byzantinus in V. Λακεδαίμων. ubi scribit: ἔστι ἡ ὄρχησις Λακωνικὴ, ὡς ἐν τῷ περὶ Μαντινείας εἰρήσεται. nam in V. Μαντίνεια ne verbum de ea re monet. Hunc tamen errorem homini, qui librum hunc in compendium redegit, adscribendum puto. Parum etiam sibi constat Nonnus lib. 28. p. 538. l. 31.

Ἔνθα τις Ἄρεος αἷμα μιαιφόνος ὤκεεν ἀνὴρ,
Ἤθεσι ῥιγεδανοῖσιν ἔχων μίμημα τοκῆος
Οἰνείης ἀμέθυσος ἀμεμφέας εἰς μόρον ἕλκων
Αἰνομανὴς Λυκόοργος.

Ubi Lycurgum Martis filium vocat, sicut & p. 540. l. 18.

Ἐννοσίῳ ἢ τοκῆϊ
Δαιτρεύων ἱέρευε.

Nec non p. 542. l. 13, & 31. p. 544. l. 5. ubi Junonis nepos vocatur. Vid. & p. 548. l. 4. p. 552. l. 8. Idem tamen p. 542. l. 4.

Ἀῤῥαβίης μεδέοντι Δρυαντιάδῃ Λυκούργῳ.

Ita lib. 21. v. 1. p. 564. l. 18. υἷα Δρύαντος vocat, quemadmodum Hyginus fab. 242. aliique. Sic & p. 544. l. 15. Venerem γνωτὴν δάμαρτα ipsius appellat, quae quomodo inter se conveniant non perspicio. Judicent Eruditi an huc referendus Elegantissimus Pastoralium Scriptor Longus, cum lib. 1. p. 17. de Daphnide & Chloe, dicit: τοῦτο μόνον ᾔδεσαν, ὅτι ἡ μὲν φίλημα, ἡ δὲ λοῦτρον ἀπώλεσεν. At vero in praecedentibus lotionis mentio expressa non exstat. Igitur auctor sibi obloquitur? minime. haec librariorum culpa, per quam integrum Scriptoris locum perditum esse merito querimur

non tamen difficulter eruendam, cum vestigia ejus deprehendimus p. 12. Καὶ ἐλθὼν ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον ⁊ νυμφῶν, τῇ μὲν ἔδωκε ⁊ τὸν χιτῶνα, ⁊ ἡ πήραν ..... ἐγένετο. Τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει: τί ποτέ με Χλόης ἐργάσεται φίλημα; χείλη μὲν ῥόδων ἀπαλώτερα κ. τ. λ. Lacunam hanc ut suppleant Jungermannus inserit ἐπεὶ ὃ μόνος ἐγένετο, P. Moll ⁊ πολλὰ φιλήματα ἐγένετο, quae vanae & ineptae conjecturae. Ubi enim quaeso in Jungermanni commento mentio osculi, quod a Chloe accepit Daphnis quodque in seqq. adeo praedicat? Quis vero patienter ferat hanc constructionem ⁊ πολλὰ φιλήματα ἐγένετο. Τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει. *multaque interceſſerunt oſcula. Talia apud ſe nugabatur*? Nemo puto, qui aure non plane est surda & jacenti. Cogitabam olim τῇ μὲν ἔδωκε ⁊ τὸν χιτῶνα ⁊ ἡ πήραν, ἣ ὃ αὐτῷ φίλημα· ἐπεὶ ὃ ἐλούσατο ⁊ μόνος ἐγένετο τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει *ei dedit tunicam & peram, ipſa vero ei oſculum: poſtquam vero abluit corpus & ſolus fuit.* singularem numerum vocis φίλημα probat auctor p. 17 l. 21. p. 12. l. 21, 23, 29. &c. Neque nunc repudio hanc conjecturam aliis certe longe praeferendam, cum lotionis & osculi necessaria hic mentio esse debeat, quae an paucioribus verbis fieri queat nondum perspicio. Non nimis tamen periculosae, quales pleraeque sine libris in locis lacuna laborantibus, conjecturae tribuo, libenter cum faciliori permutaturus. Jam si ponamus haec a manu Longi profecta, quam non dissimilem fuisse certo statuere licet, qua ratione cum his in concordiam rediges, quae reperiuntur lib. 2. p. 39. ⁊ ἀγάγοντες ὑπ' ἐπιθυμίας ἡμέρας τὰς ἀγέλας εἰς νομὴν, ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλους ἰδόντες, οὐ μήπω πρότερον ἐποίησαν, ⁊ περιέβαλον τὰς χεῖρας ἐπαλάξαντες? Vides diserte verbis eum adfirmare illos nunquam antea invicem se oscu-

oſculatos fuiſſe quod tamen ante ipſe de iis narravit? Non difficulter ſuccurri poteſt legendo ἰδόντες, καὶ, ὁ μ. π. ἐποίησαν, ἀλλέβαλλον τ. χ. π. *oſcula dederunt, alternatimque quod ante nunquam fecerant, in amplexus ruerunt.* ut reddidit Interpres jam olim, ſed referens ad utrumque. Dubitabis tamen, ſat ſcio, an ita ſcripſerit auctor, certe an vel ita defendi poſſit, cum tria haec amoris remedia oſculum, amplexus, & concubitum amoris ignaros docuerat Philetas p. 37. conlata & p. 38. ſed quid ſi ponamus oſcula jam ſumſiſſe Daphnidem a Chloë ſua Philetam ignoraſſe, & myſteriis his, quorum ſane rudiſſimi, eos plane nondum fuiſſe initiatos, & hinc tria illa remedia amantibus ſenem praeſcripſiſſe? ita tolletur omnis difficultas, & recte auctor ſibi conſtabit. Elige, quod videbitur Lector, ego vera me dixiſſe perſuaſus ſum, praecipue cum & lib. 1. p. 19. l. 20. adfirmat: ἐυπρεπῶς ὑὸ διὰ τ᾽ σύριγγος τ᾽ Χλόην ἐφίλει. quorum elegantiſſimum & ſatis adcuratum auctorem tam brevi oblitum fuiſſe, cum elabendi rima pateat, quare credam? Neſcio an & huic numero adſcribendus lepidiſſimus auctor Achilles Tatius lib. 8. p. 515. ubi de fonte Stygis loquitur, per quem dijudicabant polluti tori accuſatas: καὶ διὰ τῦτο ὅταν τὶς αἰτίαν ἔχῃ Ἀφροδίτῃ εἰς τ᾽ πηγὴν εἰσβᾶσα ἀπολύεται. ἢ ὑὸ ἐστιν ὀλίγη, καὶ μέχει κνήμης μέσης. ἢ ὑὸ πείσις· ἐγγεφύσας τ᾽ ὅρκον γεγραμματείῳ μολίνθῳ δεδεμένον ἀφιεθῆκατο τῇ δέρῃ· κἂν μὲν ἀψευδῇ τὸν ὅρκον, μένει κατὰ χώραν ἡ πηγή· ἂν ὑὸ ψεύδηται, τὸ ὕδωρ ὀργίζεται, καὶ ἀναβαίνει μέχρι τ᾽ δέρρης, καὶ τὸ γραμματεῖον ἐκάλυψεν. Id judicium ſubire coacta Melite, Therſandri uxor, ab ipſo marito polluti tori accuſata, fontis aqua non tumeſcente, omnibus probantibus abſolvitur p. 519. Attamen antea lib. 5. p. 355. & 357. refert Clitophontem cum ea rem habuiſſe victum lacrimis

precibusque infimis, in quas descendere Meliten vis amoris coëgerat. Viden' Lector haec minime sibi constare; quod si voluisset innocentiam mulieris omnibus testatam facere, alia ratione hunc, qui sane vindice dignissimus, nodum solvere debuerat, nec in artum desilire, unde pedem referre salva operis lege vix ipsi integrum erat. Fors tamen, candidos enim esse decet, elabendi aliquam adhuc rimam patere Tatio judicabunt acutiores, culpamque diluere conabuntur ex rite intellectis verbis p. 509. Προκαλεῖται Θέρσανδρος Μελίττην ---- εἰ κεκοινώνηκεν εἰς Ἀφροδίτην τῷδε τῷ ξένῳ παρ' ὃν ἀπεδήμουν χρόνον, εἰς τὸ τῆς ἱερᾶς Στυγὸς ὕδωρ εἰσβᾶσαν, καὶ ἐπομοσαμένην ἀπηλλάχθαι τῶν ἐγκλημάτων. Hanc oblatam conditionem non sprevit Melite, ita enim auctor p. 511. ἡ δὲ Μελίττη θαρρήσασα τῷ παρ' ὃν ἀπεδήμει χρόνον ὁ Θέρσανδρος, μηδὲν κοινὸν πρὸς αὐτὴν γεγονέναι πλὴν λόγων. Ἀλλὰ καὶ ἐγώγε ἔφη ταύτην δέχομαι τὴν πρόκλησιν. Nuptias enim iniverat cum Clitophonte, non quidem cum peregre abesset, sed domum jam revertisset, ut patet ex lib. 5. p. 355. ut facile ipsi jurare fuerit absente marito virum se non passam, neque ipsa jurisjurandi ratio, quae habetur lib. 8. p. 515. adversatur. Hos dolos artesque Melites mulierum callidissimae Thersandrum virum naris non adeo emunctae latuerunt. Hoc modo si quis Tatium capiat, non dubito omnes in castra eorum transituros, qui absolvi posse contendant, quin vero ita capiendus, quamvis aliter olim senseram, nullus jam dubito. Majus jam opus moveo, ipsum Poëtarum principem Maronem, si pote, non plane absolvi posse victum iturus. Hic in inferarum sedium descriptione lib. 6. v. 440. canit:

Nec

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi. sic illos nomine dicunt.
Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylva tegit. curae non ipsa in morte relinquont.

His in locis Poëta conlocat infelicem Didonem, quae cum Aeneae adspectui se subtraxisset, ad Sichaeum maritum se recipit v. 472.

Tandem corripuit sese, atque inimica refugit
In nemus umbriferum: conjunx ubi pristinus illi
Respondet curis, aequatque Sichaeus amorem.

At enim crudeli amoris tabe peresus non periit Sichaeus, sed a fratre Pygmalione, quem auri sacra illa fames invaserat. Quo igitur hic constitutus? anne ex opinione Veterum mariti easdem apud inferos sedes tenuere, quas uxor incolebat, & ipsa fuerat merita? id si probari queat ocyus absolvam elegantissimum vatem; at fieri id posse nondum adducor ut credam. Puerile & vanum esset effugium, si quis verbis Servii ad v. 474. *aut certe* respondet curis *par est mortis similitudine. Ferro enim uterque consumptus est.* uti vellet ad haec destruenda: nonne enim & Deiphobus ferro consumptus, ipsiusque adeo uxoris Helenae scelere potiori jure haec loca incolere deberet? & tamen ponitur in arvis ultimis, quae bello clari frequentant v. 477, & 494. Excipere non est Sichaeum alia loca tenuisse, eaque invisisse forte pristinam maritam, obstat enim ipse vates v. 431.

Nec vero hae sine sorte datae, sine judice, sedes.

Atque ita Servius ad v. 466. *quia post mortem tenebit alterum circulum; viris fortibus scilicet; non amantibus*

tibus datum. Quin diſerte eisdem in locis conſtituit conjuges hos, ut patet ex v. 472.

> *Tandem corripuit ſeſe, atque inimica refugit*
> *In nemus umbriferum: conjunx ubi priſtinus illi*
> *Reſpondet curis aequatque Sichaeus amorem.*

Quale enim hoc *nemus umbriferum?* nonne *myrtea ſylva* v. 443. & *ſilva magna* v. 451. vocata? id veriſſimum videtur, at monendum, ne quis Phoeniſſam Didonem a vulnere recentem, & certam ſedem nondum adeptam huc & illuc oberraſſe, atque ita etiam ad mariti circulum fugiſſe aliquis ſuſpicaretur. Dein num majore jure lugentibus his campis adſcribitur *maeſta Eryphyle, crudelis nati vulnera monſtrans?* an quia maritum Amphiaraum accepto monili prodidit Polynici? ita inquies, & ne alia cogitem facit Homerus Odyſſ. Λ. quo loco Ulyxes animas orco evocans ita loquitur:

> Μαῖραν τε Κλυμένην τε ἴδον, συγερήν τ' Ἐριφύλην,
> Ἣ χρυσὸν φίλῳ ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.

Cujus verſus a Clemente Strom. II. p. 388. adducti auctor latuit Munckero ad Hyginum fab. 73. Sed an ideo *durus amor* eam *crudeli tabe peredisſe* dici poteſt? non putem. Merito etiam quaerere licet de Coeneo, an quia olim femina ereptae virginitatis pretium a Neptuno accepit ſexus mutationem conmode a crudeli tabe pereſa dici queat, cum certe, mea quidem ſententia, magis locum meruerat in circulo virorum fortium, cum fortiter pro Lapithis contra Centauros pugnando non niſi ictibus fuſtium crebris ſuperari potuit, notante praeter alios Servio ad v. 448. Videant acutiores an placeat Servii obſervatio ad v. 476. *In his enim quae dixit miſta ſunt virtutibus vitia. In his autem quae dicturus eſt, nocentium poenas a piorum*

rum ſegregat meritis. Nam inferi (ut diximus ſupra) humanam continent vitam: hoc eſt animam in corpore conſtitutam. Haec autem quae dixit, miſta eſſe manifeſtum eſt Licet enim in viris fortibus laudetur virtus, eſt tamen vituperabile alienum imperium caedibus occupare. Item amare privignum, crimen eſt: Virtus, maritum. An vero calculum addere libeat notae ad v. 444. *Sane ſciendum, loqui eum de amore generali, nihil enim intereſt, quid quis amet dummodo amore teneatur.* ita ſane omnes removeri poſſent difficultates, ſed nihil eſt in verbis Poëtae, quod nos eo ducat, ut adeo ego non videam, quomodo ſibi conſtet Virgilius, praecipue ſi urgeas verba *durus amor crudeli tabe peredit*, quae nemini fere conveniunt. Aliud praeterea notavit Servius in verbis Poëtae v. 442. *Notandum etiam (nam rarum eſt) quia cum maſculino genere uſus ſit, ut*, Hic quos durus Amor, *tantum faeminarum ponit exempla, non quod deſint viri: ſed elegit ſexum impatientem ad amandum. tamen paullo poſt & Sichaei facturus eſt commemorationem.* Fateor rarius hoc eſſe, nec tamen deſunt exempla, ut illa quae adduximus cap. xv. ita lib. x. Æneid. v. 88.

Noſne tibi fluxas Phryglae res vertere fundo
Conamur? nos? an miſeros qui Troas Achiois
Objecit.

Ubi tamen Servius alio modo rem expedit. Adde quod & hic Sichaei mentio fiat. Idem vates in poena Ixioni adſignanda vehementer variat, ut Georg. 3. v. 37. angues in ea memorat:

Invidia infelix Furias, amnemque ſeverum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues
Immanemque rotam & non exſuperabile ſaxum.

Libro autem Æneid. 6. 601. atram ſilicem ipſi imminere tradit: *Quid*

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
Quos ſuper atra ſilex jam jam labſura, cadentique
Imminet adſimilis.

Et tamen mox v. 616.

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Diſtricti pendent.

Non mihi latet Virum Eruditum in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 272, & p. 390. & praecipue Vol. III. p. 309. & ſeqq. ingenti exemplorum ex omni antiquitate ſedulo conlecto numero id agere, ut unius Codicis, in quo *orbes* legitur, ſcripturam defendat, ſed parum, quod pace ipſius dixerim, iſta me movent, ut mendoſum locum putem, praecipue cum & Servii aetate jam ita lectum, ut patet ex ipſius nota: ANGUES] *quibus religatus ad rotam eſt, poſtquam illicitos Junonis petivit amplexus.* ut & quae habet ad 6. 601. *ad inferos truſus eſt, & illic religatus ad rotam circumfuſam ſerpentibus.* Inmerito hic Scholiaſtem quod vellem oſtendiſſet Vir Eruditus, interpolatum eſſe p. 311. objicitur, cum & idem tradat altero loco jam adducto, in quo legere potes *quibus circumfuſam religatus ad rotam eſt.* ut non ſit ratio, ſi ita capies Poëtam, quod p. 320. de Latinitate dubitetur. Jam vero, quod jactat Vir Eruditus p. 313. nullum e Latinis Poëtis unquam recedere a nota Mythologia, & idcirco veriſimillimum eſſe Virgilium ſcripſiſſe *orbes* non *angues*, quodque p. 318. ſatis audacter adfirmat nullam eſſe differentiam in authenticis ſcriptoribus, aut qui ante Virgilium vixerunt, omne illud vanum & nimis praecipitanter effuſum certiſſime patet ex v. 601. jam adducto, ubi videſ ipſum Virgilium diverſam ab omnibus aliis & ſe ipſo ſequi ſententiam, ut adeo ego rejicere vulgatam

gatam non auſim lectionem. Optime Servius ad v. 616. *Ixionem dixit ut alibi oſtendit* Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis. *licet ſupra dixerit* Quos ſuper atra ſilex. *Nam de his fabulis variae ſunt in ipſis authoribus opiniones.* ſummo mirari opere licet tam evidentem Virgilii locum omnes fuiſſe praetervectos. Ceterum *tortos orbes* latine dici cum viro Eruditiſſimo Vol. I. p. 272. in nota, non auſim negare, cum ita Cicero in Arateis loco citato Vol. III. p. 316.

Tam tornare cate contortos poſſiet orbes.

Miſſo Virgilio pergo ad Valerium Flaccum lib. 2. ubi navigationem Argonautarum deſcribit a v. 1. ad v. 17. ubi Pallenen ipſis adparuiſſe adfirmat, & digreſſione de Gigantum pugna abſoluta v. 34. occaſum ſolis memorat:

Jamque Hyperionius metas maris urguet Hiberi
Currus, & evectae prono laxantur habenae
Aethere; cum palmas Tethys grandaeva ſinusque
Suſtulit, & rupto ſonuit ſacer aequore Titan.
Auxerat hora metus.

Metum hunc in ſequentibus luculentius pingit, tantumque fuiſſe vates nobis refert, ut vix trepidantes confirmare potuerit Typhys. Haec ne prima nox in mari iis vigilata? ſi negas interrogare libet, cur adeo Heroes trepidant, ubi nullum ipſis periculum immineat? ſi adfirmes te refutabo ex oratione Tiphyos v. 48.

Non hanc, inquit, ſine numine pinum
Dirigimus; nec me tantum Tritonia curſus
Erudiit; ſaepe ipſa manu dignata carinam eſt.
An non experti, ſubitus cum luce fugata
Horruit imbre dies? quantis, prô Juppiter, auſtris
Reſtitimus? quanta quoties & Palladis arte
Incaſſum decimae cecidit tumor arduus undae.

Quando

Quando enim haec omnia acciderunt? unone die toties luctati cum ſpurciſſima tempeſtate cujus nemo nedum ipſe Valerius meminit, imo quae reliquis Poëtis adverſa eſt? certe Orpheus Argon. v. 359.

Καὶ τότε δὴ λιγὺν ἦρον ἐπιπροέηκε νέεσθαι
Ἥρη Ζηνὸς ἄκοιτις. ἐπείγετο δ' ἐς πλόον Ἀργοῦς.

Vix etiam iter, certe ut ab Orpheo deſcribitur, tantillo tempore tam longinquum conficere potuerunt, praecipue ſi adeo cum tempeſtate luctati. conponant haec quibus volupe eſt, & de tam bono luto praecordia Titan finxit: ego me non expedio, putoque Poëtam noſtrum non cohaerere & plane diſſona canere. Statium etiam dictorum non ſemper fuiſſe memorem docuit Eruditiſſimus Marklandus ad Sylv. 4. 1. 28. & lib. 2. Sylv. 1. v. 181. quae referre non vacat, ut adeo mirer virum acutiſſimum lib. 4. Sylv. 6. v. 17.

O bona nox! junctaque utinam Tirynthia luna!

junctam lunam cum Cruceo interpretari triplicatam, quia ita ipſe Poëta Theb. lib. 6: 289. & 12: 301. a qua ſententia diſcedendum non putat, cum explicationem ferat vox *juncta*, quae eſt continuata, inque quamvis longitudinem rejecta, ut 2. 6. *junctum ſtemma*, longe continuatum, a proavis demiſſum. Ego tamen facio cum Gronovio Diatr. cap. 43. p. 281. qui, mea quidem ſententia, Cruceum recte reprehendit, cum nemo ita *jungere noctem*, *lunam* &c. uſurpavit. Fateor ſententiam eorum qui tres noctes junctas volunt eſſe vulgatiorem, quippe quam ſecuti Orpheus Argon. 1. 118. Achilles Tatius lib. 2. p. 145. Nonnus lib. 7. p. 208. l. 17. lib. 25. p. 656. l. 7. Lycophron pluresque alii, ſed tamen & altera ſuos habet patronos

tronos Senecam, Propertium, Capellam, quos debemus indicio Diligentiſſimi Meurſii ad Lycophr. v. 33. Hanc quin ſecutus hoc loco ſententiam Poëta nullus dubito, praecipue quia Poëtarum nullis in rebus major inconſtantia, quam ſimilibus. Ne longius abeam Auſonius Perioch. Odyſſ. 17. bigas dat:

Jam coelum roſeis rutilat Tithonia bigis

Ita recte emendat Marklandus ad Stat. 4. 6. 16. Vulgo *Tritonia*. ſic 8 Iliad.

Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

Quae ſumta ex Virgilio lib. 7. 26.

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

An ſcribendum *croceis* ex Auſonio? in Eclogis *crocco mutabit vellera luto.* non tamen damno vulgatam Secutus hanc ſententiam inter alios Valerius Flaccus lib. 2. 261.

Regina, ut roſeis Auroram ſurgere bigis
Vidit.

Idem tamen Auſonius Perioch. 8. ipſi dat quadrigas:

Jam coelum rutilat roſeis Aurora quadrigis.

Nec non Virgilius lib. 6. 535.

Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Jam medium aethereo curſu trajecerat axem.

Bono judicio hanc ſententiam adoptavit vir ſummus Hugo Grotius in molliſſima Elegia, qua hiemis conmoda cecinit:

Dicite, Chaldaei, roſeis cur vecta quadrigis
Tardior hiberno tempore ſurgat Eos?

Eodem modo Poëtae Nocti modo quadrigas, modo bigas dant, ut docuit Elegantiſſimus Broekhuſius ad Tibullum lib. 2. El. 1. v. 87. qui putat haec conciliari poſſe, ſe aeſtate quadrigis, hyeme bigis vehi fingatur, quam vocem ore ipſius excidiſſe nollem, cum ex adductis exemplis id minime pateat. ita cum Claudianus de R. P. lib. 1. v. 275. canit:

Merſerat unda diem. ſparſo nox humida ſomno
Languida caeruleis invexerat otia bigis.

Unde ipſi conſtitit de hyeme ſermonem eſſe? ex loco Virgilii lib. 5. 721. contrarium patet:

Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat.

Hyemem enim non intelligi abunde conſtat ex toto libro. Conſer. v. 79, 102, 660. &c. fateor tamen favere Broekhuſio lib. 4. v. 309. ubi Dido Æneae objicit:

Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas aquilonibus ire per altum
Crudelis?

Poſt infelix enim Eliſſae fatum ſtatim Siciliam venit Aeneas, ut patet ex filo carminis nemini non noti. Sed forte hic Poëta non ſatis omnia rite perpendens ſermonem hunc adfinxit Didoni quaſcunque rationes libenter objecturae perfidiſſimo hoſpiti. Quicquid ſit idem vates Culic. v. 201. diſertis verbis bigas Nocti tribuit tempore minime hyemali:

Jam

Jam quatit, & bijuges oriens Erebo cit equos nox
Et piger aurato procedit Veſper ab Oeta:
Cum grege compulſo paſtor duplicantibus umbris
Vadit, & in feſſos requiem dare comparat artus.

Contra Eruditiſſimus Sannazarius de Partu Virginis lib. 2. v. 309. nocti, qua Chriſtum mater enixa, hyemali quadrigas dat:

Tempus erat quo nox tardis invecta quadrigis
Nondum ſtelliferi mediam pervenit Olympi
Ad metam.

Referri huc poteſt quod Diana modo cervo vehatur uno, modo duobus, ut apud Claudianum 2 Conſ. Stil. 286.

Cervi curvum ſubiere jugales.

V. Spanhemium ad Callim. Hymn. in Dian. v. 106. Phil. Buanarrotum in Obſerv. Hiſtor. ad numismata quaedam antiqua maximi moduli Tabul. VII. ubi binis vecta cernitur Diva. V. Biblioth. Sikii Tom. V. p. 609. Quadrigas dat Nonnus Dionyſ. lib. 48. p. 1274. l. 12.

Καὶ ὄρεα καὶλιπε κόρη,
Ἄρτεμις ἐζομένη κεμάδων τετραζύγι δίφρῳ.

Et montes reliquit virgo
Diana cervarum bigis inſidens.

Ita reddit Buanarrotus ſatis inperite, certe admodum inconſiderate, cum vetus interpretatio inſidens *quadrijugo currui* recte ſe habet. Ovidius Metam. XV. 656. Aeſculapio longam barbam dat & tamen juvenem vocat v. 642. & Faſt. 6. 735. notante Viro Docto in Obſ. Miſc. Vol. II. p. 239. Summo jure in claſſem hanc refero auctorem Confeſſionis Fidei, quem Trithemius, Vallinus ex tri-

bus MSS. Fabricius aliique Boëthium hactenus credididerunt, recte an secus alias forsan videbo, cum stylus incomtus, & barbarus saepe, aliaque nimium quantum discrepent ab elegantiis & eruditione Boëthii: hic enim p. 290. edit. Leid. A 1671, De Ario, Sabellianis & Manichaeis locutus addit: *Sed de his hactenus; suo enim loco ponentur, sicut ordo necessarius postularit.* At toto libello evoluto frustra nihil reperies. ita p. 293. *Tandem Deus, Aegyptii Regis dominationem despiciens, diviso mari rubro, quod nunquam ante Natura ulla cognoverat, suum transduxit exercitum ductore Moyse & Aaron. Postea igitur, pro eorum egressione altis Aegyptus plagis vastata est, quum nollet dimittere populum.* Haec manifesto sese evertunt, & ridicula sunt: quomodo enim Aegyptus, quum populum demittere nollet, postquam egressus jam ille, plagis vastari potest? sensus constaret si legeres *posteaquam pro eorum oppressione* &c. sed hoc esset secare non solvere nodum. Quid si Historiae Sacrae inperitus scriptor Aegyptum plagis perculsam ante Israëlitarum demissionem (nam respici ad exercitum in mari rubro submersum vix videtur) quod nos novimus ante accidisse, putaverit? Hoc non adeo mirabitur, qui totum libellum perlegerit, cum hujus farinae alia exstent luculenta monumenta ex. gr. p. 294. *Et quum multis annis multas quoque gentes per viam debellassent. Gentes* sunt *populi*, ita p. 295. de Juaeis: *ut praedicatio salutaris non jam in una tantum gente, sed orbi terrarum praedicaretur.* Sed tres quatuorve populos victos ante Jordanis transitum novimus: haene *multae gentes*? Sequitur: *Descendit itaque ab eo (Davide) per singulas successiones regium stemma, perductumque est usque ad Herodis tempora, qui primus ex gentibus memoratis populis legitur imperasse.* Regium igitur inperium non in captivitate

vitate Babylonica expiravit? fors & aliud latet. videtur putasse posteros Davidis continua successione imperium tenuisse, quam puerilis autem hic error sit, patet vel ex Maccabaeorum principatu, quos e tribu Levi, non Judae oriundos fuisse, quicquid alii nugentur, certissimum est. V. Vir Eruditiss. Georg. Eric. Phaletranus de Ablat. Sceptr. Judaici in Syntagm. Var. Diss. rar. Graevii cap. 3. Atque haec loca sufficere possunt. Addam breviter quaedam, quae alii occuparunt. Propertius lib. 1. 1. 1.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante Cupidinibus.

Et tamen, monente Broekhusio, lib. 3. 13. v. 5. in Lycinna amoris tyrocinium se posuisse narrat:

Illa rudes animos per noctes conscia primas
Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.

An primas noctes Poëtae forte dedit Lycinna, quamvis prima oculis suis ipsum Cynthia ceperat? Judicent acutiores. Justinus lib. 1. cap. 2. §. 9. de Semiramide: *sed & Indiae bellum intulit; quo praeter illam & Alexandrum Magnum nemo intravit*: cum tamen lib. 12. cap. 7. Herculis & Bacchi expeditiones longe auteriores memoret, observante acutissimo Tan. Fabro. Sextum Empiricum modo ποίημα nullum πρεσβύτερον existimare se, modo probabile esse alios ante eum poëtas & suo tempore fuisse sed ab ejus splendore obscuratos scribere notat Ampl. Cuperus Apoth. Homer. p. 64. quem & de Luciano vide p. 80 in fine. de Strabone V. Modium ad Justinum lib. 1. cap. x. §. 5. de Aeliano Jac. Perizonium in erudita praefatione. Cum vero toties optimos scriptores dictorum non satis mempres fuisse apertum sit, dubito an recte Phaletranus lib. cit. p. 390. locum Hieronymi ad So-

phoniae cap. 1. *Quia ſemel tropologice exponere coepimus viſitabit dominus in adventu & paſſione Salvatoris i. e. in die hoſtiae filii ſui, ſuper Pontifices, & ſuper Sacerdotes populi Judaici, & ſuper domum regiam. Usque enim ad illud tempus perſeveraverunt Reges Judae de ſtirpe Davidis ſecundum prophetiam Jacob: non deficiet Princeps &c. Poſt hoſtiam enim Domini ſublatum eſt regnum de Judaeis.* reſecta, ut loquitur, pannoſa gloſſatoris lacinia a purpura Hieronymiana legere jubeat p. 409. *Reges ſecundum prophetiam Jacobi poſt* &c. quia Hieronymus ad Jerem. cap. 22. dixerat: *Joachin non ſucceſſit Rex filius, ſed fuit in captivitate & Salathiël, & Zorobabel; & usque ad Chriſtum nullus regiam obtinuit poteſtatem. Omnes enim fuerunt captivi, & nullus deinceps de ſtirpe Davidis in terra Judae tenuit principatum.* Non raro tamen haec librariorum flagitia. Dictys Cretenſis de B. Troj. lib. 1. p. 8. *Interim pancis poſt diebus, Alexander cum ſupradictis comitibus venit, Helenam ſecum habens.* reſpicit ad p. 4. *Per idem tempus Alexandor Phrygius, Priami filius, aliisque ex conſanguinitate comitibus, Spartae in domum Menelai hoſpitio receptus.* ubi in vulgatis *cum Æneа aliisque* contra MSS. & hiſtoriam. ſcribendum igitur *Glauco Antenoris*, quem infra comitem hujus expeditionis refert poenasque morte luiſſe, recte monet Doct. Joſias Mercerus. Aliquando & inmerito culpati Poëtae, ut Statius a viro Erudito in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 339. ſed recte explicatus in nota addita.

CAPUT XVII.

Repetitio vocum invenuſta. Contra Perizonium defenſus locus Aeliani. Faciem velabant pudore adfecti, in caput ſumma veſtis parte adtracta. Σφιν pro ἰὸς, *pro noſter*,

nec

nec non ὑμέτερος. Auctor καὶ Σολοικίας leviter correctus Varia in Hesiodo lectio. Φεύζιος. Gujeti emendatio in Hesiodo rejecta, aliaque. Ἄγελον εἶδμα. Παφλάζειν verbum ab Hippocrate fictum perperam statuit Weitzius. Fervere, fervor &c. Heinsii emendatio in Tibullo non recepta Temporum diversitas multis exemplis demonstrata. Aristaenetus ter defensus a correctione Pauwii, Statius a Marklandi, Justinus a Schefferi, Hyginus a Munckeri emendationibus. Reprehensus Scholiastes. Aequora currere, aliaque. Tentatus Ovidius. Defensus Propertii locus contra Marklandum. Aura puellae. Horatius explicatus. Diphthongos αι & οι corripi sequente consona contra Bentlejum, & Arnaldum ostenditur. Oraculi apud Eusebium lectio defensa. Tentatus Tryphiodorus. Orphei locus defensus, & emendatus. Ἄλμη mare. Defensus Hesiodi locus, ut & Veteris Poëtae apud Diodorum Siculum nec non Manethonis contra Arnaldum. Emendatio in Homero confirmata contra Jensium.

191. Ἠΐθεον παρέασιν. Praecedit εὖτέ μοι ἐγγὺς ἴασιν ὁμήλικες. repetitione plane auribus ingrata atque invenusta, cui geminam observo apud Aelianum Var. Hist. lib. 2. cap. 4. ὁ Μενέλιπτος ἦκεν ἐπὶ τὴ Φάλαρι, καὶ ὡμολόγησεν ἑ μόνον κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι τ βυλῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τ ἐπιβυλῆς. ubi cum in MS. βυλῆς invenisset Cl. Perizonius pro ἐπιβυλῆς hanc vocem expungit. Nollem factum. Ultimum hujus versus hemistichium habes & apud Nonnum lib. 4. p. 122. l. 4. 194. Ὡς φαμένη ῥοδέην ὑπὸ φάρεϊ κρύπτε παρειήν. faciem enim velare pudore adfectis in more est. Nonnus lib. 42. p. 1098. l. 22.

Παρθένος ἄσατον ὄμμα φυλασσομένη Διονύσε
Φάρεϊ μαρμαίρεσαν ἓην ἐκρυψε παρειήν.

Orpheus Argon. v. 1220. de Medea:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Μήδειαν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσι,
Λῖτι καλυπτομένην, ἑανῷ δ' ἄμφεσχε παρειὰς
Αἰδομένη· χλωρὸν γὰρ ὑπὸ στέρνοις ἀκάχητο.

Heſiodus in Ἔργοις v. 198.

Λευκοῖσιν Φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν,
Ἀθανάτων μετὰ φῦλ' ἴτην, σεβλιπόντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς ἠ Νέμεσις.

Ubi nota primam vocis Φάρεος ſyllabam conripi ſecus ac apud Orph. Argon. 963. Homer. Odyſſ. Θ. 84. Muſaeum h. l. aliosque. Caput autem prae pudore tegere volentes ſummam in illud veſtis partem adtrahebant, ut monuit Ampl. Cuperus Apoth. Homer. p. 114.

195. Σφετέροις δ' ἐπεμέμφετο μύθοις. Nota σφετερὸς pro ἑὸς uſurpatum. Erudite poſt Caſaubonum contra Grammaticos recte ita dici oſtendit Doctiſſ. Spanhemius ad Callimachum Hymn. in Del. v. 233.

Κείνη δ' ἐδέποτε, σφετέρης ἐπιλήθεται ἕδρης.

V. & Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1070. Budaeus Comment. L. Graec. p. 37. Pro *noſter* occurrit σφωΐτερος apud Nonnum lib. 5. p. 160. l. 15.

Μορφὴ θηρὸς ἔχει με, ἠ ἄνερος ἦθος ἀέξω.
Σφωϊτέρῳ πότε θῆρες ἐπισεναίχησιν ὀλέθρῳ·

Σφέτερος pro ὑμέτερος occurrit apud Heſiodum in in Ἔργοις v. 2.

Δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πάτερ' ὑμνείσασαι.

Quod inter Soloecismos circa Pronomina commiſſos referens Auctor περὶ Σολοικίας editus a Cel. Valckenaerio p. 201. εἰ τις inquit, ἐπὶ μὲν ἓξ πρώτε σφεῶν λέγοντος (ſcribendum λέγοι τὸ vel λέγοιτο τὸ) ὑμεῖς,

ὑμεῖς, ἐπὶ ᾗ δευτέρᾳ προσώπῳ τάξειεν ἀντωνυμίαν ἢ ἁρμόζουσαν τρίτῳ προσώπῳ. ὡς παρ' Ἡσιόδῳ,

Δεῦτε Δι' ἐννέπετε σφέτερον πατὲρ' ὑμνείουσαι.

Ἀντὶ ᾧ ὑμέτερον. Notandum hunc locum tueri ſententiam H. Stephani, qui ſolius Euſtathii auctoritate conpulſus repoſuit Δί', quamvis ego potius accedam J. G. Graevio Lect. Heſiod. cap. 1. legenti cum omnibus Codd. δὴ. Addo locum Phavorini: σφετέρῃς ἀντωνυμία ἐϛι τρίτου προσώπου, ἀντὶ ᾗ τῆς ἐκείνων, ᾗ αἰεὶ τίθεται ὅτω. Ἡσίοδος ᾗ ἐπὶ δευτέρου αὐτὸ ἔταξεν, ἐν τῷ σφέτερον πατέρα (πατὲρ') ὑμνείουσαι, ἀντὶ ᾧ ὑμέτερον. Idem ibid. σφέτερον πατέρα παρ' Ἡσιόδῳ κεῖται ἀντὶ ᾧ ὑμέτερον ᾗ σφέτερον ὁ πολλοὶ ἔχουσιν ἐὸν δὲ ὁ μόνον ἔχει τις. Uſum hunc jam notavit Stephanus in Theſ. L. Gr. T. I. p. 1071.

197. Φορίζετο Scholiaſtae recte exponitur ἐβουλεύετο, διενοεῖτο. ita Coluthus de R. H. v. 56. & 60. Tryphiodorus v. 250, & 401.

Ἀλλ' ἤδη μοι φορίζεσθε, τάδε γνώσετε πάντες,
Καὶ νεφέλην ἀπόθεσθε * βλαψίφρονος ἄτης.

Variis modis ſubplere lacunam poſſes legendo τόσην, vel τόιην vel caſu ſecundo τόσης & τ. vel potius θόοι. Nonnus lib. 37. p. 954. l. 14. lib. 41. p. 1068. l. 11. Homer. Iliad. ε. 3. 470. &c. X. 358. P. 144. E. 411, 430. ita Graevius in Heſiodo Θεογ. v. 532. legit.

Ταῦτ' ἄορ φορίζόμενος τίμα ἀρεϊδείκετον υἱόν.

Vulgo ἀίζόμενος. Gujetum falce Critica hic graſſantem & totum verſum tollentem non moror.

201. Παρθενε κ. τ. λ. Colorem duxit e Nonno lib. 4. p. 118. l. 9.

Παρθένε, τί τρομέεις; σὺ μὴν ἔσεαι πουτοπορήσεις,
Στυγνὸν ὕδωρ πλώουσα· σὺν ἱμερόεντι δὲ Κάδμῳ
Ὠκεανὸν περίμετρον ἐγὼ κατὰ χεῖμα περήσω.
Μὴ τρομέεις ἁλὸς οἶδμα βαρύδρομον.

Prius hemistichium habetur lib. 42. p. 1100. l. 2. Cum sermone autem Leandri, quo fidelissimum Heroni animum, & quaevis pro ea ferre paratum promittit, conferri poterit Tibullus lib. 4. 1. 193. Lucanus lib. 1. 367. cum hoc loco compara & Coluth. v. 288.

Ἧς ἕνεκεν τέτληκα κῦ οἴδματα τόσσα περῆσαι.

Ibid. Ἄγελον οἶδμα. ita Achilles Tatius lib. 3. p. 165. τὸ δὲ ἄγελον ἐσορᾶτο ἐκ κύματος. Judas in ep. v. 13: κύματα ἄγρια θαλάσσης ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας. Notavit hunc usum in verbo ἀγελαίνω Jul. Pollux 1. 9. 109. κῦ κύματα κατερρεῖ, μετέπιπτεν, ἐνέπιπτεν, ἠγελάινε, φελλώδης ἦν ἡ θάλασσα. Nonnus lib. 6. p. 198. l. 23. dixit

Ἄπλοος ἀφριόωντι ῥοῳ κυμαίνεται αἰθὴρ.

204. Εἰ πυρὶ παφλάζοιτο. *Etsi igni ferveat.* Hoc significatu verbum frequenter occurrit apud Nonnum, ut lib. 4. p. 130. l. 7. lib. 6. p. 190. l. 18. lib. 7. p. 102. l. 24. &c. Orpheum Argon. v. 687. Achilles Tatius lib. 3. p. 159. dixit: ἐρρόχθει τὸ κῦμα, ἐπάφλαζε τὸ πνεῦμα. quemadmodum l. Salmas. p. 588. alii ἐπάφριζε. Turpissimus autem error est Weitzii ad v. 91. in Conment. Parei ad. v. 82. scribentis παφλάζειν esse verbum fictum ab Hippocrate, qui eo nomine designare voluerat τὰς πταίοντας κῦ ἐπαναλαμβάνοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι notante Galeno. verum est Galenum in Expositione Antiquarum dictionum Hippocratis usum hujus verbi notare, sed non ut inventi ab Hippocrate, cum

cum jam uſurpatum ſit Orpheo, nec non Homero Il. N. 798. ut vel ex Stephani Thes. L. G. T. IV. p. 163. patet. Eodem autem uſu occurrit apud Latinos *fervere*, *fervor*, &c. ut apud Ovid. Her. ep. 18: 26. Virg. Æneid. 7. 23. Lucan. 5. 234. 6. 67. Stat. 1. Sylv. 3. 29. Boëthium de Conſ. Phil. 2. 3. XI. Adde, quae ex Nic. Heinſio notavit Graevius ad Flor. 2. 2. §. 5. *Sed adeo non eſt exterritus, ut illam ipſam ferventis aeſtus violentiam pro munere amplecteretur.* quam emendationem Tollius & Begerus, qui in textum invexit, probant. Ego vulgatam lectionem *ruentis* nondum ſperno ob locum Virgilii XI. 625. apud Dukerum. Tibullus Paneg. Meſſallae v. 72.

Illum inter geminae nantem confinia mortis,
Nec Scyllae ſaevo conterruit impetus ore,
Cum canibus rabidas inter freta ſorberet undas.

Sic edidit Broekhuſius ſecutus Heinſium ad Ovid. Am. 2. 16. 26. hic tamen Advers. 1. 13. p. 142. magis probat *ferveret*; mihi ſecus videtur. Quamvis enim *fervere* hoc ſignificatu occurrere recte ibi doceat vir Acutiſſ. diverſiſſima tamen ſunt *unda*, *fretum fervet* & *Scylla fervet undas*, cujus verbi activo ſignificatu poſiti exemplum deſidero. Idem vir Erud. Senecae Thyeſt. 7. 68. *fervens aheneum* reddidit Advers. 1. 4. p. 43.

Ibid. Ἔστεται & παφλάζοιτο diverſis temporibus a Poëta hic poſita obſervari velim, cujus rei quamvis non adeo rarae quaedam, quae notavi, exempla in medium adtuliſſe operae erit, quia nec ab his locis ungues ſuas abſtinere norunt nonnulli: ita Herodotus lib. 1. cap. 1. Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. τούτους γὰρ — ἐπιβάντας — ἐσαπικνέεσθαι — διατίθεσθαι — ἐλθεῖν — οἰκέσαι. ita cap. 4. cap. 22. aliisque locis. Achilles

chilles Tatius lib. 1. p. 145. ὁ δὲ ἵππος, ῥυμὸν θέων, ἐκτρέπεται τὸ λεωφόρον, καὶ εἰς ὕλην ἐπήδησεν, καὶ ἐμβὰς τῷ ἄθλιον Χαρικλέα περιῤῥήγνυσι δένδρῳ. Matthaeus cap. 26. v. 26. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε. Homerus Iliad. Ξ. 179.

Ἕξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά.

Sequitur

Χρυσείης δ' ἐνετῆσι κατὰ στῆθος περονᾶτο.
Ζώσατο δὲ ζώνην ἑκατὸν θυσσάνοις ἀγερώχου·

Neque in diversa abeunt Latini. Valerius Flaccus 2. 110.

Laeta mari tum signa refert, plenasque movebat
Armentis nuribusque rates, it barbara vestis
Et torques insigne loci.

Ita & lib. 2. 7.

Templaque Tisaeae mergunt obliqua Dianae,
Jam Scyathos subsedit aquis, jam longa recessit
Sepias, attollit tondentes pabula Magnes
Campus equos.

Ibi Pius monet quosdam legere *recedit*, sed recte objicit Burmannus tum quoque legendum *subsidit*. Claudianus de R. P. 3. 396.

Compresso mons igne tonat, claususque laborat
Mulciber, Obducti nequeunt haerere vapores.
Coniferi micuere apices: crevitque favillis
Aetna novis? stridunt admisso sulfure rami.

Vid. & 2. 173. & 322.

Regi-

Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiae, teneroque levant sermone timores,
Et sparsos religant crines, & vultibus addunt
Flammea sollicitum praevelatura pudorem.

Adde Carmen quod exstat apud Fulgent. Myth. 1. p. 23. Rosweytham v. 3. p. 711. v. 661. p. 723. v. 665. & 785. Facile igitur vel me tacente quivis videt quid tribuendum sit violentis illis & absonis correctionibus Jo. Corn. du Pauw, qui satis pro inperio, ubi simile quid in Aristaeneto deprehendit, oxyus ejectum it pessimo sane instituto. Sic lib. 1. ep. 9. p. 56. pro ἡ ὃ ὥσπερ ἀλγοῦσα λαθεμίᾳ σώματι προσάγει τὴν χεῖρα· ἢ πῶς ἑαυτῆς περιλήκεις δακτύλους. malit προσῆγε vel περίληκε. epist. 10. p. 58. pro Καὶ τοῖς ὄμμασι χάριτες ἀ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς. Scribendum jubet περιεχόρευε, credo quia sequitur ἐκόσμει. Sed & praecesserat τῇ μὲν, ἅπασι τοῖς ἑαυτῆς φιλοτίμως κεκόσμηκεν Ἀφροδίτη. mox pro τὴν ὃ νέον ἐκόσμων ὀφθαλμοί --- ἢ φύσεως ἔρευθος ἐμανθὲς, ἐπίτρεχον ταῖς παρειαῖς. mavult ἐπέτρεχεν. Sed nonne admitti posset ellipsis verbi substantivi? Dubito quoque an servari non possit vulgata Statii lectio lib. 2. Sylv. 7. 77.

Et qui per freta duxit Argonautas:
Et qui corpora prima transfigurat.

Ubi Vir Eruditus Jer. Marklandus legit *ducit*. id certissime scio labi Schefferum, cum in Justino lib. 1. cap. 4. §. 4. pro *Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit*. legit cum Angl. Cod. *tradit*, quia ita loqui amant Historici, & sequitur paullo post *tradit*, quae ratio quam sit incerta nemo non perspicit. Quid? eodem capite §. 7. sequitur *Pastori regii pecoris puerum exponendum tradidit*, cum prae-

praeceſſit *infans datur occidendus Harpago.* Quid vero diſertius loco cap. 6. §. 8. *Aſtyages meriti ſui in Harpagum oblitus, ſummam belli eidem commiſit: qui exercitum acceptum ſtatim Cyro per deditionem tradidit, regisque crudelitatem perfidia defectionis ulciſcitur?* Minus etiam neceſſaria emendatio Munckeri in Hygino cap. 8. *Antiopam vinctam abduxit in Citheronem: parit geminos & reliquit.* ubi legit *relinquit.*

205. Μεταιόμενος ἰυνὴν. *adiens cubile* recte redditur, ſed a Scholiaſta ἐνευφραινόμενος, quod nihil huc facit.

208. Νήξομαι Ἐλλήσποντον. Imitati hunc loquendi morem Latini, ut Virgilius Æneid. 5. 235.

Di, quibus imperium eſt pelagi, quorum aequora curro.

Ovidius Amor. 3. 6. 29.

Quid? non Alpheon diverſas currere terras
Virginis Arcadiae certus adegit amor.

Ita legendum forte emendatione, ut videtur, certiori, certe faciliori, illa, quam dedit Marklandus ad Stat. 4. Sylv. 3. 20. *diverſas quaerere terras* ex ſenſu & Virgil. Aen. 3. 4. ut ait. Tueri tamen Vulgatam lectionem poſſes loco Ovidii Heroid. 18: 6.

Currere me nota nec patiantur aqua.

Qualia loca ſunt plurima. *iter gradi* dixit Hyginus fab. 38. *euntes cogebat, ut ſectum arborem pinum ad terram flecterent.* ubi plura dabit Munckerus, ut & Burmannus ad Valer. Fl. 4. 689.

Contra omnes validis tenui diſcrimine remis
Pergere iter.

Nec non Elegantiſſimus Broekhuſius ad Propert. 2. 21. 21.

Ine

Ino etiam prima terras aetate vagata eſt.

Qui & *redire iter* dixit lib. 2. 20. 73.

Si modo clamantis revocaverit aura puellae
Conceſſum nulla lege redibit iter.

Nollem hic Acutiſſimus Marklandus pro *revocaverit aura* p. ad Stat. 5. Sylv. 3. 59. poſitum iviſſet *revocarint ora*, cum iſta lectio minus venuſta prae altera merito ſordeat. Quid voluerit vates politiſſimus nemo melius explicabit ſuaviſſimo Secundo Baſio XIII.

Cum tu ſuaviolum educens pulmonis ab imo
Afflaſti ſiccis irriguum labiis:
Suaviolum Stygia quod me de valle reduxit
Et juſſit vacua currere nave ſenem.

Et mox:

Pars animae, mea vita, tuae hoc in corpore vivit,
Et dilapſuros ſuſtinet articulos.
Quae tamen impatiens in priſtina jura reverti
Saepe per arcanas nititur aegra vias.
Ac, ni dilecta per te foveatur ab aura,
Jam collabentes deſerit articulos.

Ita Baſio XVI.

Et vitam tibi longi
Reddam afflamine baſii.

Ita Euhemerus apud Ariſtaen. lib. 1. ep. 12. p. 82. τὸ ἄσθμα ἡδύ puellae ſuae laudat hinc intelligendum puto Horat. Carm. 2. 8. 21.

Te ſuis matres metuunt juvencis,
Te ſenes parci, miſeraeque nuper
Virgines nuptae, tua ne retardet
Aura maritos.

Rid

Ridiculus eſt Acron dum notat: *aut facilitas, quae in amorem trahuntur: aut unguentorum odor, ut ipſe ſuperius: Aurae fallacis.* nec non Servius ad Virgil. Æneid. 6: 204. *ſplendorem* interpretatus.

213. Ὄψομαι δύντα Βοώτην. Sententiam meam de hoc loco in notis ſupra ſatis expoſui; nunc promiſſi memor facile vulgatam lectionem potuiſſe ſervari, ſi tantum correptio Diphthongi *αι* ſequente conſona obſiſteret, oſtendere conabor. Poſt Caſaubonum in Lection. Theocr. cap. 18. p. 275. Salmaſium, aliosque prae caeteris Cl. Jenſium Lection. Lucian. lib. 2. cap. 6. animoſe hanc cauſam egiſſe contra diſſentientem Rich. Bentlejum ad Callim. H. in Jov. v. 87. hujus tamen ſententiae contra Jenſium acerrimum vindicem extitiſſe Georg. Arnaldum Anim. Crit. cap. 6. p. 29. & ſeqq. quis neſcit? Nondum tamen meum adſenſum Eruditiſſimi viri ſententiam impetrare poſſe non diffiteor, cum in animum inducere vix poſſim, ut credam omnia iſta veterum loca hoc mendo laborare, in quibus correptio iſta diphthongi *αι* & *οι* obtinet, praeter enim tot loca ab aliis congeſta pauca haec habe, in quorum nonnullis vix emendationi locus relictus ullus. ita Theocritus Idyll. 22. v. 178.

Αἰτὰρ ὤλλοι πάντας ἐϋφρανέεσσιν ἑταίρους,
Νυμφίοι ἀντὶ νεκρῶν, ὑμεναίοισι κὴ κώμοις.

Orpheus Argon. v. 1313.

Ἀλκίνοος μὲν ῥ' ὧκ' ἐπετέλλετο κηρύκεσσι
Κύρην ἀμφήεσσον ἄγειν ἔκτοθι νηὸς ἑρμινῆς,
Πατρίθ' ἑῷ τίσεσθαι δίκην ἀλιτημοσυνάων.

V. 834.

Οὐδέ τοι δὴ ναίνυμαι ἐμοὶ ἐείκοτε ἑταίρῃ.

V. 546.

Δῶνδε

Δῆναι ὑποχθονίοισι, καὶ δάκρυα λευγέμεν ὄασιν.

Idem Herculis Suffimine pag. 110.

Παγκρατὲς ἦτορ ἔχων, κάρτος μετὰ τόξα, καὶ μάντι.

Oraculum apud Euſebium Praepar. Euang. lib. 3. cap. 35.

Ἀλλὰ καὶ Μηθύμνης ναέτας πολὺ λαΐον ἔσω
Φαλλῆνον τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον.

Aliud Lycurgo datum cap. 28.

Καὶ σὺ (ὦδὰν) μοῦ δικὰ θ' ἁνδροσύνης, ἱερῆς θ' ὑμνοίας
Ἔσι πειρᾶν, ἦν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθαι κέλευθον.

Male Vigerus in margine poſuit δεῖ, rectius p. 20. δὴ retineri poſſe cenſet, ut infinitivus ſit pro imperativo, ut ſaepe in legibus, & oraculis, ex. gr. apud Herod. 1. 55.

Καὶ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον
Φεύγειν μηδὲ μένειν, μήθ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Coluthus de R. H. v. 206.

Τόφρα καὶ Δαρδάνιον καὶ Τρώϊον ἕδας ἀμείψας.

V. 260.

Ἔεῖνε πόθεν τελέθεις; ἐρατὸν γένος εἰπέ καὶ πάτρην.

Non τε. Thryphiodorus de Excidio Ilii v. 438.

Ἀφραδίη τε βέβυσο μεθημοσύνη τε καὶ μένη
Πᾶσα πόλις.

Verum an ſanus hic locus ſit dubito: quid enim eſt *ſepeliri Trojam praetextu?* an καμοῦσα? urbs cum caperetur erat feſſa & *ſomno vinoque ſepulta.* Fateor quidem horum aliquibus locis facilem admodum

medicinam praestari posse, verum omnibus non nisi durissimam, imo forte nullam v. gr. priori & posteriori Orphei loco, ut & ultimo Oraculo, quod cum certissimum sit vara vibiam necessario sequi debet, & reliqua loca intacta praetermittenda, quin & major pars locorum a Bentlejo & Arnaldo sollicitatorum pristinae integritati vindicanda. ex. gr. Orphei Suffimine Parcarum p. 156.

Ἀλλὰ μοι νυκτέριοι μελανόφρονες, ἱππιόθυμοι,
Ἄτροπε, καὶ Λάχεσι, Κλωθὼ, μόλετ' εὐπατέρειαι.

Quis ferat inmanem Bentleji emendationem legentis εὐκταῖαι, praecipue cum illud convenientissimum Parcis epitheton recte monuerit Jensius p. 171.? tolerabilior esset altera conjectura νυ νυκτέριαι, sed minus necessaria. Neque violentam illam correctionem plane concoquere potuit Arnaldus, leviori mutatione legens Ἀλλ' αἱ v. cui tamen adsensum dare nequeo, cum probe sciam in nullo suffimine articulum isto modo intrudi, emendatio autem tantum nixa fundamento lubrico, ut ostendunt loca ex Orpheo adlata, apud quem ideo quoque fere inducor, ut credam loco vexatissimo Argon. v. 723. legendum

Ἀὐταὶ οἱ τοῖς γε
Τύμβοις χευάμενοι πολιὴν ἐπενεισάμεθ' ἅλμην.

Quemadmodum docte conjecit Jensius conlatis conjecturis Casauboni, & Eschenbachii feliciter usus. ἅλμην & ipse conjeceram, quae vox pro *mari* occurrit v. 688. apud Achill. Tat. 3. p. 163. Musaeum v. 328. Nonnum lib. 2. p. 66. l. 3. lib. 5. p. 150. l. 13. &c. & ostenderem contra Bentlejum, nisi praeripuisset Jensius, qui latius & docte omnia deduxit. Miror vero Arnaldum p. 30. probare Jensii emendationem, cum tamen, in quo cardo

cardo rei vertitur, Casauboni in primis huic placeat emendatio, qui legit ϕί. Hesiodus in Theogon. v. 48.

Ἀρχόμεναί τ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς.

Infelices istorum conatus, qui λήγουσι huc intrudebant, docte retudit Jensius, adstipulante merito Elegantissimo Arnaldo, qui alia via instituens synecphonesin in ultima voce admittit non satis probabilem. Nonne enim summo jure viro Eruditissimo, quod ipse p. 35. objecerat versus tales quibus αι & οι conripiuntur, *semper omni carere modulo*, regerere hic liceret ?id aurium certe judicium flagitare putem. fors & in Apollonii Rhodii loco lib. 1. 942. negligenda synecphonesis, quamvis hac de re litigare nollem. certius scio locum vetusti Poëtae apud Diodorum Siculum lib. 3. cap. 66.

Οἱ μὲν γὰρ Δρυσάνῳ σὲ, οἱ δ' Ἰκάρῳ ἐνεμόσθην
Φασὶν, οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος Εὐρυφιῶτα.

Ab Arnaldo expungente versu secundo δ' post οἱ inmerito tentatum esse, cum illud δ' necessario heic loci deesse, non vero *a nasuto quodam insultum*, existimem, certe partes viri Celeberrimi fuissent exemplis dicta firmare, quod donec fiat nihil movendum persuasissimus ero. Tandem in Manethone lib. 2. v. 115. dum pro

Αὐτῶν τε κτῆσιν μινύθει καὶ πατρώιον οἶκον.

Legendum πατρῴων οἶκον pronunciat Arnaldus, in eo manifeste labitur, cum talem pedem versus respuit. Si, quod nondum largior, locus corruptus non adeo magna mutatione restituere πάτριον proclive esset; atque ita voluisse Eruditissimum Juvenem libenter putarem, nisi verba contrarium indicare viderentur. Neque enim synecphonesin

hic ipsum admittere credibile, cum ne verbum monet. Quid quod & versus ita non satis bellus exsurgit? Plura non addo. singula enim loca a Jensio producta, ab Arnaldo vero emendata referre nihil adtinet, quia, cum tot exemplis exceptione majoribus αι & οι conripi posse constet, neque vix nisi emendationibus minus necessariis, saepe & pravis & nimis coactis iis locis mederi noverint Critici, raro autem admodum in longius a vulgata lectione recedentes mutationes conspirent Codices MSS. neque quicquam praeterea culpetur in vulgata lectione, parvo admodum negotio refutari, imo sponte fere corruere istorum emendationes aequi rerum arbitri non aegre concedent. Modus tamen adhibendus, neque enim id de omnibus emendationibus Bentleji, & Arnaldi acceptum vellem, quippe a quibus loca nonnulla docte & feliciter emaculata lubentissimo animo concedam, cujus rei specimen est in Homeri loco Odyss. H. 131.

Πρὸς δάμον ὑψηλὰν, ὅθεν ὑδρεύονται πολῖται.

Ubi Bentlejus legit ὑδρεύοντο, quia & ita alio loco ipse Poëta, & Scholia hanc lectionem habere notat Arnaldus. Nihil certius. Jensius tamen p. 171. putat Homerum merito rogari posse, *num antea fuisset ille alterius istius fontis usus, sed tum, cum describeret istum fontem, esse desiisset*, quas ineptas tricas esse quis non videt? Solent enim Poëtae in talibus semper fere uti tempore imperfecto. ex. gr. Homerus Odyss. Ξ. v. 68.

Ἡ δ' αὐτῇ τετάνυσο σὺν σπείρῃ γλαφυρόφι,
Ἡμεῖς ἠθείομεν, τεθήλει δ' ἐσφυλῇσι.
Κρῆσσα δ' ἐξείης πίσυρες ῥίεν ὕδατι λευκῷ.

v. 305.

Καὶ

Καὶ ἐπὶ ξηρὴν ἀφίκοντο
Τυκτὴν, πεδίρεον, ὅθεν ἀζηνίοντο πολῖται.

γ. & Theocritum Idyll. 22. 39.

CAPUT XVIII.

Conjunctionem modos diversos conjungere pluribus exemplis docetur. Defensus Hyginus. Horatius contra Witbosium semel, Statius contra Marklandum bis adsertus, semel leviter forte emaculatus. Defensus Guntherus. Emendatus Boëthius. Defensi Fulgentius & Florus. Territare fines. Loca pro incolis ponuntur. Reprehensus Virgilius. Casus diversi recte conjunguntur. Antiqua Ovidii lectio eruta, rejecto Mario. Difficilis Musaei locus contra Kromajeri sententiam expositus. Ἀνύμφευτος ὑμεναίων. *Hero & Leander primas nuptias in templo Veneris non fecerunt.* Λύων μίτρων. *Virginitatem non inlibate servatam ipsa Venus puniebat.*

215. Πατρίδος ἀντιπόροιο ποτὶ γλυκὺν ὅρμον ἰκοίμην
Praecessit v. 212.

Ἔσσομαι ὀλκὰς Ἔρωτος.

Ut adeo observare hic liceat conjunctionis modorum diversorum inlustre exemplum, cujus rei ex utriusque Linguae auctoribus exempla nonnulla adponere, quia docti etiam ad haec offendunt, operae erit. Sic igitur Orpheus Argon. v. 767.

Ἦέγ' ἐπ' Αἰήταο μόλῃ δόρυ οἷος ἀπ' ἄλλων,
Μειλιχίοις στέρξῃτε παρεμφάμενος ἐπέεσσιν·
Ἢὲ μεθ' ἡρώεσσι ἢ ἐς μόθον ἀντίκα λεύσει.

Herodotus lib. 1. cap. 53. ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, ἢ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν σφι θείοιτο φίλον, ita hoc loco, & paulo post edidit Doct. Jac. Gronovius p. 811.

pro πεφθίνται. optime. Josephus Antiq. Jud. 1. 19. §. 3. ἢ ἐυχὴν ποιεῖται θύσειν ἐπ' αὐτῶν, εἰ κτησάμενος βίον ἀπαθὴς ἐπανίοι, ἢ τῷ θεῷ δεκάτην τῶν πεπραγμένων ποιήσεται, ὅτως ἄυθις ἀφικόμενος. Achilles Tatius lib. 1. pag. 33. ἐγὼ ὃ πρὸς τὴν Κλειτοφῶν καταλέγω μὲν τὸ δεῖγμα πῶς ἐγένετο, πῶς πάθοιμι, πῶς ἴδοιμι. Vid. lib. 7. p. 425. lib. 2. p. 143. ita lib. 1. p. 35. τί λέγω; τί ποιῶ; πῶς ἂν τύχοιμι τῆς ἐρωμένης; supra ipse Musaeus v. 204.

Εἰ πνοὴ καφλάζοιτο, ἢ ἄπλοον ἔσκε θάλασσα.

Nec rarius Latinis conjunctio neglecta. Propert. 3. 3. 47.

Tum mihi naturae libeat perdiscere mores,
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua venit exoriens, qua deficit: unde coactis
Cornibus in plenum menstrua Luna redit.
Unde salo superant venti: quid flamine captet
Eurus, & in nubes unde perennis aqua.
Si ventura dies, mundi quae subruat arces,
Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas.
Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi
Solis & atratis luxerit orbis equis &c.

Virgilius Ciri v. 47.

Impia prodigiis ut quondam exterruit amplis
Scylla, novosque avium sublimis in aere coetus
Viderit: & tenui conscendens sidera penna
Coeruleis sua tecta supervolitaverit alis.

v. 310.

Tum, mea alumna, tui tum spes integra maneret,
Et vox ista meas nondum violaverat aures.

Adde notatu dignissimum locum Culic. v. 57. & seqq. Georg. lib. 1. v. 155.

Quod

Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aves, & ruris opaci
Falce premes umbras, votisque vocaveris imbrem.

Claudianus de R. P. lib. 1. 25.

Vos mihi ſacrarum penetralia pandite rerum,
Et veſtri ſecreta poli, qua lampade Ditem
Flexit Amor, quo ducta ferox Proſerpina cantu
Poſſedit dotale Chaos; quantasque per oras
Sollicito genetrix erraverit anxia curſu
Unde datae populis leges, & glande relicta
Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Vid. & Auctor Prologi lib. 27. Trogi Pompeji: omnino Sidonius Carm. XI: 75. & ſeqq. Multus eſt in his Hyginus. ita fab. 148. *Id Sol cum Vulcano nunciaſſet, ille eos nudos cubantes vidit, deos omnes convocavit.* pro *vidiſſet.* ibi Confer Munckerum, ut & Diſſertationem egregiam Hygino praefixam pag. 5. ubi inter alia hoc argumento ſtribliginem ſcriptoris oſtendit, qui tamen, mea quidem ſententia, tot optimorum ſcriptorum exemplis non difficulter excuſari poterit, quamvis barbaro ſcriptori nullo caeteroquin modo patrocinari coner. Non tamen neceſſe, ut locum citatum ita capias, cum poſſis longe conmodius copulae defectum ſtatuere poſt *Vidit*, non vero poſt *nunciaſſet*, quod Munckerus cum Scheffero vult, quorum hic *que* intrudit ſiniſtra liberalitate. Sic Fulgentius Myth. lib. 2. cap. 1. Freculphus in Carm. Hexam. ad Eliſacharum v. 15.

Quas dederint clades populis civilia bella.
Triverit externas gentes infanda cupido,
Quos caſus tribuit regnis improvida cura.

Poſt tot exempla mirari ſubit Eruditiſſimum Wit-

hoſium in Specim. Gunth. p. 55. in Horatio Carm. lib. 1. Od. 8.

Lydia dic per omnes
Te Deos oro, Sybarin cur properes amando
Perdere; cur apricum
Oderit campum patiens pulveris atque ſolis;
Cur neque militares
Inter aequales equitat Gallica nec lupatis
Temperat ora frenis.

Verſu 4. pro *oderit* emendare *Deſerit*, quod acutum quidem, ſed minime hic neceſſarium, praecipue cum ipſe Horatius lib. 4. 10. 1. haec ſpreverit:

O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens,
Inſperata tuae cum veniet pluma ſuperbiae:
Et quae nunc humeris involitant, deciderint comae.

Priſcianus *oderit* pro indicativo habens riſune an lacrimis dignus, haereo. Dubito an non defendi hinc poſſit vulgata Statii lectio lib. 4. Sylv. 1. v. 23.

Aſpicis, ut templis alius nitor, altius aris
Ignis, & ipſa meae tepeant tibi ſidera brumae.
Moribus atque tuis gaudent turmaeque tribusque,
Purpureique patres, lucemque a conſule ducit
Omnis honor.

Ubi Eruditiſſimus Marklandus emendat *Faſcibus ecce tuis*, mutatione ſane enormi, cum ſi poſt *brumae* vulgatam diſtinctionem tollas omnia cohaerebunt. quod objicit *atque* neminem ita poſuiſſe nec adfirmare nec negare auſim, ſed, ſi vel verum, facilior pateret emendatio *inque tuis gaudent*. ſic verbo *Laetari* uſum eſſe Ciceronem vel Lexica docent;

cent; permutari autem voces patet ex lib. 5. 1. 140.

Aeternae modo qui ſacraria genti
Condidit, inque alio poſuit ſua ſidera caelo.

Ubi Codex Roman. *atque*. Altera objectio eſt *moribus* hic locum non eſſe, cum per totam Eclogam agat non de vita privata, aut cenſoris officio, ſed conſulatu. Sed & mores ducum principumque memorari quis neſcit? ita Claudianus in 1 Conſ. Stil. lib. 1. 167.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum;
Utque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

Quidni & conſulis? quidni adeo mores memorantur, quod conſulatum optime geſſerat ſemper? quod pacem conpoſuerat, ut liquet e v. 13.? quod tandem votis curiae reſpondens & victus lacrimis recepterat conſulatum, ut patet e v. 9. & v. 34.? Quidni, etiamſi toto carmine, quod breve eſt, de conſulatu agit, hic verbum de moribus facere poſſet? Quidni Marklando regerere poſſem, Poëtam in carmine extemporaneo omnia tam accurate non diſpoſuiſſe, praecipue cum ipſe Vir Cel. tam turpem ſui oblivionem in verbis paulo poſt ſequentibus ei inpingat? Nihil etiam forſan mutandum lib. 4. Sylv. 4. 56.

At tu ſi longi curſum dabit Atropos aevi,
(Detque precor!) Latiique ducis ſic numina pergant &c.
Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes.

Ubi Marklandus contra Codices legit *ſi numina pergent*, quod non neceſſe; ut nec emendatione Rittershuſii probata Withofio Specim. Gunth. p. 70. in Gunthero Ligur. 3: 429.

Si te cura mei tangat, ſi gratia fratris
Ulla movet.

Ubi legunt *tangit*, opus eſt, quamvis in minutis hisce quemque ſuo judicio frui facile patiar. Hinc apud Boëthium de Conſ. Philoſ. 4. 6. pro *Hoc tantum perſpexiſſe ſufficiat, quod naturarum omnium proditor Deus, idem ad bonum dirigens cuncta diſponit: dumque ea, quae protulit, in ſui ſimilitudinem retinere feſtinat, malum omne de Reipublicae ſuae terminis per fatalis ſeriem neceſſitatis eliminat.* legerem libenter *eliminet* cum MS. Ritterſh. & Edit. Norimb. apud Sitzmannum, nec non MS. Putſchii, & CD'O. quamvis & in hoc *diſponat*, minus recte. alibi lib. 3. cap. 8. *Quid enim? pecuniamne congregare conaberis? ſed eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? danti ſupplicabis; & qui praeire caeteros honore cupis, poſcendi humilitate vileſces. Potentiamne deſideras? ſubjectorum inſidiis obnoxius periculis ſubjacebis. Gloriam petis?* (*petas* MS.) *ſed per aſpera quaeque diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptariam vitam degas? ſed quis non ſpernat* &c. Miror quoque in Fulgentii Myth. 3. 6. p. 116. pro *Sed quia haec ſaturantius Apulejus pene duorum continentia librorum tantam falſitatum congeriem enarraverit & Ariſtophontes Athenaeus in libris, qui Dyſareſtia nuncupantur, hanc fabulam enormi verborum circuitu cupientibus prodidit.* quod defendunt 6 edd. & Beroald. Munckerum probare Cod. Leid. ſcripturam, quae habet *enarravit*, corrupte procul dubio per omiſſam lineolam vocibus ſuperponi ſolitam. Mire etiam, re hac non percepta, turbatum in Flor. 2. 15. §. 3. *ſed hujus cauſſa belli, quod contra foederis legem adverſus Numidas quidem ſemel paraſſet claſſem & exercitum, frequens autem Maſſiniſſae fines territabat.* ſed recte vulgatam lectionem Terentii auctoritate tuitus

Doct.

Doct. Dukerus contra Tollium *attrectaret* legentem, aliosque; inmerito vero de phrasi *territare fines* dubitavit. ita enim Statius lib. 4. Sylv. 6. 99.

Hic tibi sollemni memorabit carmine, quantus
Iliacas, Geticasque domos, quantusque nivalem
Stymphalon, quantusque jugis Erymanthon aquosis
Terrueris, quem te pecoris possessor Iberi,
Quem tulerit saevae Mareoticus arbiter arae.

Virgilius Æneid. lib. 6: 802.

Nec vero Alcides tantum telluris obivit;
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

Ubi *Lerna* pro hydra Lernam incolente ponitur, quod & Servius animadvertit: *Pro Hydra paludem ipsam posuit.* Non raro enim ipsa loca ponuntur pro hominibus, bestiis &c. ea habitantibus. Mirari vero maximo subit opere, Cel. Marklandum, qui in Virgilii erroribus aquila acutius cernit, cum in notis ad Statium emendationem licet malam, de quo alibi, tentet, nihil in verbis his Poëtae animadvertisse, cum tamen, salva reverentia, qua summum vatem veneror, sententia hic surgat non nimis egregia. Augustum enim Caesarem laudaturus ob victorias, quas adeptus, cum victricia signa per orbem circumtulisset, & imperium protulisset super Garamantas & Indos aliasque gentes dissitas, conparationem instituit cum Hercule, quem ipso minorem facit, quia tot regiones non obivit, Arcadiam scilicet solam, in qua haec omnia contigerunt. An praeter Arcadiam nulla loca invisit Hercules? id nemo, sat scio, dicet, cum ipse Geryonis exstincti meminit lib. 7. 652. lib. 8. 202. Cacique eodem loco, cum decantatissimam Argonautarum in Colchos expeditionem, cujus

cujus ipſe pars magna fuit, cum iter in Africam nemo ignorat. Quisquamne igitur adeo plumbeus, ut negare poſſit, comparationem multo fuiſſe auguſtiorem, elegantiorem, & doctiorem, ſi ſcripſiſſet: Alcides tantum telluris non obivit ac Auguſtus, licet peragraverit totum, qua patet, fere orbem, Hiſpaniam, Africam, Italiam, Arcadiam, Colchosque iverit &c. Sed in viam. conjunguntur & caſus diverſi non raro a Scriptoribus. Orpheus Argon. v. 115.

Παίδεσιν ἠδὲ τοκεῦσιν ἐπὶ φρεσὶν, ἠδὲ νόοιο.

Boëthius de Conſ. Philoſ. 3. 8. v. xi.

Quae gemmis niveis unda feracior,
Vel quae rubentis purpurae.

Qui locus pulcherrime tuetur conjecturam noſtram, vel potius antiquam lectionem in Ovidio Amor. lib. 2. 16. 8.

Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis:

Quam cum ineptam varietatem vocat Marius, nugatorum coryphaeum facile ſe oſtendit, & glandem veſci frugibus relictis adſuetum. Quam venuſta quaeſo lectio *Cerere---uvis*, quae tamen Gryphio & Berſmanno quoque probare ſe potuit? Hodie edunt

Terra ferax Cereris, multoque feracior uvae:

Si ex libris melioribus, non inprobo, ſed monere tanti fuiſſet. ita tamen *uvae* fere tertium caſum putarem. idem Boëthius 1. 1. *adſtitiſſe mihi ſupra verticem viſa eſt mulier, reverendi admodum vultus, oculis ardentibus, & ultra communem hominum valentiam perſpicacibus, colore vivido, atque inexhauſti vigoris.* Avienus Progn. P. 119.

Nim-

Nimborum expertes & tempeſtatibus atris.

Vid. Vir Doctus in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 277. Quod Voſſius ad locum Boëthii ſubintelligi *cum oculis* excipit de Conſtruct. cap. 67. parum me moratur. Tu vide Perizon. ad Sanct. Minerv. lib. 3. cap. 14. p. 479. ubi exempla pauca dat.

225. Παννυχίδας δ' αἰνύσαιλες κ. τ. λ. Scinduntur hic in partes Interpretes quorum ſententias hic referam. Kromajerus rejectis aliis putat haec verba intelligenda de primo Leandri cum Herone concubitu, idque ipſa verba docere. Amplecterer, niſi vehementer obſtare putarem, ut jam olim recte animadvertit Pareus, quod Poëta demum v. 272. canat;

Ὁ δ' αἰυτίκα λύσαλο μίτρην.

Quae verba de primo concubitu omnino intelligenda docet locutionis uſus apud omnes fere ſcriptores uſitatus, de puellis virginitatem amittentibus, non vero, quod ſcio, de alio concubitu cum virum jam paſſa. Homerus Odyſſ. XI. v. 244. de Tyro a Neptuno compreſſa, quem locum reſpicit Auctor Vitae Homeri pag. 296. Ἀπὸ ἧς ζώσης λυθεὶς τὸ ἀκόλυθον.

Λῦσε ἧς παρθενίην ζώνην.

Ἀκολυθεῖ γὰρ ζ τῷ τὸ διεκόρευσεν. Sic alii plures. Si vero Muſaei verba de zona ſoluta non capienda, ſed Veneris valido nodo perrupto, quod tamen minime cenſeo cum Viro Docto apud Kromajerum, qui ipſe nihil reponit iſti explicationi, ſatis valide hanc ſententiam evertunt, quae latius deducere non eſt animus. Praeterea incredibile Poëtam tanto adparatu ad deſcribendas nuptias haſce uti voluiſſe, quantum ab his fere verſibus ad v. 282.

282. inſtruxit, ſi jam eas feciſſent in templo Veneris, quo, ſi non omnes, magnam tamen ſequentium verſuum partem conmodiſſime transferre ipſi integrum erat. Nec id cadere videtur in Muſaeum, ut in tantas anguſtias ſe conjiceret, unde pedem tuto referre operis lex vetabat; modo enim unum hunc verſum omiſiſſet praecedentia ſequentibus firmiter cohaererent, ſi ſcripſiſſet

Ἀλλήλων δ' αἰέκοντες κ. τ. λ.

Quid? Ovidius, cui pleraque debet noſter, ut vel hic conferenti deſcriptionem itineris prima nocte inſtituti apud illum, & nuptiarum apud hunc patebit, videtur diſerte confirmare v. 272. primum concubitum initum ſignificari. ita enim Leander ep. 18. 53.

Interea dum cuncta negant ventique fretumque,
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens (namque eſt meminiſſe voluptas)
Cum foribus patriis egrcdiebar amans.

Hinc totum iter refert & de concubitu tandem v. 105. addit:

Caetera nox & nos, & turris conſcia novit,
Quodque mihi lumen per vada monſtrat iter.
Nec magis illius numerari gaudia noctis,
Hellespontiaci quam maris unda poteſt.

Anne credibile laetitiam hujus noctis adeo amatorem praedicaturum cum majoris in templo perceptae ne verbo meminit? ſi quis incredibile putet, cum res in vado eſſet, non ſtatim nuptias factas, facilis reſponſio ob ſeram jam noctem viſum fuiſſe rem in conmodiorem locum & tempus differre; juvat verſus ſequens, ubi ſtatim additur:

Ἀλλή-

Ἀλλήλων ἀέκοντες ἐνοσφίσθησαν ἀνάγκῃ.

Nimis forte audax etiam facinus Leandri habendum, qui Veneris ſacerdotem ſub Deae oculis vitiare auſus fuiſſet, nec adeo omnem ſtatim decoxiſſe pudorem Hero cenſenda. Venerem quidem Virginibus non gaudere amator v. 144. perſuadere puellae voluerat, ſed ipſa non mitius, ac alia numina, de quo Vid. Animadv. ad v. 31. vindicabat virginitatem non inlibate ſervatam, ſi fides Servio ad Virgil. Æneid. 3. v. 23. ubi refert Myrenen quandam a juvene divite ambitam, urbe depopulata a latronibus abreptam ad ſuos refugiſſe; juveni autem ob latrones detectos captosque datam poteſtatem a populo, *ut virginem, quam amaverat, in matrimonium duceret, ob quam rem irata Venus illum mori fecit, virginem autem in Myrtum arborem vertit, eique, quod ſacerdos fuiſſet, praeſtitit, ut perpetuo, & ſuavi odore gauderet.* Paenae enim loco a Diis delinquentes in arbores, aves &c mutari, vel ex Antonino Liber. ubi ad faſtidium usque idem exitus recurrit, nemini ignotum. Pareus de ſola conteſtatione capit, atque ita Papius, qui vertit:

Gaudia dein noctis pacti, vigileisque hymenaeos.

Aliter Whitfordus:

Furtivum interea cupidi certamen amoris
Perficere, abſcedunt (invitus uterque.)

Videtur hic reſpexiſſe ad ſignificationem verbi ἀνύω, qua capitur aliquando pro *feſtino, feſtinanter quid perficio.* Magis adrideret haec interpretatio, ſi Muſaeus ſcripſiſſet ἀνύσαντες, niſi velis Aoriſtum 1. poni pro futuro, ut apud Callim. Hymn. in Del. v. 204. ἐφύλαξα, Scholiaſtes explicat ἀντὶ τοῦ φυλάξω, ubi

ubi plura dabit Illuſtr. Ez. Spanhemius, quod tamen nullo modo placet. Florens Chriſtianus:

Mox perfectis inſomnibus horis
Pervigilis ſacri.

Quae verbis Poëtae non clariora. Alium cepiſſe de *ſacris Veneris in templo ejus peractis* refert Kromajerus, ſed linguae genium refragari. Dubium quid voluerit. An peracta ſacra quae fieri debebant hoc feſto Seſti a ſacerdote? an quae Leander & Hero Veneri nuptias inituri remotis arbitris adferebant? ſed haec parvi momenti. Si vero Kromajerus locum aliter ceperit, ut fere ex verbis ejus ſatis obſcuris nunc deprehendere mihi videor, dum cenſet verba Muſaei ad v. 231. elegans emblema Poëticum continere, quale infra a v. 274. ad 283. interrupto venuſte filo orationis & poſt connexo, partes inpleſſet ſuas, ſi tam inſipidi emblematis, & interruptionis, ut ego puto prorſus ſine ullo exemplo, dediſſet exempla, nam illud e Muſaeo petitum tantum differre

Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano,

nemini, qui loca contulerit, ullum dubium ſupereſſe poterit, ut demirari adeo ſubeat cuiquam tam contortam explicationem adridere potuiſſe. Ego, donec major lux adfulgeat, Parei & Papii ſententiam amplectar.

CAPUT XIX.

Omnia tarda videntur amantibus dilectis potiri ocyus cupientibus. Emendatus Nonnus. Καὶ *ut & Latinorum & vel que pro ſed ponitur. Emendatus Alciphron, & tentatus. Voces ejusdem vel adfinis ſignificationis ſaepe conjungi probatur. Auſonii & Ovidii lectio adſerta.* Δοκεύειν *obſervare de venatoribus, piſcatoribus aliisque uſurpatur. Venus mari nata mare navigantibus favet. Imperium in*

mare

mare variis Diis adtribuunt veteres, quos invocare, &, si liberarentur, vota iis solvere solebant laborantes. Non solis Diis patriis, sed & praesidibus locorum, ad quae rejecti, a navigantibus vota soluta contra Servium docetur. Antiqua Virgilii lectio probata. Sacer cum casu secundo constructum. Aras peracta feliciter navigatione in litore & ripis Diis erigebant. Sacrificia etiam faciebant navi se committentes. Inlustrata elegans Musaei locutio. Αὐτόματος *pro* ἑαυτὸς *& vicissim, ut & ipse pro sponte. Defensus Claudiani locus contra Heinsium, aliaque. Vocis* μοχλὸς *varius usus. Callimachus bis adsertus contra Bentlejum, aliosque.* χρᾶϊς σποδιῇ σιβῇ, *pro* νίφετῷ, σιβῇ. *Arta custodia tenebantur mulieres virginesque in Graecia, aliisque locis. Diversis tamen institutis utebantur Lacedaemonii. Mos nuptias ineundi apud Lacones mirus, an semper obtinuerit. Defensa lectio Propertii contra Broekhusium. Timor puellae est timor pro puella.* Πᾶς *pro* ὅλος, *omnis pro totus & vicissim ponuntur. Rejecta Wolfii explicatio in epistola Jacobi. Veteres antequam cubitum irent oleo se ungebant. Rejecta Schacchi explicatio in Cantico Solomonis. Leander mari se commissurus oleo membra tinguit ex sententia Ovidii, at ex Musaei postea. Sine veste dormire veteribus non insolitum, aliaque.* Ἅλις ὕδωρ *pro* ὕδατος.

231. Πολλάκις ἠρήσαντο μιλεῖν θαλαμηπόλον ὄρφνην.

Egregie ardentissimum amantium adfectum suavissimo amplexu ocyus frui desiderantium, adeo ut omnia ipsis tarde videantur, more Poëtis, aliisque harum deliciarum peritis Scriptoribus usitato, exprimit. Infra v. 288.

Πολλάκις ἠρήσαντο κατελθέμεν ἐς δύσιν Ἠῶ.

Ita Nonnus lib. 7. p. 218. l. 10.

Καὶ νυχίης ἐθέλων Σεμέλης ἐπιβήμεναι εὐνῆς
Εἰς δύσιν ὄμμα τίταινε, πότε γλυκὺς ἕσπερος ἔλθῃ·
Καὶ δολιχὴν Φαέθοντος ἐμέμφετο δείελον ὥρην.

Ka v. 15.

> Ζηλήμων φχέθων με βιάζεται, ἢ ῥὰ ϗ αὐτὸς
> Ἱμείρεις Σεμέλης, ϗ ἐμοὶ ποθέοντι μεγαίρεις.

Vix ullum mihi dubium, quin ſcribendum βιάζεαι, cum omnia in ſecunda perſona efferuntur, quae minus venuſte certe hic mutaretur. Ceterum confer lib. 33. p. 832. l. 27. aliisque locis. Claudianus de Nupt. Honor. & Mar. v. 14.

> *Incuſat ſpes aegra moras, longique videntur*
> *Stare dies, ſegnemque rotam non flectere Phoebe.*

Longus Paſt. lib. 2. p. 38. de Daphnide & Chloë: ἐπιθυμῶσιν ἀλλήλων ὀφθῆν. διὰ ϗτο θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι τὴν ἡμέραν. ita p. 52. αὖθ' εὐχόμενος μὴ ἄνθις τὰς Νύμφας ὄναρ ἰδεῖν, εὐχόμενος ϗ τὴν ἡμέραν γενέσθαι ταχέως, ἐν ᾗ Χλόην ἐπηγγείλαντο αὐτῷ. Νυκτῶν πασῶν ἐκείνη ἔδοξε μακροτάτη γεγονέναι. Ariſtaenetus lib .1. ep. x. p. 72. ἅπαντα δ' ἂν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀνεντίῳ· ϗ ὅτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι, ὅτε νύκτα βραχυτέραν τ νυκτὸς ἐκείνης. Xenophon Epheſius lib. 1. p. 10. βραδύνειν ϗ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ ϗ Ἀνθίᾳ. ad quem Vir longe Eruditiſſimus in Obſerv. Miſc. Vol. X. p. 206. locum Ariſtaeneti jam laudavit.

233. Καὶ ἑ ποθέοντι Λεάνδρῳ· Recte vertunt *ſed* ſignificatione non admodum rara, ſed aliquando minus intellecta. V. Nonnum lib. 15. p. 414. l. 27. p. 422. l. 20. ubi male vertunt. Longus Paſtor. lib. 2. p. 42. ibi P. Moll. Notari haec fere indigna, niſi ſic locum Alciphronis deformi macula turpatum priſtino nitori reſtituendi daretur occaſio. reperitur is lib. 1. epiſt. 40. p. 194. epiſtolam, quia brevis, adſcribam integram. ΦΙΛΟΤΜΕΝΗ ΚΡΙΤΩΝΙ. Τί πολλὰ γεγράφων ἀνιᾷς σεαυτόν; πεπήκοτά

τα

πᾶ σοι χρυσῶν δεῖ, ἢ γραμμάτων ἀ δεῖ. εἰ μὲν ἔν φιλεῖς, δός. εἰ ὃ φιλαργυρεῖς, μὴ ἐνόχλει. Ἔρρωσο. PHILUMENA CRITONI. *Quid multa crucias te ipsum? quinquaginta aureis nummis opus est, literis vero nihil opus est. Si igitur amas, da; si autem avarus es ac tenax, ne sis molestus. Vale.* Quin hic scribendum πεντήκοντά μοι χρυσῶν δεῖ, *quinquaginta aureis nummis opus est mihi* nullum mihi dubium, neque esse posse adtendenti serio lectori persuasissimus sum. Qualis enim haec locutio σοι χρυσῶν δεῖ pro nummos aureos mittere debes mihi? Non pejus etiam scriberetur, si quid video, ἀνιᾷς ἑαυτὴν *scribendo me enecas*, locutione erudita, & ab aliis dudum inlustrata. Sed quia emendatio minus necessaria, & longiuscule a vulgata lectione discedens, vulgatae non anteponerem. Ceterum ut Graecorum ἢ, sic & Latinorum *&*, vel *que* pro *sed* aliquando occurrit, quod unico exemplo duntaxat confirmabo Boëthii de Cons. Phil. lib. 3. Metr. X. v. 7.

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus urbi,
Candidis miscens virides lapillos,
Illustrant aciem, magisque coecos
In suas condunt animos latebras.

Memini id minus perspectum fraudi aliquando fuisse Viris Doctis.

235. Ἀγγελίην ἀνέμιμνε φαεινομένων ὑμεναίων,
Μαρτυρίην λύχνοιο πολυκλαύτοιο δοκεύων.

Notari possunt voces ἀνέμιμνε & δοκεύων uno loco, quamvis eandem habeant significationem, a Poëta positae, quod probum censeo & auctoritate bonorum Scriptorum non raro voces ejusdem vel adfinis admodum significatus sociare solitorum,

quicquid alii diſſentiant, poſſe muniri. ſic enim Ovidius Metam. lib. 2. 1.

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis.

Virgilius Ecl. 10: 67.

Nec ſi cum moriens alta liber aret in ulmo.

Georg. lib. 4. 425.

Jam rapidus torrens ſitientis Sirius Indos
Ardebat.

Æneid. lib. 2: 458.

Evado ad ſummi faſtigia culminis.

v. 483.

Apparet domus intus, & atria longe pateſcunt.

Lib. 8: 221.

Aerii curſu petit ardua montis.

Ita aliis locis plurimis, quae convaſare piget. Boëthius de Conſ. Philoſ. 2. 5. 25.

Sed ſaevior ignibus Aetnae
Fervens amor ardet habendi.

Heroid. Epiſt. 18: 89.

Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi.

Hinc patet infirmam eſſe conjecturam Viri Eruditiſſimi in Obſerv. Miſc. Vol. X. p. 184. propoſitam in Auſonii Moſell. v. 186. qua pro

Sed non haec ſpectata ulli, neque cognita viſu.

Reſcribendum jubet *cognita ab uſu. cognoſcere viſu* occurrit apud Claudianum de R. P. lib. 1. v. 159.

&

& alibi. Inmerito quoque Marklandus miratur locum Statii lib. 2. Sylv. 5. 30.

Unius amissi tetigit jactura sodalis.

Quamvis idem fere dixisse Ovid. Met. 9. 98. fateatur. Hinc in Ovidio Heroid. epist. 18: 211. pro

Nec faciam surdis convicia fluctibus ulla:
Triste nataturo nec querar esse fretum.

Summo Burmanno *flatibus*, ne bis idem dicat Poëta, legenti adsurgere nequeo, praecipue cum ipse Naso epist. 19: 83.

Quid tamen evenit, cur sis metuentior undae?
Contemtumque prius, nunc vereare, fretum?

Addi velim, quae notavit Doct. Jac. Gronovius ad Herod. lib. 1. cap. 59. p. 814. quibus junge cap. 48. οἴχοντο ἀπιόντες ἐς τὰς Σάρδις. Achillem Tatium lib. 1. p. 61. nec non Munckerum ad Anton. Liber. cap. 1. & Elegantissimum Juvenem Horatium Vitringam Animadv. ad Vorst. p. 343. qui dudum hoc docuerunt. Nec tamen necesse, ut hunc Musaei locum ita capias, cum commode cum Doct. Rövero δοκεύων *observans* verti posset, qui notat verbum proprie poni de venatoribus feras oculis notantibus, quomodo usus Nonnus lib. 5. p. 156. l. 29.

Πολλάκι δ' ὑψιπότητον ἐπιθρώσκοντα δοκεύων
Παίδαλιν ἐτρήνιζεν.

Lib. 46. p. 1192. l. 1.

Οὐκ εἰμὶ λέων, ὁ θήρας δοκεύεις.

Verba sunt Penthei ad matrem furibundam. Eleganter etiam de piscatoribus usurpatur pisces hamo

praecipue captantibus. Heſiodus Sento Herc. v. 213.

Αὐτὰρ ἐπ' ἀκταῖς
Ἧστο ἀνὴρ ἁλιεὺς δεδοκημένος.

Theocritus Idyll. 21: 42.

Καθεζόμενος ἢ δοκευον
Ἰχθύας.

Idyll. 9: 25.

Τήνῳ ἢ ϛρόμβω καλὸν ὄϛεργον, ὃ κρέας αὐτὸς
Σιτάθην, πέτεϱσιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκεύσας.

Ubi Scholiaſtes: ἀγρεύσας μετὰ σκεψέως. De aucipe aves venante in arbore Bion Idyll. 2: 6.

Τᾷ ϗ τᾷ τ' Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευεν.

Hinc ad varia transfertur. de Cerbero ante infernas domos excubante Heſiodus Θεογ. 772. de juvenibus formam puellae diligenter veſtigantibus ſaepe Nonnus, de Diis res humanas reſpicientibus idem ſaepe, v. gr. lib. 7. p. 202. l. 19.

Ζεῦ ἄνα ϗ σὺ δόκευσε κατηφέος ἄλγεα κόρμυ.

Ubi puer levi opera corrigendum δόκευε videt.

249. Ὅτι Κύπεϱις ἀπόσπορός ἐϛι θαλάϛης; Eodem argumento utitur Thalaſſeros apud Alciphr. 1. epiſt. 19. ϗ ἄλλως ἡμῖν τὸ ἐϱᾶν συγγενὲς τ' θαλαττίας θέᾳ τεκμήϱιον τοῦτο τὸ παιδίον. ἡμέτεϱος ἂν εἴη πϱὸς μητϱὸς ὁ Ἔρως. ubi Poëtae locus non fugit Diligent. Berglerum. Venuſte etiam Melito apud Achillem Tatium lib. 5. p. 315. Θυγάτηϱ Ἀφϱοδίτη θαλάϛης· χαιϱούσῃ τῇ γαμηλίῳ θεᾷ, τιμήσομεν αὐτῆς γάμῳ τ' μητέϱα. Debet autem Muſaeus ſua Ovidio Heroid. ep. 19: 159.

Quod

Quod timeas non eſt, auſo Venus ipſa favebit,
Sternet & aequoreas aequore nata vias.

Perverſe enim Pareus inventionem Muſaeo tribuit. ſi totum locum perpendas videbis & ipſum reſpexiſſe forte Nonnum lib. 1. p. 12. l. 29.

Καὶ Διὸς ὑδατόεντι διεσυμένῳ πόρον ἁλκῷ
Οὐ πόθεν ἔσβεσε πόντος, ὅτι βρυχίην Ἀφροδίτην
Οὐρανίης ἄδινεν ἀπ' ἄυλακος ἔγκυον ὕδωρ.

Clarius lib. 4. p. 118. l. 12.

Μὴ τρομέεις ἁλὸς οἶδμα βαρύδρομον, ὅττι σαώσει
Εἰν ἁλὶ φόρτον Ἔρωτος ἁλὸς θυγάτης Ἀφροδίτη.

Totus autem fere verſus ex lib. 35. p. 876. l. 7.

Ἰνδώην ἱκέτευεν ἐρυθρείην Ἀφροδίτην,
Εἰσαΐων, ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης.

2ᵈᵒ. Καὶ κρατέει πόντοιο. Jus in mare variis Diis tribuunt veteres, qui laborantibus & tempeſtate diſjectis ſuccurrere non raro invocati, atque ideo honore a liberatis adfici ſolebant. Nonnuslib. 9. p. 254. l. 10.

Λευκοθέη περιτέρσα χυτῆς κληῖδα γαλήνης
Εὐπλοίης μεδέουσα μετ' Αἴολον. ἐυδιόων δ'
Σοὶ πίσυνος πλεύσειε φιλέμπορος εἰν ἁλὶ ναύτης
Βώμιον ἕνα σήσας Ἐνοσίχθονι ἢ Μελικέρτῃ
Ῥέζων ἀμφοτέροις.

Leucotheae ſoli idem tribuit Orpheus Suffim. p. 170.

Κλῦθι θεὰ πόντοιο βαθυρρείης μεδέουσα,
Κύμασι τερπομένη, θνητῶν σώτειρα μεγίστη.
Ἐν σοὶ γὰρ νηῶν πελαγοδρόμος ἄσατος ὁρμὴ,
Μένη δ' θνητῶν ἀικτρὸν μόρον εἰν ἁλὶ λύσας.

Idem tamen ſequenti ſuffimine Palaemoni adſcribit p. 172.

Ποντοπλάνοις γὰρ ἀεὶ ναυσὶν χειμῶνος ἐναργὴς
Φαινόμενος σωτὴρ μῦνος θνητοῖς ἀναφαίνη.
Ῥυόμενος μῆνιν χαλεπὴν κατὰ πόντιον οἶδμα.

Diis Samothracibus p. 134.

Οἵτε Σαμοθράκην ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες,
Κινδύνους θνητῶν ἀπερύκετε ποντοπλανήτων.

Hecatae Heſiodus Θεογ. v. 412.

Πόρεν ἥ οἱ ἀγλαὰ δῶρα
Μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Apollo apud Euripidem in fine Oreſt. dicit fore, ut Helena olim ſit cum Tyndaridis

Ναύταις μεδέουσα θαλάσσης.

Quem locum adtulit Meurſius Miſc. Lacon. l. 4. Fortunae tribuit Horatius lib. 1. Od. 35.

Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus; te dominam aequoris
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Ubi Acron: *Fortuna enim & aequori dominatur, ita ut a navigantibus invocetur.* Variis ſimul Diis vota ſolvit quidam Lucillius e mari ſervatus in Anthol. 6. 21. 1.

Γλαυκῷ, καὶ Νηρῆϊ, καὶ Γναῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ, καὶ Σαμοθρῃξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Ἀσκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς, ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

A navigantibus etiam advocabatur Ventus, ut apud Rutilium lib. 1. 155.

Pande

Pande precor gemino placatum Caſtore pontum,
Temperet aequoream dux Cytherea ratem.

Ubi V. Burmannus. Statius lib. 3. Sylv. 4. 3.

Ite, dabit curſus mitis Cytherea ſecundos,
Placabitque Notos, fors & de puppe tremenda
Transferet, inque ſua ducet ſuper aequora concha.

Coluthus de R. H. v. 198. de Paride in Graeciam iter moliente:

Καὶ λεχέων ἐπίκυρον ἑφεσπομένην Ἀφροδίτην
Πολλάκις ἀκταίοισιν ἱλασκόμενος θυέεσσιν,
Ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα τιθήνης.

Adde animadverſa Eruditiſſimo Rövero ad h. l. Mitto Nereides, aliasque Divas marinas, Deosque nemini e Poëtis ignotos. Latius haec deducere viſum fuit, ut pateret incertam, imo falſam eſſe Servii obſervationem ad Virgil. Æneid. lib. 12. 768. *Et quaeritur cur terreno Deo nautae dona ſuſpenderent? quia conſtat omnes in periculis ſuis deos patrios invocare, & ideo illis vota ſolvere, quorum familiarius numen ſibi opitulari credant.* Deos patrios utpote notiſſimos ſaepe invocatos, vota etiam illis ſoluta non nego, ſed id de *omnibus conſtare* aperte falſum. Quis enim id credat, cum tot diverſis numinibus, iisque nemini ignotis inperium maris adſcripſerint veteres? Quin diſerta auctorum loca reclamant, e quibus liquidum vota a laborantibus, poſtquam e tempeſtate liberati in litus evaſerant, ſoluta, & ſacra facta fuiſſe Diis praeſidibus locorum, ad quae rejecti. Achilles Tatius lib. 3. p. 167. ἡμεῖς δὲ ὡς ἐὶ δείλην ἐσπέραν τύχῃ τινὶ τῷ Πηλασίῳ προσίσχομεν, καὶ ἄσμενοι γῆς λαβόμενοι τὰς θεὰς ἀνευφημοῦμεν. Verba ſunt Clitophontis Tyrii, ut patet ex lib. 1. p. 11. Sic intelligendus idem lib. 1. p. 3. Ἐνταῦθα ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, σῶρα τὰ

ἔθυον ἐν αὐτῷ τῇ τῶν Φοινίκων θεᾷ· καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην οἱ Σιδώνιοι. Venerem Sidoniis cultam quis neſcit? Xenophon Epheſius lib. 5. p. 79. Κρήτην παρελθὼν ἐν Κύπρῳ γενόμενος ἡμέρας διατρίψας ὀλίγας, ἠξ εὐξάμενος τῇ πατρίῳ Κυπρίων θεῷ. Philocomaſium apud Plautum Mil. Glor. 2. 5. 1.

Inde ignem in aram, ut Epheſiae Dianae lauta laudes
Gratesque agam, eique ut Arabico fumificem odore amoene:
Quae me in locis Neptuniis templisque turbulentis
Servavit, ſaevis fluctibus ubi ſum afflictata multum.

Viden' Epheſiae Dianae mulierem Atticam ſacra facere? ſic intelligendus locus Virgilii lib. 12. 766.

Forte ſacer Fauno foliis oleaſter amaris
Hic ſteterat nautis olim venerabile lignum:
Servati ex undis ubi figere dona ſolebant
Laurenti Divo, & votas ſuſpendere veſtes.

Non enim neceſſe ſtatui Faunum a finitimis e naufragio ſervatis ſolum cultum intelligi. Hoc autem loco legendum putem *Forte ſacer Fauni* &c. non *Fauno*, quod rarius & ideo, ut videtur, repudiatum; ſed ita laudat Servius ad v. 779. & exhibent editiones nonnullae. *ſacer* autem cum caſu ſecundo conſtrui ne Lexica ignorare nos ſinunt. Ceterum in ipſo litore, ad quod navem adpulerant, pro felici navigatione peracta aras erexiſſe Diis patet ex Virgilio Æneid. lib. 3: 403.

Quin ubi transmiſſae ſteterint trans aequora claſſes
Et poſitis aris jam vota in litore ſolves,
Purpureo velare comas adopertus amictu.

Quod & in ripis fluminum obtinuiſſe docet Arrianus

rianus de Exped. Alex. M. lib. 1. cap. 4. p. 11. αὐτὸς ᾧ καταασκάψας ἡ πόλιν θύει τε ἐπὶ τῇ ὄχθῃ ᾗ Ἴσρᾳ Διὶ Ζωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ αὐτῷ τῷ Ἴσρῳ, ὅτι οἱ ἄπορος αὐτῷ ἐγένετο. Mari se commissuros quoque sacrificia Diis fecisse patet ex eodem lib. 3: 118.

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo;
Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Addendus omnino Xenophon Ephesius lib. 1. p. 13. & 14.

252. Ἐῷ δ' ἐσφιγξε καρηνῷ. Musaeus Leandrum suum fingit veste capiti adstricta aequor natare, Ovidius autem vestes ipsum in litore relinquere epist. 18: 57.

Nec mora: deposito pariter cum veste timore,
Jactabam liquido brachia lenta mari.

Sic enim intelligenda videntur ea verba, quod firmant ea, quae infra dicemus ad v. 266.

255. Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόσολος, αὐτόματος νῆυς. Locutio artificiosa & venusta, quam debet Ovidio ep. 18: 147.

Arte egeo nulla: fiat modo copia nandi,
Idem navigium, navita, vector ero.

Ubi *Argo e. n.* legendum contendit Cel. Withofius Spec. Gunth. p. 87. Neque invenuste Nonnus lib. 1. p. 12. l. 32.

Καὶ βοὸς ἀφλοίσβοιο κυβερνήτειρα πορείης,
Κύρη φόρτος ἔην καὶ ναυτίλος.

Simile quid tentat Achilles Tatius lib. 8. p. 499. ὁ ᾧ γενναῖος ἔτος πάντα ἑαυτῷ γίνεται, δῆμος, βουλή, στρατόπεδον, στρατηγός. Sic lib. 4. p. 247. Νεῖλος ὁ πολὺς πάντα αὐτοῖς γίνεται, καὶ ποταμὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ λίμνη· quae non dissimilia sunt istis Xe-

no-

nophontis Epheſii lib. 2. p. 36. ἔλεγεν ἂν πρὸς τὴν Ἀνθίαν, ὡς πάντα ἂν αὐτῇ γένοιτο Περιλάῳ· γυνὴ γὰρ δεσπότις, καὶ παῖδες.

Ibid. αὐτόματος νῆυς. pro αὐτὸς, ut viciſſim αὐτὸς pro αὐτόματος occurrit apud Bion. Idyll. 2. 15: Theocr. Idyll. XI: 12. quem locum imitatum Virgilium monet Dan. Heinſius in Lect. cap. 17. Sic lib. 4. Georg. v. 65. aliique plures. V. Interpretes ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 6. Maximo igitur opere mirari ſubit Nic. Heinſium in Claudiano in Pr. Conſ. Stilich. lib. 2. 22. pro

Hac ipſe magiſtra
Das veniam victis hac exorante calores
Horrificos, & quae nunquam nocitura timentur
Jurgia, contentus ſolo terrore, coërces.

Conjectare poſſe *ſponte*, cum *ipſe* idem notet, multoque ſit venuſtius.

260. Καὶ μιν ἐὸν ποτὶ πύργον ἀνήναγεν. verſu 256. puellam e turre marito lucernam oſtendentem inducit Poëta, & deſcenſu ejus non memorato, hoc verſu ipſum ad ſuam turrim deduxiſſe, nimis certe conciſe. Elegantius, ſi quid video, Ovidius ep. 18: 97.

Te tua vix prohibet nutrix deſcendere in altum:
Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba dabas.
Nec tamen effecit, quamvis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu, feliciaque oſcula jungis:
Oſcula (Dî magni!) trans mare digna peti.

263. Μυχὸς ἐπὶ παρθενεῶνος. eadem locutione uſus Nonnus lib. 6. p. 186. l. 22. qui lib. X. p. 272. meminit etiam Ἐπταμύχῳ θαλάμοιο. Ceterum μυχὸς denotat *penetrale*, & *intimum maxime receſſum alicujus loci*, & ad varia tranſfertur. Heſiodus Θεογ. v. 119. Tartara ponit in μυχῷ χθονὸς. Conf. Orpheus Titan. Suff. p. 134. Idem de Argonautis v. 493.

Οὔνεκα

Οὕνεκα οἱ πλώουσιν ἀνὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον
Ἔνδιος ἀντεβόλησε μυχῷ ἐντοθε γαλήνη.

v. 84.

Ἀξείνου πόντοιο μυχούς.

Hesiodus Θεογ. 1014. meminit μυχῶν νήσων ἱερῶν. Sacrum locum seu antrum ita vocat Callim. H. in Del. 16. ubi V. Spanhemium. ἑπτάμυχον σπέος apud eundem v. 64. λιμένος μυχός apud Orpheum 1303. quod & monuit Pollux 1. 9. 102. ἔστι δὲ τις καὶ χηλὴ λιμένος, καὶ σόμα, καὶ μυχὸς καὶ χείλη· μυχὸν νηὸς dixit Achilles Tatius lib. 2. p. 139. ut sagenae Lucianus in Timon. p. 112. ed. Hemst. δώματος μυχαίτοιο meminit Callim. H. in Dian. 68.

Ὅ᾽ ἢ δώματος ἐκ μυχαίτοιο
Ἔρχεται Ἑρμείης σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ.

Non debuerat H. Stephanus hic emendare κεχαρισμένος, neque id probare Vulcanius; nec Graevius reponere κεχεσμένος, ut nec Rich. Bentlejus κεχαρημένος, cum vulgatam tueatur ipse Poëta epigr. 33. 3.

Στιβῇ καὶ νιφετῷ κεχρημένος.

Quamvis & hic Cel. Bentlejus legat κεχαρημένος; sed quo jure patebit ex loco Herodoti adlegato jam a Cl. Arnaldo Anim. Crit. cap. 12. p. 65. ubi locum priorem Callimachi ipsum pulcre tueri sero video.

Ibid. παρθενεώνος. Id sedulo tota fere Graecia aliisque multis locis agebatur, ut nuptae & virgines a virorum consortio, quantum fieri posset, removerentur; de nuptis testatur Corn. Nepos in praef. *nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet, nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua cogna-*

cognatione conjunctus. De virginum cura anxia nemo est fere quin meminerit; addam inluſtrem locum Achill. Tatii lib. 2. p. 91. unde quam arta cuſtodia concluſae fuerint abunde conſtat: Νεανίσκος ἦν Βυζάντιος, ὄνομα Καλλισθένης, ὀρφανὸς καὶ πλούσιος, ἄσωτος δὲ καὶ πολυτελής. ἔτος ἀκμάων τῷ Σωσθράτῳ θυγατέρα εἶναι καλὴν (ita omnino legendum cum duobus MSS. apud Salmaſium p. 570. non ἢ) ἰδὼν δὲ ἐδέποτε, ἤθελεν αὐτῷ ταύτην γένεσθαι γυναῖκα, καὶ ἦν ἐξ ἀκοῆς ἐρασής. Προσελθὼν δὲ τῷ Σωσθράτῳ πρὶν ἢ τὸν πόλεμον τοῖς Βυζαντίοις ἐμπεσεῖν, ἠτεῖτο τὴν κόρην. Liquet hinc honorato viro & inter ſuos claro Soſtrato, quem p. 93. τὸν πολέμου στρατηγὸν adpellat, filiam & quidem formoſam fuiſſe plane neſciviſſe amatorem, quin nec illo tempore quo nuptias ejus ambiit. Liquet & ex ſequentibus p. 101. ubi Calliſthenes pro Leucippe raptam abſtuliſſe dicitur Calligonen, eam conſpicatus cum matre Leucippes Soſtrati uxore, quam probe norat, cum tamen filiam oculis nunquam uſurparat. Sic & Heſiodus de innupta puella in Ἔργοις v. 520.

Μυχίη καταύλεξεται ἔνδοθεν οἴκου.

Ita recte emendat Cl. Graevius in Add. p. 135. pro μυχίη. Conferri velim adcuratam thalami Leucippes deſcriptionem, curamque anxiam matris ipſius eleganter depictam ab Achille Tatio lib. 2. p. 107. Diverſis vero admodum inſtitutis uſos eſſe Lacedaemonios luculentus teſtis eſt Propertius lib. 3. El. 12. v. 21.

Lex igitur Spartana vetat ſecedere amantes,
Et licet in triviis ad latus eſſe ſuae.
Nec timor, aut ulla eſt clauſae tutela puellae,
Nec gravis auſteri poena cavenda viri.
Nullo praemiſſo, de rebus tute loquaris
Ipſe tuis: longae nulla repulſa morae.

Sic

Sic juvenibus licuiſſe ibi ante nuptias cum virginibus verſari libere ex Agnone Academico apud Athen. lib. 13. monet Broekhuſius, quem locum inquirere nunc non lubet. Difficulter autem haec omnia in concordiam rediges cum Hermippo de Legum latoribus apud Athenaeum lib. 13. p. 555. C. Ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἰκημά τι σκοτεινὸν πᾶσαι συνεκλείοντο αἱ κόραι, συγκλειομένων ἢ τ' ἀγάμων νεανίσκων, ἢ ἕκαστος, ἧς ἐπιλάβοιτο, ταύτην ἀπῆγεν ἀπροῖκον. διὸ ἢ Λύσανδρον ἐζημίωσαν, ὅτι καταλιπὼν ἢ τ' πρεσβυτέραν, ἑτέραν ἐβούλετο πρεσβυτέραν ἀγαγέσθαι. Ex quo loco hunc contractarum nuptiarum ritum fuiſſe etiam docet Meurſius Miſcell. Lacon. lib. 2. cap. 3. p. 109. certe non video cur ipſi ex. gr. de rebus ſuis (nihil enim horum ad nuptias legitimas pertinere non eſt probabile) loquerentur, ſi caecae adeo fortunae connubia permitterentur, niſi ſtatuamus tempore, ut fit, multa in his inmutata. Ceterum miror Doctiſſimum Broekhuſium fateri ſibi vix adparere, quo referri debeat iſtud *timor*, unde aliquando ſe tentaſſe,

Nec timor eſt ulli clauſae tutela puellae.

Ut ſenſus ſit, nullum amatorem timere cuſtodes dominae ſuae, quominus ad eam palam adcedere audeat. Mihi nullum dubium, quin Poëta dicat nullum parentum ſc. vel virorum eſſe timorem pro puella, ipſos non timere puellae, atque arta cuſtodia non continere, ut alias fieri conſuetum. *Timor puellae* eſt *timor pro puella*, quemadmodum Virgilius lib. 2. Æneid. v. 784.

Lacrimas dilectae pelle Creüſae.

Verba ſunt Creüſae maritum orantis, lacrimas ob ſe amiſſam fundere deſiſtat.

264. Καὶ χρόα πάντα πάθηρε. *Et cutem totam abſter-*

ſterſit recte vertunt cum πᾶς pro ὅλος ſaepe poni notum. V. Callim. epigr. 21: 5. & epigr. 47. Achilles Tat. lib. 5. p. 305. Καὶ πᾶν μὲ τὸ πρόσωπον ἐμπίπλησι φιλημάτων. Heſiod. Scut. v. 284. Homero id in more eſſe monet Euſtathius ad Homer. Iliad. X. ἔσι σύνηθες Ὁμήρῳ νοεῖν τὸ πᾶς ἀντὶ ϗ ὅλος. quae verba adduxit Wolfius ad Jacob. ep. 1. v. 17. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, ϗ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐσι, καταβαῖνον ἀπὸ ϗ πατρὸς τ φώτων. ubi πᾶσα δόσις ἀγαθὴ *donatio bona mere* i. e. non niſi donatio bona redditur Raphelio in Annot. ex Polybio, non probante Wolfio, quia πᾶσα *idem eſt quod* πᾶν *proxime ſequens ad* δώρημα; *id vero univerſalitatis notam inferre patet ex addito* τέλειον. Acute! quaſi πᾶν δώρημα τέλειον non aeque reddi poſſet *munus mere perfectum.* Hoc vident etiam illi, qui naris non adeo ſunt emunctae. Sic & *omnis* & *cunctus* uſurpantur ab Ovidio Met. 2. 40. 3. 179. Virgil. Æneid. 1. 233. Culic. 312. & 340. Claudiano de B. Gild. v. 372. ex emendatione Heinſii, aliisque. contra *totus* pro *omnis* uſurpavit Boëthius de Conſ. Phil. 2. 7. *quae quam ſit exilis & totius vacua ponderis, ſic conſidera.* auctor Pervig. Vener. 51.

> *Hybla totos funde flores, quotquot annus adtulit,*
> *Hybla florum rumpe veſtes, quantus Ennae campus eſt.*

Sic & v. 60. Vid. Rivinum p. 105. Nemeſianus Ecl. 2: 57.

> *Quae juga celſa tenes Erycis, cui cura jugales*
> *Concubitus hominum totis connectere ſeclis.*

Ibi V. Cl. Burmannum. Sic & ὅλος uſurpatur Nonno lib. 31. p. 10. l. 19. lib. 30. p. 768. l. 32. aliisque locis.

Ibid. δέμας δ' ἔχεσιν ἐλαίῳ Ἐνόδμῳ, ῥοδέῳ. Reſpicie morem

morem veterum, qui antequam cubitum irent oleo inungi ſolebant, quod conſtat ex Heſiodo in Ἔργοις v. 520. de puella innupta:

Ἔντε λοησαμένη τέρενα χρόα, ϗ λίπ' ἐλαίῳ
Χεισαμένη, μυχίη καταλέξεται ἔνδοθεν οἴκου.

Elegans in hanc rem locus eſt Cant. Cantic. cap. 5. v. 2. quem, quia non intetellectus, longiorem quamvis, adponam: Ἐγὼ καθεύδω, ϗ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ. Φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου κρούει ἐπὶ τ θύρᾳ, Ἄνοιξόν μου ἡ πλησιόν μου, ἀδελφή μου, περιστερά μου, τελειά μου, ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐπλήσθη δρόσου, ϗ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός. Ἐξεδυσάμην τ χιτῶνα μου; πῶς ἐνδύσομαι αὐτὸν; ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς; — Ἀνέῳξα ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου, χεῖρες μου ἔσταξαν σμύρναν, δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρη ἐπὶ χεῖρας ϗ κλείθρου. Multa huc, nec protrita adeo, convaſavit Fortun. Schacchus Sacr. Elaeochr. Myrothec. I. cap. 50. nec non cap. 52. col. 263. ubi rationes a ſponſa prolatas, quod tunicam exuerat, pedesque laverat frivolas vocans Vir Celeb. aliis non intellectam cauſſam ſe inveniſſe putat v. 4. *Surrexi, ut aperirem dilecto meo, manus meae ſtillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* metuiſſe ſcilicet ſponſam, ne maritus ſe deprehenderet nondum plene unguentis & aromatibus curatam, quod, quia adhuc tota in cute tingenda, turpe ducebatur, unde nec ſoccos nec tunicam reſumere licebat. Sed, brevis enim in hiſce refellendis eſſe laboro, interpretationi huic obmoveo v. 2. ubi dicitur ſponſa jam decubuiſſe & καθεύδειν, ut adeo corpus curare, quod ante fieri ſolebat, non amplius potuerit, omniaque haec facillimo negotio ruant, quae tam operoſe ſtructa fuerunt. Muſaeus autem non ineleganter

itinere marino confecto unctum Leandrum ab Herone inducit; erat enim veteribus in more marinis lavacris corpus abluere, ut oſtendit Doct. Feythius Antiq. Hom. lib. 3. cap. 9. p. 252. eam autem lotionem ſequi ſolebat unctio, qua corporis ſpiramenta obſtruerentur, monente eodem p. 254. Alios uſus olei, quia huc non pertinent, ſciens praetereo. Ceterum notari velim, Muſaeum hic a ſuo auctore Ovidio diſſentire, quippe qui, non, ut ille, membra ipſum oleo tinguere, cum mare tranaverat, inque amplexus puellae ibat, verum mari ſe commiſſurum natatorem fingit epiſt. 19: 43.

Jamne ſuas humeris illum deponere veſtes,
Pallade jam pingui tinguere membra putes?

Nec ſine ratione frigidiſſimo ponto ſe commiſſurus natator ita inſtituit.

266. Εἰσέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυῤῥώτοις ἐνὶ λέκτροις,
Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα.

Cum Leander per Helleſpontum natavit veſte capiti adſtricta, eaque procul dubio madefacta fuit, nec verbo Muſaeus notat ipſum ſuam induiſſe iterum, vel cum alia mutaſſe, cum tamen adcurate omnia talia perſequitur, parum abeſt, quin cogitem nudum Leandrum cum ſponſa decubuiſſe & Venereis ſacris operatum fuiſſe; neque enim id adeo rarum. De Candaulis uxore pulcherrima nuda ſodali Gygi oſtenſa notiſſima eſt hiſtoria ex Herod. lib. 1. cap. 18, & ſeqq. Ovidius Amor. lib. 1. El. 5. 17.

Ut ſtetit ante oculos poſito velamine noſtros,
In toto nuſquam corpore menda fuit. &c.
Singula quid referam? nil non laudabile vidi:
Et nudam preſſi corpus ad usque meum.

Diſſen-

Dissentit Ovidius ep. 18: 103.

Deque tuis demtos humeris mihi tradis amictus:
Et madidam siccas aequoris imbre comam.

Nec non ep. 18: 61.

Nunc dare, quae soleo, madidis velamina membris:
Pectora nunc juncto nostra tenere sinu.

Sic ep. 19: 39.

Quid referam, quoties dem vestibus oscula, quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua.

269. Ἄλις νύτοι ἁλμυρὸν ὕδωρ. Locutio Homero prae caeteris usurpata, ut Iliad. Ξ. 122.

Ἄλις ἦ οἱ ἦσαν ἄρωγοι
Πυροφόροι.

Iliad. P. 54.

Οὔθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ.

Iliad. Κ. 340.

Ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις, χρυσόν τε δέδεξο.

Adde Iliad. Φ. 236. Γ. 384. Odyss. Ε. 225. Nonnus lib. 31. p. 798. l. 18.

Οὐχ ἅλις αἴσχος ἐκεῖνο θεοσυγὲς.

Callimachus Hymn. in Jov. v. 84.

Ἐν ᾗ ῥιπφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον.

Recte post alios hanc lectionem tuitus est Inlustr. Spanhemius pro ὄλβῳ.

CAPUT XX.

Λύειν μίτρην, *solvere zonam de puellis virginitatem amittentibus. Inscriptio Philadelphiae reperta bis emendata.* Παρθένος μίτρη *pro* παρθενίκη, *aliaque. Auctor Elegiae in obitum Moecenatis contra Clericium, & Heinsium adsertus. A quibus zona solvebatur?* Λύειν ζώνην *de nubentibus dici male negavit Scriverius. Faber, Pareus & Weitzius per μίτρην sacerdotale capitis redimiculum intelligentes rejecti.* Λύειν μίτρην *de Veneris valido nodo perrupto perperam intellectum. Zona in lecto solvebatur, non antea. Festus leviter emendatus. Non unam fuisse zonam contra Bratunium, aliosque demonstratur. Vossii sententia puellarum pudenda zonis munita rati pluribus adserta. Tentatus Nonnus. Longus defensus contra P. Moll.* Ζῶμα *pro* ζώνη. *Nubiles puellae zonam demum gestabant. Apud Romanos ipso nuptiarum tempore cingulo demum praecinctas puellas contra Scaligerum ostensum. Post concubitum zonas Veneri consecrabant apud Graecos, non Dianae, apud Romanos Junoni Cinxiae. Mulieres etiam Zonam gestasse videntur. Apollonius Rhodius explicatus.* Ἐπινυφεῖον, *Interpres Achillis Tatii reprehensus. Antiquo tempore apud Graecos faces nuptiales a matribus accensas & gestatas; recentiori vero a patribus late contra dissentientes ostenditur. Ritus tamen illas ipsi Auctores confundunt aliquando. Thoros vestibus consternere mos erat.* Νὺξ γαμοστόλος. Πρεῖαν ὑμεναίων, *Emendatus Nonnus. Sacerdotes, Dii, nec non inlustres apud antiquos virgines & mulieres vestibus ad talos demissis utebantur. Nominibus duobus singularibus additur verbum singulare, non semper plurale. Statius & Claudianus defensi. Eleganter Diis inmitibus pristinos amores in memoriam revocant laborantes amatores. Nonnus bis correctus. Perditis amoribus miseri de turribus, rupibus, aliisque locis excelsis se praecipitabant. Saltus viriles ingressa Sappho. Statii locus contra Marklandum adsertus.*

272. Ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην. *solvit zonam.* Onuptias factas significat Poëta locutione honesta, & in hac re usitata & propria. Moschus Idyll. 2. 160.

Αὖτε

Λῦσε δέ οἱ μίτρην, ἢ οἱ λέχος ἔντυνον Ὧρῃ.

Theocritus Idyll. 27. 54.

Φεῦ φεῦ, ἢ τὰν μίτραν ἀπέσιχες, ἢ τί δ' ἔλυσας.

Plutarchus in Lycurgo Oper. Tom. I. pag. 48. ὁ δὲ νυμφίος — ἔλυε τὴν ζώνην. adde dicta superius p. 317. Ἀπολύειν μίτρην occurrit in inscriptione Philadelphiae reperta in caemeterio saxo sepulchrali incisa apud Th. Smithum Sept. Asiae Civit. Notit. pag. 34.

Παρθένος ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὤφλον ἄνθος
Ἔσχεν ἐν ἡμιτέλει πουσάμενον θαλάμῳ.

Versus primus corruptus, & nulli intellectus, facili tamen negotio restitui potest in integrum, si pro ΠΑΡΘΕΝΟΣ legas ΠΑΡΘΕΝΟΥ hoc sensu: *virginis cujus* (Xantippes) *solvit* (Aquila) *zonam, cujus maturum florem carpsit in semiperfecto pereuntem thalamo.* Σ in Υ migrantis exemplum habes v. sequenti:

Τρεῖς γὰρ ἐπ' εἰκοσίοις πολέσσας βίοις ἐνιαύτους.
Tres enim super viginti finivit vitae annos.

Legendum enim pro ΒΙΩΣ videtur ΒΙΟΥ, nisi velis ΒΙΩ. Posses tamen & παρθένον μίτρην pro παρθενίκην, cujus locutionis exempla alii dederunt. ita Sidonius Carm. XI. 17.

Hic lapis est de quinque locis, dans quinque colores
Aethiops, Phrygius, Parius, Poenus, Lacedaemon.

Statius lib. I. Sylv. 5. 36.

Nomasinque metallis.

Ita enim legendum puto pro *Nomadum* ex Ven.

Nomasis scribente, quod nonnullis non displicturum Cel. Marklandus recte conjectavit in Addend. p. 338. V. & ad 3. 1. 89. Claudianus de Nupt. Hon. & Mariae v. 87.

Trabibusque smaragdis
Suppositit caesas hyacinthi rupe columnas.

Ita optime post Gronovium e MSS. restituit Eruditissimus Heinsius. vide & ad lib. 1. de R. P. v. 17. in Eutrop. 1. 342. in Pr. Cons. Stil. 1. 256. ad Ovid. Fast. 4. 362. Adverss. 1. 1. p. 4. lib. 2. cap. 5. p. 239. cap. 9. p. 269, 270. & Not. in Propert. p. 679. Plures referre mora est. Adde tamen Inlustr. Spanhem. ad Callim. H. in Del. 153. sic & locutus Dionysius H. in Nem. post Aratea Oxon. edita p. 51. apud Spanh. ad Hymn. in Del. 107.

Ἐπέχεις ἀδάμαντι χαλίνῳ.

Post tot exempla plorare jubeo Jo. Clericum, qui in Auctore Elegiae in obitum Moecenatis v. 37. pro

Marmora Moeonii vincunt monumenta libelli.

Solito acumine legit *Marmore — monumenta*, scilicet ut obloqueretur Jos. Scaligero, qui *marmora monumenta* interpretabatur *marmorea*: nam Doct. Heinsio Adverss. 2. 5. p. 242. legendum putanti

Marmorea Aonii vincunt monumenta libelli.

Id obstitisse quis credat? ita vero videtur & conjectasse prius Scaliger, qui tamen e MS. lectione *Minaei* felicius eruisse mihi videtur *Smyrnaei*, quamvis vulgata commode servari queat. Ceterum

pro

pro λύειν μίτρην Latini dixerunt *zonam solvere*. exempli gr. Claudianus Fescenn. v. 37.

Et seminudo pectore cingulum
Fortī negatum solveret Herculi.

Catullus Carm. 2. 13.

Quod zonam soluit diu ligatam.

Zonam autem hanc solvere dicitur maritus, ut & ipsa virgo ut apud Claudianum l. c. & alibi. Sed rarius. Unde vero hauserit Scaliger Poëtic. lib. 3. cap. 101. p. 387. cunctanti virgini promneſtriam duobus digitis cingulum solviſſe mihi latet. Liquet autem abunde ex locis adductis e Graecis Scriptoribus falli Doct. Scriverium cum ad Pervig. Ven. v. 26. Latinis *zonam solvere* dici, quae viro traditur: Graecis autem, quae primum parit, notat, cum nihil tritius, quam λύειν ζώνην apud Graecos de nubentibus uſurpari, imo ſaepius quam de parientibus; neque id abſolute tradit Joſ. Scaliger ad Catull. l. c. quem hic laudat Scriverius, cum ipſe Theocriti exemplo id docet, vulgatiorem tamen alterum uſum. Turpius fallitur Petrus Faber lib. 3. Semeſtr. cap. 11. quique ejus *ſententiam omnino veriſſimam* pronunciat Daniel Pareus, nec non Weitzius, rati Muſaeum loqui de ſacerdotali redimiculo capitis, eo quod Hero antea Leandro veſtem ſuam tenenti dixiſſet ſupra v. 82.

Κύπριδος ἤ σοι ἔοικε θεῆς ἱέρειαν ἀφάσσειν.

Eique poſtea Leander reſpondiſſet v. 141.

Κύπριδος ὡς ἱέρεια μιτέρχεο Κύπριδος ἔργα.

Sic tamen ut redimicula mitrae illo ſolvente nuptiae factae ſint. Sed quo loca haec Muſaei, cum ἀφάσσειν ibi ſignificet *tangere*, ut monuimus ſupra,

pra, in altero autem loco ne verbum eo faciat? Nonne saltem unico exemplo *zonam* Virginitatis signum, capitisque ornamentum *solvi* dici a marito in lecto, cum nuptiae primae fiunt, ostendi fuisset officii ipsorum, ut specie aliqua saltem blandiretur tam paradoxa sententia? Ego certe, donec id fit, procul abesse jubeo tam ridiculas explicationes, praecipue cum zonam hanc propinquam λαγόνεσσι conlocent auctores, ut infra docebo. Longe ab his diversam sententiam sequitur Vir quidam Doctus, qui, referente ad hunc locum Cl. Kromajero, vocibus λύσατο μίτρην significari Veneris validum nodum perruptum a Leandro putat, idque denotare vocem μίτρην, qua ipse sum uti notanter, quum ζώνης potuisset, quia cum lecto se conposuerant, zona soluta forsan jam erat, quae sententia antiquitatis ignorationem aperte prodit. Zonam enim virginis maritus in lecto demum solvebat, non antea. Audi Plutarchum in Lycurgo Oper. Tom. I. p. 48. Τὴν δὲ ἁρπαζομένην ἡ νυμφεύτρια καλυμένη παραλαβοῦσα ---- κατέκλινεν ἐπὶ στιβάδα μόνην ἄνευ φωτός. ὁ δὲ νυμφίος ---- ἔλυε τὴν ζώνην, καὶ μετήνεγκεν ἀείραντος ἐπὶ τὴν κλίνην. Nec non Euripidem in Alcest. v. 175.

Ὦ λέκτρον, ἔνθα παρθένε ἐλύσ' ἐγὼ
Κορεύματ' ἐκ δ' ἄνδρος.

Audi Festum: *Cingulo nova nupta praecingebatur, quòd vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis: ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus, vinctusque esset. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia: ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX liberos reliquit.* Locus leviter corruptus. Lego *Hoc Herculaneo nodo vinctum* scilicet *cingulum*, quemadmodum Muretum ad Catull. p. 13.

locum

locum laudare video: quod enim Scriverius ad Pervigil. Vener. v. 26. citat: *Hoc Herculanei nodi vinculum* longius abit, neque an ex libris, an ex ingenio habeat ſcio. Aliam ab his diverſam opinionem de zona ſequitur Doctiſſimus Braunius de Veſt. Sacr. Hebr. lib. 2. cap. 8. §. 12. p. 488. cujus verba dabo: *Apud Graecos & Romanos adeo vulgare erat, ut feminae balteo & zona cingerentur, ut* ζωσῆος λύειν & ζώνην λύειν zonam ſolvere *diceretur pro pudicitiam deponere. Homer.* Od. λ. λύσε παρθενίην ζώνην. *in Epigr. Veteri de Diana* λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα. *Ideo muliebriter cincti dicuntur imbelles.* Harum autem zonarum circa mammas & pectus uſum fuiſſe docet p. 496. Huic conſentit Feythius Antiq. Homer. lib. 3. cap. 6. p. 236. Viden' ipſos nullam differentiam facere inter zonas, quas circa pectus, mammas, & pudenda geſtabant? Atqui iſtas diſerte diſtinguunt Veteres. Nonnus lib. 1. p. 28. l. 25. de Jove cum Europa concumbente:

Ἀπὸ στέρνοιο δ' νύμφης
Μίτρην πρῶτον ἔλυσε περίτροχον. ὡς ἀέκων δ',
Οἰδαλέην ἔθλιψεν ἀκαμπέος ἄντυγα μαζοῦ,
Καὶ κύσε χείλεος ἄκρον, ἀναπτύξας δ' σιωπῇ
Ἀγνὸν ἀνυμφεύτῳ πεφυλαγμένον ἄμμα κορείης,
Ὄμφακα Κυπρογενῆος ἐδρέψατο καρπὸν ἐρώτων.

Hic Jupiter poſt ſolutam pectoris zonam ſolvit virgineam adhuc lib. 14. p. 394. l. 31.

Μειλιχίῳ δ'
Στήθεϊ δεσμὸν ἔβαλλε· χ' ὄρθιον ἄντυγα μαζοῦ
Παρθενίῳ ζωσῆι· χ' οἷα περὶ ἄμμα κορείης
Πορφυρέην λαγόνεσσι συνήρμοσε κύκλαδα μίτρην.

Sermo eſt de Baccho in virginem ſe mutante, ubi notari poteſt antea etiam factam καλύπτρην

mentionem, quod ineptae Parei ſententiae etiam adverſatur. Reſtat ut exhibeam Eruditiſſimi Iſ. Voſſii obſervationem ad Catull. p. 7. propoſitam his verbis: *Iſtiusmodi autem zonae non ſolum e corio & pellibus, quod minus tutum; verum etiam ex aere, argento & chalybe conpingebantur, iisque non puellarum tantum pudenda, ſed & puerorum nates muniebant, uti nunc apud varias fit gentes. Docet hoc non uno loco Etymologici magni auctor, & conplures alii Grammatici, qui & intus lanatas fuiſſe addunt.* Miror hanc ſententiam tam raros ſequi; cum tamen prae ceteris erudita & adtentione digna, unde, quia vir Eruditus adſerere dicta tanti non putaviſſe videtur, diligentius paulo perpendam. Quae de Etymologo M. refert reperiuntur in V. Μίτρα ubi notat: Μίτρα ζώνη ἡ διὰ δ μίτυ ὑφαινομένη. ἐφορεῖτο ὑ ἐσωτέρας τ λαγόνος. ἡ χαλκὴ λεπὶς, ἣν ζώνυνται ἐπὶ τ κενεῶνα χάριν πλείονος ἀσφαλείας. Dubito an hoc non voluerit Nonnus lib. 14. p. 406. l. 32.

Καὶ τις ὄφιν τελέλικτον ἀπήμονι δήσατο κολπῷ
Ἐνδόμυχον ζωσῆρα κεχηνότα γείτονι μηρῷ κ. τ. λ.
Τ' πναλέης ἀγρυπνον ὀπιπευτῆρα κορείης.

Ubi videtur ſerpentem, quo corpus circumdederat Baccha, ἐνδόμυχον ζωσῆρα vocare reſpiciens ad zonas ſecuritatis gratia interius geſtatas. Scribendum autem videtur γείτονα μηρῷ, ut lib. 15. p. 416. l. 22.

Ταινιοσάμενος ὑ κονιῇ
Χερσὶν ἑρωμανέεσσιν ἀπεσφρηγίσατο μίτρην
Ἐλπίδι μαψιδίῃ πεφορημένος. ἐξεπίνης γὰρ
Ὄρθιος εἵρπε δρηκῶν ὑποκόλπιος ἴξυϊ γείτων.

De tali zona loquitur etiam Nonnus locis ante laudatis ex lib. 1. & lib. 14. ubi cum & alias μίτρας memorat, patet Veterum auctorum loca, quam-

quamvis μίτρης mentio in iis, non capienda ſtatim de hac zona virginea ex. gr. cum Longus Paſtor. lib. 1. p. 5. de Nympharum ſimulacris dicit: ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν. *zona circa lumbos.* P. Moll corrigit ζώνη invitis Muſis & Gratiis. Facilior emendatio eſſet ζῶσμα, cujus mentio crebra apud auctores. Achilles Tatius lib. 5. p. 281. de Philomela a Tereo violata: ἐσπάραττο τὰς κόμας ἡ γυνὴ, τὸ ζῶσμα ἐλέλυτο. ita lib. 3. p. 205. καὶ ἐνσκευάσαντες τῇ κόρῃ τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ σολὴν ἔξωθεν περιβάλοντες μίτραις τε καὶ ζώσμασιν ἐνδεδυμένην, ταύτην τὴν σκευὴν ἐπεκρύψαμεν. ita legit Salmaſius p. 602. Quo loco P. Moll ad Longum p. 10. nec non Demſterus ad Roſin. p. 415. μίτρας perperam explicant ornamenta capitis, ut inſpicienti locum patere poteſt. Nihil tamen in loco Longi movendum docet Etymol. M. in V. Ζωστὴρ λέγεται ζῶμα, καὶ τὸ περίζωμα. Ζῶμα δὲ οἱ πρῶτον περιεβάλλοντο, αὐταῖς ἔπειτα θώρηκες ἐμάσσοντες ἐνδυμάτες. atque ita Suidas & Phavorinus; Heſychius quoque ζώνιον interpretatur γυναικεῖον ζῶμα. Praeterea, ſi diſceſſeris ab hac Voſſii opinione, non video quomodo capienda loca, in quibus zonae iſtae tuendae virginitatis gratia geſtatae leguntur ex. gr. Nonni lib. 16. p. 454. l. 8.

Κούρης δ' ἔγγυς ἶκανε· καὶ ἄτρεμας ἄκρον ἐρύσας
Δέσμον ἀσυλήτοιο φυλάκτορα λύσατο μίτρης
Φειδομένῃ παλάμῃ, μὴ παρθένον ὕπνος ἐάσῃ.

Nam quod zonam ligatam Bacchus ſolvit inſciae Nicaeae non mirandum, cum vino ſepulta jaceret. adde locum Etymologici M. Atque ita jam Diligentiſſimus Barthius Adverſ. 4. 9. p. 174. zonis ita fuiſſe cinctas puellas, ut ſine earum ſublatione de corpori vis fieri non poſſet, probavit, ubi inter alia locum Nonni lib. 12. laudat, ubi cum ebrios

ebrios Satyros veſtibus ſublatis femora tangere feciſſet, non virginitatis pubem, ſed mitram ejus cuſtodem tangere facit, quod tamen ex loco Nonni p. 350. l. 7. nullis fidiculis extorquere poſſum. en locum:

> Παρθενικῆς ἀγάμοιο σαόφρονος ἥψατο μίτρης.
> Λὺ ἰρύων δ' ἐπὶ Κύπριν ἀπειθέος ἵμερα νύμφης
> Χεῖρι ὀπισθοδότῳ ῥοδέων ἐπαφήσατο μηρῶν.

Hinc potius concluderem veſtibus nondum ſublatis mitram ipſum jam tetigiſſe. Quid autem tueri poterat zona veſtem corpori adſtringens? Nihil certe. Quam abſurdum vero, puellas in lectum genialem conceſſiſſe veſtibus non exutas, quod tamen ſtatui fere deberet, ſi a vulgaribus zonis non fuerunt diſtinctae, cum zonam in lecto ſolvi conſueviſſe conſtet? Quid? nubiles puellae demum zonam geſtabant, non illae quae toro nondum maturae hinc ἄμιτροι dictae Callimacho Hymn. in Dian. v. 14.

> Πάσας εἰνάτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.

Ubi Spanhemium conſulere operae eſt. Anne igitur diverſis veſtium generibus ante id tempus utebantur, aliove modo eas cingebant? ſed de eo mihi nihil conſtat. An vero puellae toro maturae apud Romanos zonam quoque acceperint dubito, cum ipſo nuptiarum tempore ea demum praecingi ſolitas fuiſſe ut credam prope facit Feſtus, ubi *Cingulo*, inquit, *nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto ſolvebat.* alias clarius dixiſſet *Cingulum, quo n. n. praecincta erat, vir i. l. s.* hanc ſententiam etiam ſequi videtur, ut alios mittam, Hotmanus de Vet. Rit. Nupt. cap. 29. in Theſ. Graevii Tom. VIII. p. 1142. ubi *Junoni*, inquit, *etiam ſacrificabatur, cum cingulo nova nupta praecingebatur, unde Juno dicta Cinxia.* certe Juno-

Junonem Cinxiae nomen hinc adeptam verosimilius, quam, quae sententia Scaligeri l. c. p. 387. aliorumque, quia cingulum solutum ei sacrabatur; apud Graecos quoque contraria ratione Ἀυσιζώνης nomine dicta, mea quidem sententia, magis congruo. Ridiculus est Scaliger l. c. qui patronos hujusce sententiae confodere sibi videtur, quia Catullus de Atalanta non tempore nuptiarum canit:

Quod zonam solüit diu ligatam.

Quasi de Atalanta Graeca virgine Romano ritu loqui deberet. Liquet & exinde quod zonas istas numini alicui post concubitum consecrabant, ut constat ex Theocrito Idyll. 27: 55.

Τῇ Παφίᾳ πρώτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.

Ubi Veneri consecrari observare operae est, cum fraudi id minus perceptum fuit Doctis, ut Jul. Caes. Scaligero Poët. lib. 3. cap. 101. p. 387. ubi promneστriam duobus digitis cingulum solutum Dianae, ob eam caussam Ἀυσιζώνην, a Latinis Cinxiae cognominatae, dicare consueviſse scribit; ut & Franc. Rous. l. c. p. 367. qui animum dubium aperte prodit. Rhodiginus autem lib. 16. cap. 10. p. 854. utramque zonam confundit. Optandum Scaligerum tam multa sine veterum auctoritate, certe non adducta, in istos libros non coacervasse; certe Dianae a nubentibus apud Graecos zonam sacratam me legisse non recordor. Traheret quis forte huc epigramma ex Anthologia apud Maderum de Coron. Sacr. & prof. praes. Nuptial. in Tom. VIII. Thes. Rom. Ant. Graevii:

Τῇ Παφίῃ στεφάνας, τῇ Παλλάδι ϟ πλοκαμῖδα,
Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο Καλλιρόη.

Ἔυρετο

Εὑρετο γὰρ μιτρῆος ἀπὸ ζώνη, καὶ λάχεν ἄβρην
Σωφροσύνην, καὶ τέκνων ἄρσεν ἔτικτε γένος.

Verum quid prohibet ad partus tempus extendere, praecipue cum ipsius mentio hic fit? Apud Romanos autem Cinxiae Junoni sacrabant. Festus: *Cinxiae Junonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta:* alii tamen Deae Virginensi tribuunt notante Scaligero. Nisi vero hae Diis sacrari solitae peculiares aliquae fuerint zonae id ridiculum fere videtur. Verum an peculiare zonae istud gestamen fuerit puellarum, an vero & mulierum, non adeo certum. Hoc tuetur Potterus Archaeol. Graec. 4. XI. p. 618. qui fieri id ad arcendam libidinosorum vim putat, unde a Nonno diceretur σαόφρων: Et licet Nonni locus, quem indicat, lib. 42. p. 350. l. 7.

Παρθενικῆς ἀγάμοιο σαόφρονος ἕψατο μίτρης·
Αὐ ἠρίων δ' ἐπὶ Κύπριν ἀπειθέος εἵματα νύμφης,
Χερσὶ σ' ὀπιθοδότῳ ῥοδέων ἐπαφήσατο μηρῶν.

Nihil faciat ad rem, cum ibi de virgine sermonem esse quivis videat; & licet alterum, quod tamen officii ipsius fuisset, exemplis demonstrare omiserit; Licet mirum admodum, si promiscue mulieres virginesque zonas gestabant nunquam de nupta, sed semper virgine λύειν ζώνην occurrat: tamen negare non ausim mulieres unquam gestasse zonas, cum id pateat ex locis auctorum, qui docent mulierem prima vice parientem zonam solvere, eamque consecrare Dianae. V. Apollonii Rhodii Scholiasten & Phavor. locis in notis jam laudatis. Hinc λυσίζωνος vocatur Orpheo in Suffimine p. 132. Neque id tantum ad primum puerperium durasse suadet locus Apollonii Rhodii lib.

I. V.

I. v. 285. ubi Alcimede ob filium unicum Jasonem querelas fundit:

Δμωὶς ὅπως κεν ἐοῖσι λελείψομαι ἐν μεγάροισι
Σεῖο πόθῳ μινύθουσα δυσάμμορος, ᾧ ἔπι πολλὴν
Ἀγλαΐην καὶ κῦδος ἔχον πάρος, ᾧ ἔπι μύνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον. ἔξοχα γάρ μοι
Εἰλείθυια θεὰ πόλεος ἐμέγηρε τόκοιο.

Novi Meurſium in nota, quae additur Callimacho Hymn. in Jov. 14. hinc eruere bis zonam ſolvi prima ſcilicet nocte a marito, & iterum puerperii tempore; verum id mihi verba vix pati videntur. Nec ſatisfacit Scholiaſtes, caecumque ducem ſecutus Phavorinus ad τὴ πρώτως τίκτουσαν referentes; ut nec magnus Scaliger, qui illum pro αἱ πρώτως τίκτουσαι debuiſſe ſcribere διαπαρθενευθεῖσαι adfirmat; Obſtant his interpretationibus ipſa Poëtae verba, quibus dicit Alcimeden ob unicum filium Jaſonem prima & ultima vice zonam ſolviſſe: ſed quomodo ultima vice, niſi toties zona ſolvebatur, quoties uxor peperit? Meurſii ſententia ridiculum facit Poëtam: nonne enim de muliere, quae plures liberos tulit, ſi bis tantum zona ſolvebatur, omnino dici poſſet eam prima & ultima vice zonam ſolviſſe? Lacrimis vero an riſu dignus ſit Scholiaſtes, notans: ἐπὶ ἀῤῥένος δεῖ νοεῖν. εἶχε γὰρ καὶ ἀδελφὴν Ἰάσων Ἱππολύτην, ὡς φησὶν Ἴβυκος haereo. Adeo enim claris verbis utitur Poëta, quibus ſignificet unicam prolem viruiſſe matri, ut caecus ſit, qui hoc non videat. Quam vero in fabulis auctores a ſe invicem diſcrepent quis neſcit?

275. Ἤρην τις ἐπευφήμησεν ἀοιδός. Aliis verbum hoc uſurpatur de fauſtis, quibus maritum & uxorem proſequebantur, votis. ita Xenophon Epheſius lib. I. p. 10. ἦγον τὴ κόρην εἰς τὸν θάλαμον μετὰ λαμπάδων τὸν ὑμέναιον ᾄδοντες ἐπευφημοῦντες καὶ εἰσάγον-

τες

τὸς κατέκλινον. Achilles Tatius lib. 5. p. 339. ὡς γὰρ ἐπευφήμων τοῖς γάμοις παρόντες.

176. Οὐ δαΐδων ἥψαπτε σέλας θαλαμηπόλον ὑμνήν. De facibus nuptialibus multi multa ſcripſerunt, quae, ſi tanti videntur, legi poſſunt. Minime tamen Doctis inter ſe convenit, a quibus accenſae fuerint hae faces. Achilles Tatius lib. 2. p. 85. patri adſcribit: ἔδοξεν ἄγειν ἡμῶν τὰς γάμους, ἤδη ἅψαντος αὐτῷ τὰς δᾴδας, ἀποσβεσθῆναι τὸ πῦρ· ἢ μᾶλλον ἠπείγετο συναγαγεῖν ἡμᾶς. *Namque illas* (nuptias) *adornare ſibi viſus eſt, ignemque, dum nuptiales faces accendiſſet, extingui, & nos, quae res vehementer etiam illum angebat, abduci.* ita Interpres ſatis turpiter, niſi aliter, quod non puto, legerit, hallucinatus: Tu verte *eoque magis feſtinabat nos matrimonio jungere:* id enim ſignificat συνάγειν, idque patet ex ſeqq. τοῦτο ἢ εἰς ἑτέραν ὑστεραίαν παρεσκεύαζετο. Patri etiam adſcribit lib. 1. p. 49. ἄλλο σοι, τέκνον, προσδόκων πῦρ ἀνάψαι. E priore loco Tatii Jungermannus ad Polluc. 3. 3. 42. concludit faces a patre accenſas, ſed miſere caecutiens cum matribus id toties adſcribant veteres. Apud Claudianum de R. P. lib. 3. 407. Ceres de filia queritur:

Non tales geſtare tibi, Proſerpina, taedas
Sperabam.

Apud Nonnum lib. 46. p. 1198. l. 4. Agave:

Οὔπω σοῖς θαλάμοισιν ἐκύφισα νυμφοκόμου πυρός.

Ita lib. 38. p. 972. l. 30. de Luna:

Ἀντὶ δὲ πεύκης
Νυμφιδίην ἀκτῖνα γαμοσόλον ἔσχε Σελήνη.

Addo inluſtrem Euripidis locum in Iphig. in Aulid. v. 732.

ΚΑΤΤ. τίς δ' ἀναχήσει φλόγα;
ΑΓΑ. Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει.
ΚΑΤΤ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, ἢ σὺ ᾗ φαῦλ' ἡγῇ τάδε.

Obſervarunt hoc dudum Coelius Rhodiginus, Pareus ad h. l. Demſterus ad Roſin. p. 436. Interpretes Petronii, & Doct. Wouweren ad cap. 26. p. 88. Feythius Antiq. Hom. lib. 2. cap. 13. p. 168. Potterus Archaeol. Gr. p. 617. & quem plerumque conpilat, Franc. Rous Attic. Antiq. lib. 4. cap. 7. p. 367. ed. Belg. ſed omnes in eodem luto fere haeſerunt rati, ut videtur, a ſolis matribus faces accenſas fuiſſe, quod erroneum eſſe docent loca Achillis Tatii, quae ipſa laudans Demſterus videre non potuit a matribus ſolis accenſas non fuiſſe, quod certe non nimis acutum virum prodit. Haeſit & hic Doctiſſimus alias vir Franc. Rous, qui contra diſſertiſſimum Euripidis locum contendit promiſcuum morem fuiſſe, nixus teſtimonio Libanii Declam. 35. ubi pater dicit δᾷδας γαμηλίους ὑπανῆπτον, cum contra alibi Niobe dicat: Ἐγὼ μὲν λαμπάδα γαμήλιον ὦμην ἀφθονεῖν τοῖς ἡβῶσι, καὶ ταῖς παρθένοις. Miror non adtendiſſe virum Eruditum haec verba eſſe Niobes, quae antiquiſſimo aevo vixit, cui non alium ſermonem adfingere convenientius poterat Scriptor ille, niſi rituum veterum inperitum ſe proderet. Locus prior de patre explicandus forte (liber enim non eſt ad manum) de tempore Libanii: puto enim officium illud nuptiale cum in veteri Graecia matrum fuiſſet, poſtea ad patres deveniſſe, quam conjecturam, donec Veterum Scriptorum teſtimoniis contrarium docentibus vincar, non ſine ratione ſequi poſſe mihi videor. Neque ejusmodi rituum mutatorum exempla deſunt. Priſcis ex. gr. tempo-

ribus Romanae mulieres atratis veſtibus in funeribus procedebant. V. Kirchmannus de Funer. lib. 2. cap. 17. p. 206. easdem ſub Imperatoribus albas geſtaſſe docet p. 208. & 209. iterum ſub Diocletiano atras geſtaſſe ex Lactantio de Mort. Perſ. cap. 39. obſervat Doct. Cuperus p. 220. quamvis non omnibus, vel certis caſibus id etiam potuiſſe fieri addat, quae nunc non diſcutio. Objiciat quis forte locum Claudiani III Conſ. Honor. v. 155.

Per taedas, quas ipſa ipſa tuo Regina levavit
Conjugio, ſociaque virum produxit ab aula.

De quo V. Barthium p. 525. Sed forte Poëta mores priſcos hic reſpexit, quod obſervaſſe ſaepe uſu venit in antiquis ſcriptoribus. Exemplum in his ipſis facibus habes apud Senecam Octav. v. 593.

Tellure rupta Tartaro greſſum extuli,
Stygiam cruenta praeferens dextra facem
Thalamis ſceleſtis. nubat his flammis meo
Poppaea gnato juncta.

Reſpici hic ad ritus nuptiales apertum: at Romae faces a matribus praelatas quis fando audivit? Tu conſule Hotmanum de Vet. Rit. Nupt. cap. 16. in Theſ. Graev. Tom. VIII. p. 1123. & Briſſonium de Rit. Nupt. ib. p. 1034. & ex illis Taubmannum ad Plautum Caſin. Act. 1. v. 30. nec non Doct. Wouweren ad Petron. cap. 26. p. 88. Mihi in his amplius morari non vacat, quamvis nec hic deſunt, quae propius forent diſcutienda. Si Libanii locus aliter capiendus, hac ratione non difficulter in concordiam redigetur. Ceterum Muſaeus, quod quisque videt, meminit tantum facium thalamum inluminantium, quemadmodum Ariſtaenetus lib. 1. p. x. pag. 72. ἔκφορον ἢ κατὰ δείματα

δάιδες ἐν λιβανωτῷ συγκείμεναι. Geſtabant tamen & iſtas faces in veteri Graecia famuli, quod liquet ex Heſiodo in Scuto Herc. v. 273.

Τοὶ μὲν γὰρ ἑὸν πατέρα ἐπ' ἀπήνης
Ἤγοντ' ἀνδρὶ γυναῖκα, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.
Τῆλε δ' ἀπ' αἰθομένων δαίδων σέλας αἰόλυζε
Χερσὶν ἐνὶ δμώων.

279. Ἀλλὰ λέχος στορέσασα. Thoros veſtibus conſterni ſolitos fuiſſe patet ex Xenophonte Epheſio lib. 1. p. 10. Ἦν δὲ ὄντως ὁ θάλαμος πεποιημένος· κλίνη χρυσῆ στρώμασιν ἔστρωτο πορφυροῖς, ᾗ ἐπὶ τῆς κλίνης Βαβυλωνία ἐπεποίκιλτο σκηνή. Claudianus de R. P. lib. 2. 320.

Alii praetexere ramis
Limina, & in thalamum cultas extollere veſtes.

Conſule Interpretes ad Petron. cap. 26.

280. Σιγὴ πάντων ἔπηξεν. Eadem locutione uſus Nonnus lib. 2. p. 60. l. 18. lib. 3. p. 100. l. 32. lib. 40. p. 1048. l. 28. Heſychius in V. Θαλάμοιο νέοιο.

282. Νὺξ μὲν ἦν κείνοισι γαμοστόλος. Nox pronuba etiam memoratur Nonno lib. 7. p. 218. l. 21.

Φαινέσθω ἡμετέρη νύξ,
Ζυγὸς ἐπαγομένοις γαμοστόλος.

Adde Claudiani locum apud Rondellum.

285. Ἔτι πνοιὴν ὑμεναίων. Similes locutiones obviae apud Nonnum, ut lib. 5. p. 158. l. 3.

Ἰνδώην μετὰ δῆριν ἔτι πνείοντα κυδοιμῷ.

Ita lib. 25. p. 672. l. 9. lib. 32. p. 806. l. 8. lib. 33. p. 828. l. 6.

Καὶ Σατύρων χθόνα ἦλθεν ἔτι πνείων ὑμεναίων.

Sic enim omnino legendum cenſeo, non autem ἐπιπνείων. firmat interpres, qui reddit *adhuc ſpirans Hymenaeos.* Pro ὄζων lib. 9. p. 260. l. 30.

Καὶ Σεμέλῃ κατ' Ὄλυμπον ἔτι πνείουσα κεφαυνῷ.

Ita lib. x. p. 286. l. 32. lib. 14. p. 394. l. 16. lib. 16. p. 438. l. 28. lib. 42. p. 1100. l. 7. lib. 44. p. 1146. l. 4. lib. 45. p. 1162. l. 32. Idem Nonnus lib. 4. p. 121. l. 18. dixit.

Καὶ Χαείτων πνείοντα φιλήματα κεῖνα διδάξω.

lib. 48. p. 1286. l. 15.

286. Ἡρὼ δ' ἑλκεσίπεπλος. Decenter ad talos demiſſam veſtem Heroni tribuit Poëta: hic enim ſacerdotum proprius cultus, ut nemini ignotum. Talem Baſſiani Solis ſacerdotis fuiſſe refert Herodianus lib. 5. 3. §. 12. Τούτῳ δὴ τῷ θεῷ ὁ Βασσιανὸς ἱερώμενος σχήματι βαρβάρῳ, χιτῶνας χρυσοῦφεῖς καὶ ἀλυσγεῖς χειροδοντὰς καὶ ποδήρεις ἀνεζωσμένους, τό τε σκέλη σκέπων πάντα ἀπ' ὀνύχων ἐς μέσους ἐσθῆσιν ὁμοίως χρυσῷ καὶ πορφυρᾷ πεποικιλμέναις. Ipſi Dii veſtibus ſpatioſiſſimis & talaribus utebantur obſervante Acrone ad Horat. Carm. 1. 18. 11. *Baſſaris enim veſtis genus eſt usque ad pedes demiſſae dictae a a Baſſara loco Libyae ubi fit. Tali enim & numina uti volunt, ut* Pedes veſtis defluxit ad imos, Et vera inceſſu patuit Dea. Locus eſt Virgilii Æneid. lib. 1. 404. unde patet male diſtingui vulgo *Et:* Vera inceſſu p. D. Tibullus lib. 1. 8. 45. de Bacho:

Sed varii flores, & frons redimita corymbis,
Fuſa ſed ad teneras lutea palla pedes.

Conſule Elegantiſſimum Broekhuſium. Nymphis tribuit Nonnus lib. 14. p. 398. l. 7. Hae veſtes autem

autem erant indicium laetitiae & fortunae beatae, unde de irata Venere Valerius Flaccus lib. 2. v. 102.

Neque enim alma videri
Jam cupit, aut tereti crinem ſubnectitur auro
Sidereos diffuſa ſinus.

Ubi vide notata ſummo Burmanno. Minime tamen neceſſe ut Muſaeum id reſpexiſſe ſtatuas, potius credam morem ipſum obſervaſſe veterum, quo talibus inluſtres virgines & mulieres indutae incedebant. ita de Atalanta Ovidius Metam. x. 591.

Aura refert oblata citis talaria plantis.

Tunica talari induta quoque Andromeda deſcribitur ab Achille Tatio lib. 3. p. 171. Bacchae a Nonno lib. 35. p. 864. l. 30.

307. Ἀλλὰ πόθος ἡ μοῖρα βιήσατο. Scholiaſtes ἐβιάσαντο ſignificans, ut videtur, nominibus duobus ſingularibus addi verbum ſingulare pro plurali. ita Bion p. 204. v. 15.

Ἀνίκα μήτε χιὼν, μήθ' ἅλιος ἄμμε βαρύνει.

Virgilius Æneid. lib. 12. 667.

Aeſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtoque inſania luctu,
Et Furiis agitatus amor, & conſcia virtus.

Ovidius Triſt. lib. 2.

Nil niſi peccatum manifeſtaque culpa fatendum eſt.

Claudianus in Rufin. lib. 2. 282.

Spectaturque favens odiis locus, aptaque leto
Tempora.

Servius ad Virgil. lib. 3. Æn. 269.

Qua curſum ventusque gubernatorque vocabant.

Monet: *Honeſtius hac elocutione per pluralem utitur numerum, licet poſſit ſingularis eſſe:* modeſtius ſane, quam Viri Eruditiſſimi, qui haec plerumque eliminant. ex. gr. Marklandus e Statio lib. 3. Sylv. 1. 96. ubi pro

Quid enim iſta domus, quid terra, priusquam
Te gauderet, erat?

Quamvis cum Ven. Parm. & Rom. in Add. probat *erant*, quod probum quidem, ſed tamen altero non melius. Nec ratio cur Heinſius in Claudiano de R. P. lib. 2. 262. pro

Sed mihi virginitas pariter, coelumque negatur.

Contra omnes Codices velit *negantur*. alia loca a Viro Docto, aliisque tentata non recenſeo.

320. Πολλάκι μὲν λιτάϊεντα θαλασσαίην Ἀφροδίτην·
Πολλάκι δ' αὐτὸν ἄνακτα Ποσειδάωνα θαλάσσης·
Ἀτθίδος ἐς Βορέην ἐμνήμενος καλλιπτε νύμφης.

Recte laborantem, & a vento vexatum Leandrum invocantem Deos, quibus jus in mare, facit Muſaeus: oppido autem venuſte Boreae in ſe ſaevienti in memoriam revocat priſtinos ignes, quibus tactus in Orithyia Nympha Attica arſerat quondam, ut adeo, cum, quid eſſet amor, ſenſerat, amatori faventior eſſe deberet. Similes elegantias apud alios obſervare licet, ut apud Theocritum Idyll. 8. 59.

Ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠρᾴθην· ἀλλὰ τὺ γυναικοφίλας.

Elegantius Ovidius Amor. 3. 6. 23.

Fluminaque

Flumina deberent juvenes in amore juvare?
Flumina senserunt ipsa, quid esset Amor.
Inachus in Melie Bithynide pallidus isse
Dicitur & gelidis incubuisse vadis.

Lege sequentia, nec poenitebit. Sic Heroid, ep. 19. v. 129.

At tibi flammarum memori, Neptune, tuarum
Nullus erat ventis impediendus amor:
Si neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula vana tui.

Ita Ep. 18. 60.

Hanc ego suspiciens, Faveas, Dea candida, dixi;
Et subeant animo Latmia saxa tuo.
Non sinat Endymion te pectoris esse severi.
Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.

Nec non v. 37.

At tu de rapidis immansuetissime ventis,
Quid mecum certa praelia mente geris?
In me, si nescis, Borea, non aequora saevis.
Quid faceres, esset ni tibi notus amor?
Tam gelidus cum sis, non te tamen, improbe, quondam
Ignibus Actaeis incaluisse negas.
Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
Aërios aditus; quo paterere modo;
Parce precor; facilemque move moderatius auram.
Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.

Huic sua debet Musaeus. Addi velim Nonnum lib. 7. p. 218. l. 15.

Ζηλήμων Φαέθων με βιάζεται, ἢ ῥα καὶ αὐτὸς
Ἱμείρας Ζεμέλης, καὶ ἐμοὶ ποθέοντι μεγαίρεις
Ἠέλιε κλονέειν με, καὶ οὐ μάθες οἷσιν ἐράτσαι.

Ceterum Boreae & Orithyiae mentionem non raro facit idem, ex. gr. lib. I. p. 16. l. XI.

Ναὶ λίτομαι Βορεης· ὡς ἥρπασας Ἀτθίδα νύμφην
Δέξο με σαῖς πτερύγεσσιν.

Corrige Ναὶ λίτομαι Βορέη σ' ὡς ἡ. Α. ν. ut interpres *Certe supplico tibi Borea, ut* &c. Idem mendum insedit lib. XI. p. 322. l. 15.

Εἰ Βορέης ἐδάμασσεν ἐς Ὠρειθυῖαν ἰκάνω.

Ubi scribendum omnino Εἰ Βορέης σ' ἐδάμασσεν, quod & sequentia docent:

Εἰ δέ σε κῦμα κάλυψε, τὴ ὄφρα ἡδέσατο μορφὴν,
Καὶ σε πατὴρ ἐμὸς ἆλεν.

339. Ῥοιζηδὸν πεδκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πέσε πύργου.

Aperta imitatio Nonni lib. 28. p. 732. l. 27.

Ἠερόθεν πεδκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πέσε δίφρου.

Solebant enim perditis amoribus miseri de rupibus, & excelsis locis se praecipitare. Horatius Carm. 3. 27. 61.

Sive te rupes & acuta leto
Saxa delectant; age te procellae
Crede veloci.

Glaucippe apud Alciphronem lib. 3. I. ἢ τούτῳ μιγήσομαι, ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφὼ, οὐκ ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας; ἀλλ' ἀπὸ τῶν Παρθενικῶν πεδβόλων ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὦσω Leucadiae hujus rupis meminit etiam Statius Sylv. 5. 3. 154.

Saltusque ingressa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Quo loco Cel. Marklandi *actusque egressa virile* legentis

gentis non ſequor emendationem. *ſaltus viriles* eleganter dixit Poëta, quia prae amoris inpatientia viri tantum ſe hinc jaculabantur, unde ἅλμα ἱμέρτων dictus locus. V. Joſ. Scaliger Auſon. Lect. lib. 2. cap. 18. Sed Scaliger, inquies, duas feminas, Tollius unam recenſet, quae hinc ſe praecipitarunt &c? Quid tum? hoc ne officit, quod tam longinquo aevo tres tantum ſe hinc praecipitarunt? Sed & nihil mutandum docet Papinii ſedulus imitator Auſonius Cupid. Cruc. Affix. v. 24.

Et de nimboſo ſaltum Leucate minatur
Maſcula Lesbiacis Sappho peritura ſagittis.

Ubi *maſcula* vocatur quae maſculos ſaltus ingredi audebat; non, quae ſententia Vineti, quia non tantum in viros, ſed, ut mas quispiam, in feminas femina exarſerit. Denique qua de ratione, *actus viriles egreſſa* ſeu ſuperaſſe dicetur Sappho? viri hinc ſe praecipitabant. Sed an ideo actus eorum egreditur, quae non ſecus ac ipſi ſe praecipitem tantum dedit?

FINIS.

ADDENDA

ET

EMENDANDA.

Pag. 4. *a. l.* 3. *poſt p.* 115. *adde:* Conſule & Eruditiſſ. Spanhemio obſervata in Diſſert. II. de Praeſt. & Uſu Numim. Antiq. p. 99. & ſeqq. ubi loca Harduini & Th. Smith ipſum adlegare ſero video, caſtigare autem verba Harduini Σ *e nummis prorſus ablegata*, pro quibus ante quadraginta annos *vix poſtea* illud in veteri nummorum ſupellectile exſtare ſe dixiſſe, neque tamen negare illud C pro Σ ante Domitianum occurrere, ſed tantum *rarius* occurrere, adfirmare monet. Nihil verius: nam prorſus id negari cum Harduino & Smitho non poſſe, patet ex exemplis a nobis adlatis, nec non Eruditiſſimo Spanhemio obſervatis, ſed rariora tamen prae aliis nemini nummos, lapidesque verſanti obſcurum eſſe poteſt.
Ibid. poſt lin. 3. *adde:* 3. ἀχλυόεντα. ἀχλιόεντα Par.

Pag. 7. *b. l.* 15. *adde:* cui ἀκέω vertitur *deſignatum volo*, *intelligo*, ſed invitis, mea quidem ſententia, Muſis & Gratiis; neque melius ille, qui, referente Rondello, legebat λύχνον ἀκοῆς i. *celebrem*, ut *viri gloriae* pro glorioſi, quod ridiculum.

Pag. 8. *a. lin.* 6. *poſt* ſolus, *adde* ſi diſceſſeris a Rondello.

Pag. 9. *a. lin.* 6. *adde:* & Rondelli editio cum aliis apud Röverum.

Pag. x. *b. lin.* 11. *adde:* & Whitf. ut & *l.* 13.

Pag.

Pag. 13. *b. lin.* 18 *poſt* diſplicuit. *Adde*: Firmat lectionem quoque Nonnus lib. 5. p. 156. l. 11.

Εἰσέτι νῦν κήρυκες Ἀ ἐισαίοιο θυηλῆς
Γαῖαν ἀναψύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὔραι.

Ubi interpres conſueto more caecutivit. Nihil tamen mutandum docet Apollonius Rhodius lib. 4. v. 1397.

Εἰσέτι πῦ χθιζὸν παγχρύσεα ῥύετο μῆλα.

Pag. 14. *a. lin.* 4. *adde*: Magis convenit locus Nonni lib. X. p. 270. l. 27.

Φάσμασιν ἀντιτύποισιν ἐς ἤμερον ἤλυθεν ἄγρης.

Confer lib. 32. p. 804. l. 23.
Ibid. b. lin. 9. *poſt* ἐνέδησας. *adde*; ita & Homerus Iliad. B. III.

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

Nihil tamen mutandum docere poterunt forte loca, licet non prorſus gemina, Iliad. X. 5.

Ἕκτορα δ' αὐτῷ μεῖναι ἐλοὴ Μοῖρ' ἐπέδησεν.

Iliad. Δ. 517. Nonni lib. 10. p. 272. l. 8.

Παιδοφόνῳ νέον υἱὸν πατὴρ ἐπέδησε βελέμνῳ.

Pag. 15. *a. lin.* 16. Priorem verſum, qui in noſtra editione eſt v. 188. repertum & in Codice Regio, probat Rondellus, ſed rejecit merito Röverus.

Pag. 15. *lin.* 13. *a. lin.* 15. pro μένη l. μένῃ.

Pag. 16. v. 40. poſt vocem ὑρανίῃ ponenda diſtinctionis nota, quae male ponitur poſt θυηλαῖς, jubente Georgio d' Arnaud, & favente editione Rondelli.

Pag.

Pag. 18. *b. lin. ult. adde*: Praecipue eum non tantum reliqui Scriptores, ſed & ipſe Muſaeus a talibus ſibi non cavit. ita v. 82.

> Εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέοικε τὴν ἱέρειαν ἀφάασθαι,
> Τοίην μοι, Κυθέρεια, νέην παρέχοιτιν ὀπάασσον.

v. 191.

> Οὐδέ μοι ἐγγὺς ἴασιν ὁμήλικες, οὐδὲ χορεῖαι
> Ἠϊθέων παρέασιν.

v. 296.

> Χειμέριοι πνείοντες ἀεὶ συφέλιζον ἀῆται,
> Δαίλαπι μαιζόντες ὅλην ἄλαδε.

Ita v. 309, 310. Homerus Odyſſ. ε. 156.

> Ἤματα δ' ἐν πετρῇσι καὶ ἠιόνεσι καθίζων,
> Δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων.

Hinc probare nequeo conjecturam Nic. Heinſii Adverſ. 4. 6. p. 608. in Statio lib. 1. Sylv. 4. 9. ubi pro

> *Ergo alacres, quae ſigna colunt urbana, cohortes,*
> *Inque ſinum quae ſaepe tuum fora turbida queſtu*
> *Confugiunt.*

Minus concinne repeti τὸ *quae* non ferens legit *ceu*, ſed oratione non bene cohaerente, ut inſpicienti patebit. certius eſt Marklandi *queſtum*. An concinnius illud Horatii epiſt. lib. 2. 2. 6.

> *Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles;*
> *Literulis Graecis imbutus; idoneus arti?*

An illud Guntheri Ligur. 7. 466.

> *Namque novae quidam quaerentes ſemina laudis*
> *Praeclarumque ſibi cupientes addere nomen?*

Pag.

Pag. 21. *lin.* 2. *poſt* ſuſpicatur *Adde.* Nunc aliter ſentio. Ἀθανάτων θυηλὰς *Deorum ſacrificia* eleganter vocare videtur, quae Diis ab hominibus offeruntur. Virgilius Æneid. 2. 189.

Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Minervae.

Ubi recte Servius: *quae Minervae data ſunt.* idem *Ledae donum* 1. 652. explicat: *Vel quod ipſa filiae: vel quod ei Jupiter dederat.*

Pag. 22. *b. poſt lin.* 5. *adde:* 60. Ἥρεῖς. Ἥρεῖς mendoſe Baſil.

Ibid. lin 8. cum aliis apud Röverum, in qua lectione falſam quantitatem obſervare ſibi viſus Vir Doctus in Obſ. Miſc. Vol. IV. p. 369. caecutit, & Oppianum, Bionem, Stratonem & Aratum infeliciter tentat. Vid. quae moneo p. 105-107.

Pag. 25. *a. lin.* 2. *adde:* pro ἐπαξίον Par. habet ἐπάζιον, ut v. 68. Κύτεις & 70. ἐχέειν.

Ibid. lin 4. *adde:* 70. μενέαινεν. μενέαιεν Baſil.

Pag. 25. *b. lin.* 4. *poſt* adfirmo *adde:* nam tales conjecturae incertae & vanae, qualem & hanc nunc credo.

Pag. 26. *a. lin.* 9. *adde;* 75. μόθον. Editio Rondelli μόχθον exhibet, quae lectio vera videtur. Conſule notata p. 105.

Pag. 27. *b. lin.* 24. *poſt* putarem: *adde:* Idem Metam. lib. 2.

Subit hanc arcana profana
Detexiſſe manu.

Virgilius lib. 8: 14.

Et late Latio increbeſcere nomen.

Homerus Iliad r. 298.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς αἰθέρι ναίων,
Ὄφρα πρότερος δύσεο ἕλιον ἠμὲν ἐπελθεῖν.

V. &

V. & Orpheus Argon. v. 253. Nulla igitur ratio, quare cum uno MS. Rittershusii cum Viro Docto in Observ. Misc. Vol. III. p. 65. in Oppiano legas pro

Τῆσιν ὅ κεν περβάληται ὁμῷ γαμῷ ἔνεστο νίκην,

Quia id vulgatius altero ἑμῷ γάμῳ, cum vel ideo in MS. inmutatum sit credibile: nam ὁμῷ cum casu secundo reperiri aliquando Lexica docent. an melius, quaeso, sonant haec Hesiodi Θεογ. v. 903. θνητοῖσι βροτοῖσι?

Pag. 29. *b. lin.* 4. *adde*: Par. θετναίην.

Pag. 30. *a. lin.* x. *adde:* Prurienti Critico adrideret forte Τ'μετέρην π. ε. ut ὑμέτερος pro *tuus* obvium V. Animadv. cap. I. p. 121. Neque exempla eorum, ad quos fermo dirigitur, in ipso orationis initio non positorum quaerenti deessent; sed nos sobriam Criticen sectamur. v. autem 80. Rondellus exhibet ἰφιμείρα & v. 101. ἐπιπτεύων, ut pag. 85. ὑπόλεπτον.

Pag. 35. *b. post lin.* 25. *adde:* 102. ἀφθόγγους. ἀφθόγγοισιν Basil. & v. 104. pro Χαῖρεν exhibet Χαίρε, nec non v. 105. pro ἱμερόεσσαν ἱμερόεσσιν.

Pag. 36. *b. post lin.* 5. *adde:* 108. Ὅττι. ὅτι Basil. & pro αἰπεσείσατο legit αἰπεσείατο.

Pag. 41. *b. lin.* 21. αἰπελείσετα Rondellus & ἀνείκατο pro ἀνενείκατο, nec non v. 125. pro πολυκτεάνων legit πολυπτεάνων.

Pag. 46. *b. lin.* 15. Ceterum γυναιξὶ edidit Rondellus.

Pag. 49. *a. lin.* 12. *adde* lib. 38. p. 216. l. 25.

Ὄμμασιν αἰδομένοισι παρήλυθεν ὄργια κόλπε.

Pag. 49. *a. lin.* 21. *post* conjeceris *adde*: Nonnum lib. 42. p. 1100. l. 12.

Κύπε-

Κύπελδος αἷμα φέρουσα τί Κύπελδος ἔργια φεύγω.

Adde Achillem &c.

Pag. 55 *a. lin* 3. *adde:* 159. Θυμὸν. πυμὸν Par. ut 5. 174. ἐπέεσσιν.

Pag. 57. *b. lib.* 4. *poſt* adridet *adde:* Neque enim dubitandi ſcrupulum ullum reſtare permittit elegans & conferri digniſſimus locus Ariſtaeneti lib. 1. ep. 15. p. 106. ἴσιν ἢ ἡ τέθαψος ἐπιχαράττουσα τῷ ποδὶ, ταῦτα δὴ τὰ τῶ αἰδημένων ἐν διαπορήσει πινήματα. *modo etiam ſignans terram pede, qualia pudore dubitabundi ſolent.*

Pag. 59. *a. lin.* 19. quibusdam, *adde:* ut Editione Rondelii, aliisque apud Röverum.

Pag. 60. *b. lin.* 16. *adde:* non in MS. ſed Editione Parei ita exhibetur.

Pag. 65. *b. lin.* 8. *adde:* v. 209: autem Par. habet πτολίετρον, & v. 121. ἀνέφαινε.

Pag. 66. *a. lin.* 213. Καὶ. κὰ Rondellus.

Pag. 68. *a. lin.* 7. *poſt* Canteri *adde:* quae & Magno Grotio in notis ad Germanici Phaenomena pag. 6. b. poſtea inciderat.

Pag. 70. *a. lin.* 20. *adde:* quae v. 218. pro φαεσφόρου ſcribit φερεσφόρον.

Pag. 72. *b. lin. poſt* νόσῳ *adde:* quam ſententiam probat vir Doctus in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 123. ego tamen nondum video rationem mutandae lectionis vulgatae in utroque Poëta.

Pag. 74. *a. lin.* 28. *poſt.* 3. Diſſentit Vir Eruditiſſ. in Obſerv. Miſc. Vol. II. p. 317. in not. neque quod adtinet Heſiodi locum admodum defendam, ipſam tamen rem negare non auſim.

Pag. 74. *a. in fine poſt* cohaerebit. At Vulgata non ſollicitanda, ſed omnino ſtatuta ſynizeſi in voce βόλιαι retinenda. Neque enim χρέα una ſyllaba pro-

pronunciatum conripi conmode poteſt. Vid. Obſ. Miſc. Vol. X. p. 422.

Ibid. b. lin. 28. Doctiſſ. quidem Pierius Valerianus ad Virg. Æneid. 3. 578. hanc ſynizeſin ex duabus longis non condonat, ſed, quamvis apud Latinos rariſſima ſint exempla, apud Graecos eſſe plurima liquet ex locis pag. 73. adductis.

Pag. 75. *b. lin.* 29. Diſerte Servius ad Virgil. Georg. 1. 147. *Sane ſolum hoc nomen eſt in polyſyllabis, quod ultimam producat in nominativo, & eam in obliquis corripiat, ut Ceres, Cereris.* ſane non crederem Veterum quenquam hanc legem migraſſe, unde humani quid paſſus videtur Hugo Grotius, Bataviae illud nobile decus, in longe venuſtiſſimo carmine *Pro Cerviſia* in Franc. Gujetum, ad altos ſuperbiſſimi Galli ſpiritus & feroces inpetus retundendos vibrato, quod reperitur in ſelect. epiſt. Balzaci lib. 12. ep. 28. ad Morinum p. 313. ubi ultimam conripit:

Humor dulcis aquae, ſed igne coctae,
Quam ſucco Ceres imbuit ſalubri.

Pag. 82. *b. lin.* 2. *poſt* docet adde: & praeterea cum Jo. Corn. Pauw λαβώμεθ' ut feliciter conjectavit Vir Cl. nam quod ſcribendum ſuſpicatur,

Μάχης ἴσω μοὶ ἴσης.

Paucis credo perſuadebit cum, talem numerorum mutationem Poëtis aliquando in deliciis eſſe eruditiores ſciant: nam, quia neminem unquam in animum inducturum, ut id negaret, credere non potui, exempla multa adnotare neglexi. En tamen pauca, quae adtendenti haud longo tempore occurrerunt. ita Statius lib. 5. Sylv. 2. 158.

Nos

Nos fortior aetas
Jam fugit. hinc votis animum precibusque juvaro.

Ita l. Marklandus pro *juvabo.* lib. 5. Sylv. 1. v. 11.

Nos tibi laudati juvenis rariſſima conjux
Longa nec obſcurum finem latura, perenni
Tentamus dare juſta lyra: modo dexter Apollo;
Quique venit juncto mihi ſemper Apolline Caeſar
Annuat.

Ovidius Triſt. lib. 2.

Unde precor ſupplex ut nos in tuta releges:
Ne ſit cum patria pax quoque ademta mihi.

Paulus epiſt. ad Galat. cap. 1. v. 9. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω. Xenophon Epheſius lib. 3. p. 46. ἐκ ἔτους ἀνανδρος ἐγώ, ἐδ' ἐν τοῖς κακοῖς δειλή. δεδόχθω ταῦτα. πίνωμεν τὸ φάρμακον. Ἀβροκόμην εἶναι δεῖ μοι ἄνδρα. lib. 5. p. 78. πόθεν ἢ εἰδέναι λέγεις ἐμὲ τὴν δυσυχῆ; διαβόητα μὲν γὰρ καὶ ἄδοξα πεπόνθαμεν, ἀλλά σε καὶ γινώσκω τὸ σύνολον. ita optime emendavit vir literarum Graecarum ante alios peritiſſimus in Obſerv. Miſc. Vol. V. Tom. III. p. 60. μέ autem cum ἔσω rectum eſſe docet Homerus, qui dixit Ἴλιον εἴσω.

Pag. 85. *b. lin.* 4. *adde:* v. ſequenti pro ἐπέσκιπτεν, Rond. habet ἐπέσκιπτεν.

Pag. 86. *a. lin.* 1. *adde:* 263. παρθενεῶνος. παρθενιῶνος Baſil. & 271. ἐνὶ κάτθεο.

Pag. 91. *b. lin.* 1. *adde:* Whitf. habet ζύγιν.

Pag. 92. *b. lin.* 3. *poſt* videtur *adde:* v. autem 282. Baſil. cum Par. habet οὐδέποτ' *nunquam.* & 286. ἑλκεσί πεπλος.

Pag. 96. *b. lin.* 11. *adde:* Parei editio exhibet ὐδέποτ'. *in fine pag. adde:* v. 297. τυπτεμένης mendoſe exhibet Whitf. ut Par. v. 312. λειανθεος πρὸ

ἐσθήμονος. & 319. Ἀξανθος ἀκηλήτοις ἐν) δίναις, *in Ixoribus* pro *gurgitibus*, quod tamen & in aliis, & 327. ἔρρωτε.

Pag. 96. *b. lin.* XI. ut & in Theocrito Idyll. 23: 28.

Οὐ νοεῖς ὅτι νυκτὸς ἀωεί πᾳ οἵ δ' ἔτι τοῖχοι
Πάντες ἀειφεγγέες.

non οἵδ'ἔ τε.

Pag. 103. *b. lin.* 4. *adde*: Quin tamen, ut eo revertar, elegantiſſima lectio Μαινομένῃ σ' ὤτρυνεν ἃ Muſaei manu ſit profecta vix ullum jam mihi reſtat dubium. Locis jam adductis adde Orpheum Hymno Veneris pag. 152. v. 24.

Ἔνθα καλαί σε
Παρθένοι ἀδμῆται, νύμφαι τ' ἀνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν
Τιμῶσι σε μάκαιρα.

Pag. 105. *a. lin.* 7. poſt ἐερσαφόδιον *adde*: vel in ἐερσαφόιον ut Rondell.

Pag. 106. *b. lin.* 7. *ladde*: Perperam alii edunt ἀδροτῆτα, quemadmodum etiam citat Servius ad Virg. 12: 952. Reliqua autem exempla fere omnia, quia una ex iis litera liquida eſt, nihil huc faciunt. Ipſam tamen rem negare vix auſim cum viris Doctiſſ. Bentlejo, & Dorvillio Vanni Crit. p. 249. Certe Orpheus Argon. v. 1321. dixit

Ἀνδρόϊσιν, ἠδὲ γυναιξὶν, ὅσις τάδε μήσεται ἔργα.

Apud Diogenem Laërtium lib. 4. §. 27. occurrit:

Χήρη ἔστηκεν Ἀκαδήμεια, νὴ Σολοῖ, πατρὸς σεῦ.

Verſus eſt Jambicus ſyllaba una productior. V. Vir Eruditiſſ. lib. cit. p. 151. Neque in Xenophonte Epheſio lib. 1. p. 41. Vir Elegantiſſimus in Obſ. Miſc. V. Vom. III. p. 55. legere veretur:

Οὐ τάφον ἐνθαπτὸν ἀγαθὸν ἱεροῖο πολίτου.

Pag.

Pag. 108. *a. lin.* 6. *adde:* pro θαλασσείην Basil. l. θαλασίην.

Pag. 114. *b. lin.* 5. *adde:* Quod vero Iliad. B. 549. vulgatur Καδ'δ' in Κάδδ' mutandum censeo, quomodo apud Theocritum aliosque exaratur.

Pag. 115. *a. lin.* 4. *post* Röverus. *Adde:* τέθνηκε ἐπ' Rondell.

Pag. 121. *lin.* 10. *post* Interpres *adde:* Nunc Interpretem pueriliter erraſſe animadverto; neque quicquam lectione vulgata ſanius eſſe, cum non Imperatores Antoninus & Verus, ſed ipſe Polyaenus fuerit Macedo. Sic enim in praefat. lib. 1. ἐγὼ ἦ Μακεδὼν ἀνὴρ, ἔχων πάτριον τὸ, κρατεῖν Πέρσῶν πολεμίντων δύναμιν.

Pag. 128. *lin.* 13. poſt *partibus adde:* ita in Juſtino lib. 1. 9. *Tum pertractare dormienti caput jubet.* Cod. Franeq. pro *pertrectare.*

Pag. 131. *lin.* 17. *poſt* poterit *Adde:* Bentlejo tamen aliquo modo videri poſſet favere Servius ad Virgil. Æneid. 8. 577. ſed, etiamſi ita ſcribendum jam negare non auſim, nihil id Bentlejum juvat. Poſt *vides* enim recte ſequitur modus indicativus. Virgilius Æneid. lib. 6.

Viden' ut geminae ſtant vertice criſtae.

Claudianus 4. Conſ. Hon. 5.

Cernis, ut armorum proceres, legumque potentes
Patricios ſumunt habitus &c.

Id forte non intellectum fraudi fuit librariis. *Carinas* autem de una nave etiam explicuit Rich. Johnſon Ariſtarch. Bentl. p. 66, 67. quem nunc demum beneficio Cel. Burmanni videre contingit.

Pag. 139. *lin.* 4. *adde:* Apollonius Rhodius lib. 4. v. 282.

Ἔστι δέ τις ποταμὸς, ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο.

Ibid. lin. 22. *poſt* 74. *adde*: ſic Apollonius Rhodius lib. 4. v. 259.

Ἔστι γὰρ πλόος ἄλλος, ὃν ἀθάνατοι ἱερῆες.

Pag. 145. *ante l. pen. adde*: ſic cum Pſemmis Anthiam ducere vellet, apud Xenophontem Epheſium lib. 3. p. 53. illa hanc cauſam interſerit: ὅτι αὐτὴν ὁ πατὴρ γεννωμένην ἀναθείη Γσισὶ μίσχειν ὥρας γάμων. ἢ ἔλεγεν ἔτι τὸ χρόνον ἐνιαυτῷ τίθεσθαι.

Pag 149. *poſt lin.* 33. *adde*: nec non Andr. Papius, qui inmerito tandem inprobavit.

Pag. 160. *lin.* 6. *Poſt* Antonomaſivum *adde*: Atque ita in melioribus editionibus jam exhiberi ſero video, ut adeo per me emendationes iſtae in ſpongiam incumbant.

Pag. 186. *lin.* 24. *addo*: atque hanc explicationem unice amplector.

Pag. 187. *lin.* 31. *pro* audio *ſcribe* non audio.

Pag. 188. *lin.* 6. *poſt* credebat *adde*: Locus Homeri eſt Iliad. Σ. 382.

Τὴν δ' ἴδε φερμολύγα χάεις λιπαροκρήδεμνος
Καλὴ, τὴν ἔυπυις περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις.

Sed aliis locis plures aperte adgnoſcit, ut Iliad. Ξ. &c. dein *paulo poſt pro* quin diſerte Homerus *ſcribe* ſic Iliad. Ρ. 51. &c.

Pag. 191. *lin.* 24. *poſt* Ἀργαφίαι *adde*: Nunc nihil muto, cum alterum aeque rectum. Etymologicum M. Ἀργαφίης, ὅιον, Νιφάμεναι κρήνας ἔδεγμον Ἀργαφίης. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε, ἀπὸ Γεγεσίφυς τοῦ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἐντελὲς ἐν τῷ ἑρμῇ κρήνης Γαργαφίης. ὁ Πρεμένιος, ἄνευ τοῦ γ· ἢ ἡ ἔλλειψις ἀπὸ ἰσρείας. Compilavit haec Phavorinus ad verbum tantum pro Γαργαφίης ſcribit Ἀργαφίης, reliquis omiſſis. Alciphronem autem verſum citatum reſpexiſſe credibile eſt.

Pag.

Pag. 197. *lin.* 17. *poſt* Erebo *adde*: Quo argumento Th. Galeus ad Apollod. pag. 6. concludebat Poëma hoc non eſſe unius auctoris, & fortaſſe partem Theogoniae Orphei Heſiodo adſutam, ſed non probante Fabricio Bibl. Gr. lib. 2. cap. 8. p. 378.

Pag. 207. *poſt lin.* 28. *adde*: 103. πόθον δολόεντα παθητικῶς moleſtam, quoque decipiebatur Leander, ut *damnoſus ſenex* pro damnis confecto apud Plautum, intelligit Rondellus. fruſtra.

Pag. 259. *lin.* 1. *pro* Perizonio *ſcribe* Scheffero. dein pro Μεναλίων, Μεναλ. Μιναλ. ſcribe Μελαν. &c.

Pag. 265. *poſt* inſultat *adde*: Crojum jam refutaſſe Jo. Fr. Gronovium ſero video.

Pag. 268. *poſt lin.* 31. *adde*: apud Terent. Andr. 1. 1: 13. *In memoriam habeo* pro *memoria* exhibet Codex Franeq. ita in Juſtino lib. 1. cap. 6. *Aſtyages meriti ſui in Harpago oblitus.* pro *Harpagum* Codex Franeq. cap. 7. *ſi quid in Croeſo crudelius conſuluiſſet.* cap. 8. *univerſo oriente in poteſtate redacto.* cap. x. *urbemque ipſam in poteſtate ejus redigit.*

Pag. 303. *lin.* 26. *poſt* laudat *adde*: Confer jocularem inſcriptionem apud Reineſ. Cl. I. 118. p. 156. ubi memoratur aliquis, qui *vixit annis CXV. puellarum anhelitu quod etiam poſt mortem ejus non parum mirantur Phyſici.*

Pag. 310. *poſt lin.* 10. *adde.* Hinc apud Homerum Iliad. A. 18. legendum puto:

> Τίμῃν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
> Ἐκπέρσαι Πελάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι·
> Παῖδα δέ μοι λύσαιτε Φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε,

Non, quod editiones occupat λύσατε, quod in ipſas metri leges peccat, cum ſecunda in λύσατε corripiatur. Veterem autem hanc eſſe lectionem patet

ex Moſchopuli ſcholiis ad h. l. ubi notat: λύσαιτε] ἀντὶ τοῦ λύσατε· τὸ εὐκτικὸν ἀντὶ προστακτικοῦ. quod jam video animadvertiſſe Editorem Doctiſſ. Jo. Scherpezeelium. ita praeterea Codicem MS. Bibliothecae Leidenſis diſerte exhibere, qui eum contulit, Eruditiſſimus Valckenaerius mihi oſtendit, atque ita jam edidiſſe Sam. Clarkium ſero video. Spondanus in margine λῦσαί τε emendans, an haec cum praecedentibus jungenda, an infinitivum pro imperativo poni voluerit incertos nos linquit. Prius, licet & aliis apud Euſtathium adriſerit, eſt ineptum, poſterius τῷ λύσαιτε deterius.

FINIS.



INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A.

A & ε permutantur. 36
Ab ovilibus aurae pro *aurae ovilium* 150. *pastor ab Ida.* 257, 258
Accipio & *adspicio* permutantur. 7
Α᾽δίδακτος γάμων. 143
Adjectiva in ος & ϛος aliaque vocibus faemininis adjunguntur. 15, 16, 109, 110.
——— pro nomine. 229
——— vocibus adjuncta pro adverbiis. 40. 41
——— εἰς ϛενὸν καιρῷ pro ϛενὸν καιρὸν. 265
——— παρθένος μίτρη pro παρθενικὴ. 341
Adonis cum Venere plerumque conjungitur, & eodem, quo illa, templo honorata. 162, 163
Adspicio & *accipio* permutantur. 7
Αἶθλος *certamen amoris* non *Officium*. 8. 125
Aequor de fluvio. 6
Α᾽γειν pro φέρειν, & viciſſim, ponitur. 128, 129
Aglaia Vulcani uxor. 189
Α᾽γλαΐαι *formoſae puellae*. 199
Α᾽γρεύειν de Amore poſitum. 253
Α᾽γειον οἶδμα. 298
Αἷμα, αἷμα γενέθλης, *genus* quo quis ortus. 136, 137
——— *filius* ibid.
——— κομίζειν e parentibus dicitur filius, ut & aliquis e regione ubi natus, ut & de inſula. 137, 138
Αἰολόμητις Ἔρως. 63
Α᾽κάω, *ſpecto*. 5
Albae veſtes. V. Veſtes.
Α᾽λὸς ὕδωρ pro ὕδατος. 339
Α᾽λσεφὴς νῆσος, ἄσυ &c. 17, 18

INDEX RERUM

Ἄλλος pro ἕτερος recte ponitur. 151
Amatores ſpectandarum formarum gratia loca ſacra adeunt. 171
——— dilecta potiti mori cupiunt. 202
——— in coelo eſſe amata potiti ſpernunt. 203
——— dilectis perſuadere omni modo conantur crudeles Veneri, ejusque filio eſſe inviſas. 259
——— omnia tarda dilectis frui ocyus cupientes putant. 321, 322
——— perditis amoribus de rupibus & excelſis locis ſe praecipitare ſolent. 360
Amor militiae conparatus, & pulcherrimae inde ductae locutiones. 125--127
—— *αἰολόμητις.* 63
—— ignes ejus frigidi maris aqua extinguere nequit. 82
Ἀνατέλλειν & Ἀναφαίνειν permutata. 38
Ἀναστέλλειν φέγγος, aliaque. 208
Ἀνενείκατο φωνήν. 41
Animus & *mens* junguntur. 192
Antonius *victor* Virgilio quomodo vocetur. 258
Antonomaſivum. 159, 160
Ἀνύειν παννύχιδας ὑμεναίων. 317
Aphacitis Venus. 168, 169
Ἀφάσσειν ἱέρειαν, *tangere.* 204
Ἀφροδίτη peſſime pro *Minerva* a Scholiaſta Muſaei habita. 159
Ἀπὸ πύργος ἀπὸ πατρώων, *turris avita* 149. ἀπ' Ἀρχαδίης Ἀταλάντη. 257
Ardua montium. 251
Argaphia fons idem ac Gargaphia. 372, 373
Argo nave aedificata primus mare tentaſſe a Poëtis vulgo ſtatuitur Jaſon. 273--275
—— primo die tempeſtate jactata fuiſſe non videtur. 288
Ἄργος Πελασγικόν. 198

Ἄρρην de patre ſobolem generante. 229
Arvum genitale. 222
Ἀστέρες πολίων, ἄστρον ἀρούρης. 132
Atque aliquis eleganter poſitum. 194
Aura puellae. 303
Aurorae modo bigas, modo quadrigas dant Poëtae. 289, 290
Αὐτόματος pro αὐτὸς & viciſſim. 332

B.

Bacchus pulcher non pingui aqualiculo deformis. 153
—— pater Gratiarum. 189
—— juvenes formoſi ipſi conparantur. 152, 153
Βαλὼν & λαβὼν permutata. 76
Bellum Graeciae, quod inferunt Graeci. 248
Boötes. 69
Βραχυλογία. 79

C.

C pro Σ in nummis ante Domitianum reperitur. 3. 362
Callichori & Parthenii fluminum nomina diverſa ab Orpheo uni tributa. 278
Carinae pro una navi. 131
Caſus tertius pro quarto cum praepoſitione eleganter ponitur. 99—103
—— ſexti rarior uſus pro quarto cum praepoſitione *per*, ut *candidatis miniſtris* pro *per candidatos miniſtros*. 213
in *Ceres* ultima ſyllaba male corripitur. 75. 368
Χερὶ δὲ σποδίῃ αἰθῇ, νιφετῷ, ἠὲ σιβήῃ. 332
Χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς *auream virgam geſtans Mercurius.* 255
in *Coelo eſſe* gaudio inuſitato & maximo adfecti dicuntur. 203

Coeneus in lugentibus campis male ponitur a Virgilio. 284
Cognoscere visu. 324
Colli bonus odor laudatur 219. ut & candor. *ibid*
——— osculari mos erat. 226
Color puellarum niveus purpureo mixtus laudatissimus. 175, 176
—— candidus & roseus. 176, 177
Conjunctio modos diversos non raro copulat. 309---314. 373, 374.
——— casus diversos copulat. 316, 317
Conjux, adulterio cognita. 194
Conposita. v. Voces.
Constructionis durae & impeditae exempla. 38, 39
Creare prolem dicitur & mater. 227
Cupido virginibus infestum numen. 155
—— a nuptias inituris placabatur. 157
—— in membris formosarum excubat. 191
Cythera insula. 166

D.

De libris memoriae pro *memoriae librorum.* 150
—— *Magi de oriente.* 257, 258
Δὲ, *igitur.* 22
—— *γαῤ.* 23, 24
—— repetitum. 108
ἐπὶ δηρὸν & ἔτι δηρὸν. 96
Dianae venatrices conparabant. 153
——— modo uno, modo duobus cervis, modo quadrigis vehi fingunt. 294
——— a nubentibus apud Graecos zona non sacrabatur. 349
Diis conparantur, qui inter homines aliis praestant. 151-153
——— pri-

priſcinos amores, ſi nimium ſibi graves, eleganter in memoriam revocant amatores. 358, 359
Reges vocantur. 153, 154
plures uno templo honorati, ut Venus & Adonis, Diana & Apollo &c. 162, 163
albas veſtes geſtant. 213
maris potentes. 327-329
Diva, pro Muſa. 122
Δοκεύων de venatore, piſcatore, aucupe aliisque ponitur. 325, 326
Δόμος pro *dolio* recte uſurpatur 232
Dona Minervae, quae ipſi data ſunt. 365
Dormire ſine veſte Veteribus non inſuetum. 338
Δρέπτειν cum compoſitis. 112-114
Duplex Amathuſia. 161
Δῶρα μείλιχα Ἀφροδίτης. 92

E.

Ε & Α permutantur. 36
Ἐγείρειν μῆνιν &c. alicui. 53
Ἔδεθλον & ἕδεθλον permutata. 25
Εἰπὲ ᾗ, μὴ ψεύσῃς. 270
Εἰ ἐτεὸν & εἰ δ' ἐτεὸν. 71
Εἰ δ' ἐθέλεις non ᾗ θέλεις. 71
Εἰς πατρίδα μίμνειν pro ἐν πατρίδι. 265
Εἰσέτι πω vel νῦν. 13. 363
Ἔοικα. 221
Ἐλίλιζεν vel ἑλέλιξεν ὀπωπάς. 34, 35
Ἐλθεῖν εἰς πόθον, ἵμερον. 14. 363
Ἕλκος & κάλλος quomodo permutata. 31
Ἐν eleganter in multis locutionibus abundat. 260
— omittitur ſaepe. 275, 276
— pro εἰς, ut κάπτειν ἐν Λήμνῳ. 266
Ἐνδέω vel ἐνδέω ἐνὶ ἀσπίδος. 14. 363
Ἐνσφραγεῖν. 351

Ἐπιβαίνειν Σπάρτης, *accedere Spartae non adscendere.* 195, 196
Ἐπιβαίνειν *concumbere cum puella.* 203
Epicurus doctus summo jure vocatur. 241
Ἐπιδεῖν V. Ἐνδεῖν.
Ἐπολίχειν *incedere.* 171
Epitheta duo uni voci addita. 9. 216-218
—— aliquando etiam plura *ibid.*
—— vitari saepe possunt admisso copulae defectu. 219
—— frigida, & otiosa &c. 131
Ἔργα Κύκλωπος, Ἄρεως, Θαλάσσης aliaque plurima. 228, 229
Ἔργον simpliciter *opus*, in amore. 230
Erecta montium. 251
Eriphyle in lugentibus campis a Virgilio male ponitur. 284
Ἐσμάραγος, ἐσμαράδος, & ἐσμάραγδος. 104, 105
Ἐσί δε τις νῆσος, vel ἐσί τις νῆσος initio versuum frequens. 138, 139
Ἕτερος pro ἄλλος recte ponitur. 151
Eurynome Gratiarum mater. 180

H.

Ἤθεος. 18
Ἥμετέρος & ὑμετέρος permutantur. 121
Ἦν, *est.* 19
Ἦν ἐθέλῃς, ἐθελήσῃς non ἐθέλεις, aut ἐθελήσεις, nec ἢν ἢ θελήσῃς. 51, 54
Ἠὼς *Aurora, sol, dies &c.* 36, 37

F.

Faces nuptiales in veteri Graecia a matribus: postea vero a patribus videntur fuisse accensae, quamvis ritus hi non raro ab ipsis scriptoribus confundantur. 352-354

Fer-

Fervere. 299
Flavi fluvii ab arenarum fulvo colore. 269, 270
Fortunae jus eſt in mare. 328

G.

Γάμος & ſimilia verba pro *coitu* pudenter uſurpantur. 123
a Generalibus ad ſpecialia non raro deſcendunt Poëtae. 164-166
Γενετῆρες de utroque parente. 215
Gentes & *mentes* mutata. 192
Genus maſculinum ponitur pro faeminino. 259
Gignere prolem & de matre ponitur 227, 228
Grammaticorum placitis caute ſtandum. 134, 135
——— ipſi leges a ſe latas migrant. 151
Gratias ternas vulgatior ſententia ſtatuit, alii tamen unam, vel duas. 187-189. 372
——— variis parentibus ortas ſtatuunt. 188, 189
——— in nominibus ingens diſcrepantia. 188
——— in oculis formoſarum excubare dicuntur. 191

H.

Harmonia Gratiarum mater. 209
Hebrus non eſt fluvius aurifer. 244
Herculis & Omphales exemplum in Amore. 255
——— generationi duas noctes inpenſas tradit cum paucis Statius, alibi tamen trium meminit. 288, 289
Hero ſacerdos Veneris ad nubilem aetatem videtur fuiſſe. 146
——— publica fuit Sacerdos. 160
——— & Leander primas nuptias in templo Veneris feciſſe non videntur. 317-319
Heroes veteres pedibus nudis incedebant. 185
Heroïdes veteres albas veſtes geſtabant. 214

Humeris oscula inponebant. 220
Hyems gramina campis aufert. 181

J.

Jason. V. Argo.
Ἰάχειν μῦθον. 87
Ibi pro *eo*. 270
Ἴκελος primam syllabam communem habent 11, 12. 121
—— cum casu secundo. 46
In eleganter in multis locutionibus abundat. 260
—— cum quarto casu pro sexto, & viciſſim, ponitur. 267, 268. 373
Incedere pompam ac majestatem denotat. 171
Inceſſus decoris pars non temnenda. 171, 172
Inconstantiae accusati plurimi veteres scriptores, nonnulli absoluti. 272——294
Infernis in sedibus mariti non videntur sortiti loca quae meruerant uxores. 283
—— manes certos circulos habebant *ibid.*
—— lugentibus campis a Virgilio adscribuntur alio loco dignae. 284
Infinitivi modo elegans usus, in Θηπεύειν ἐκόμιζεν aliisque. 256, 257
—— pro inperativo. 305
Intacta, pro muliere virum passa, sed casta, recte adhibetur. 204, 205
Ipse pro sponte eleganter ponitur. 332
Ἴσος cum casu secundo, & quarto constructum. 45, 46
Ἰσχέειν μῦθον. 87
Juncta Luna non est triplicata. 288
Juno Ζυγία. 90
—— Cinxia, unde dicta. 349
—— zonam ei sacrabant. 250
Ixionis in poena memorantur a Virgilio angues, ilex imminens, & rota. 285-287

K.

Κ & Λ permutata. 31
—— τ permutata. 80
Καὶ, *sed.* 328
Καὶ τις eleganter positum. 194
Καλέω σε γυναιξὶν ἴσην. 221
Κάλλος & ἕλκος quomodo permutata. 31
Καταβαίνειν pro ἐπιβαίνειν. 196
Καταπτώσω. 65
Κεδνὸς, *veneranda.* 27
επέων Κελευθοί. 262
Κλέπτειν & κρύπτειν παρείην. 62
Κοῖτος pro *lecto*, & *concubitu* recte videtur poni. 149
Κραδίη & θυμὸς junguntur. 192
Κρύπτειν & κλέπτειν παρείην. 62

L.

Λ & Κ permutata. 31
Labens manus. 252
Λαβὼν & βαλὼν permutata. 76
Lacedaemon & *Sparta* disjunctive memorata pro una urbe ponuntur. 197
—— Cypri urbs. 198
—— V. Virgines. & Nuptiae.
Leander veste capiti adstricta per Hellespontum natavit secundum Musaeum: secundum Ovidium in litore liquit. 331. 339
Leves Dii. 158, 159
Λευκόπτερος Ὀρέστης. 185, 186
Leucothoe in mare jus habet. 327
Libanus mons Veneri sacer. 167, 168
—— puellae montis accolae prae ceteris Veneri dilectae erant, & forma liberali. 168
—— fragantissimas arbores gerit, non vero thus &c. 169, 170

Litus

Litus pro *ripa*. 61
Λοχεύειν de patre prolem generante uſurpatum. 226
Loqui digitis, *nutu* &c. 207
Λύχνος *lucerna* non *fax*. 4
Lucifero formoſos conparabant. 174
Λύειν ζώνην, de puellis virginitatem amittentibus: non vero virum paſſis ponitur. 317
—— nec de parientibus tantum. 341. 343
—— minus de ſacerdotali redimiculo capitis. 343
Lugentes campi. V. Infernae ſedes.
Lycurgum modo Martis, modo Dryantis filium facit Nonnus. 279

M.

a Majori ad minus non raro deſcendunt Poëtae. 164-166
Manus oſculandi mos. 221
Maris frigida aqua ignes Amoris extinguere nequit. 81
—— inperium variis Diis tribuunt veteres, quos invocare, &, ſi liberarentur, vota iis ſolvere ſolebant laborantes. 327-329
Μαρμαρυγὴ χαείσα. 21
Medea Hecatae fuit Sacerdos. 143, 144
—— ad nubilem aetatem. 145, 146
Μεμηλότα ἔργα θαλίης, θαλίης μεμηλότες, θαλίης μεμηλότα ἔργα, θαλίης μεμηλότες. 229
Mens & *animus* junguntur. 192
—— *mentes* & *corda ibid. mentes* & *gentes* permutata. 192
—— & *oculi* junguntur. 193
Mercurius χρυσόῤῥαπις. 255
—— partes ſuas in amore habet, quia eloquentiae praeſes Deus. 255, 256
Μετὰ. 221
Metaplasmi exempla varia. 179

Μετεωρίζειν Κύπελλος ἴσχει. 47
Militia. V. Amor.
Minerva a nuptiis inituris placari solebat. 156
Μίτρη & μήτρη permutantur. 90
Modus inperativus in precibus usitatus. 119
Μυχῶ varii significatus. 332, 333
Munera Bacchica, vinum, &c. 95

N.

Naves autumno & hyemali tempore subducebant veteres. 97
—— ulteriori usui ineptas fractas hyemali tempore fuisse non est verosimile *ibid.*
Navigantes in periculis patrios deos cuncti non invocant, & vota solvunt liberati Diis praesidibus locorum, ad quae rejecti. 329, 330
—— pro felici navigatione aras in litore & ripis erigere solebant. 330, 331
—— mari se conmissuri sacrificia offerebant. 331
Nec & *nunc* permutantur. 252
Νεύματα ἄφθογγα. 206
Nomina duo uni Deo tributa, ut *Phoebus Apollo*, Κυθέρεια Ἀφροδίτη. 159
Νῆς & φρένες junguntur 192. & ὄμματα. 193
Nox pronuba. 355
Noctem obscurare solem tradunt auctores. 209
Nocti vestem nigram tribuunt. 208. & stellatum peplum. 210
—— aetate quadrigis, hyeme bigis vehi perperam vult Broekhusius. 290, 291
Numerus pluralis pro singulari ponitur. 130, 131
—— singularis additur nominibus duobus singularibus pro plurali. 357, 358

—— ſingularis & pluralis ſæpe permutantur. 368
Nunc & *nec* permutata. 252
Nuptias veteri ævo ſine parentum conſenſu contrahere non licebat. 265
—— apud Lacedaemonios contrahendi mirus modus. 335
—— in iis utebantur veſtibus albis. 214
—— nomen horrent virgines modeſtae, ſaltem horrere ſe fingunt. 261, 262
Nutus loquaces. 207

O.

Ὀαρῦ varius ſignificatus. 43, 44
Ὄχθαι. 61
Oculi praecipua pulchritudinis ſedes. 190
—— Cupidines, Veneres Gratiaeque iis inſident. 191
—— *mens* & *animus* junguntur. 193
—— dejecti ſigna pudoris. 261
Odor bonus mulierum laudatiſſimus. 181
Officium. 8
Ὄιστρος. 44
Ὄμματα & νῦς junguntur. 193
Oleum ῥόδιον & ῥόδεον. 86
—— eo Veteres cubitum ituri inungere ſe ſolebant &c. 337, 338
—— membra tinguit Leander ponto frigido ſe conmiſſurus. 338
Ὅλος pro πᾶς. 336
Omnis pro *totus.* 336
Omphales & Herculis exemplum in amore. 255
Ὅπη anteriori reſpondet. 125
Ὀπιπτεύω & ἐπιπτεύω. 66

Opus in amore. 289
Ὀ*ἐγω*, *audio*. 5
Ὄ*ργια* quaevis *myſteria*. 48, 49. 366
Oreſtes quare λευκόπυς dicatur. 185, 186
Oſculabantur Veteres alicujus collum, humeros, pectus, manus, aliasque corporis partes. 219-221

P.

Palaemoni jus in mare. 328
Παιδήμιος ἑορτὴ peſſime ad Venerem πάνδημον refertur. 160
Παισυδίη & παασυδίη 17
Παφλάζειν *fervere* verbum ab Hippocrate fictum male ſtatuitur. 298, 299
Παπταίνω. 201, 202
Parcis parentes diverſi tribuuntur ab Heſiodo. 197. 373
Parentum ſine conſenſu nuptias veteri aevo non contrahere licebat. 265
Parere de patre uſurpatum. 226, 227
Parthenii & Callichori fluminum nomina diverſa ab Orpheo uni tributa. 278
Παρθένος μίτρη. 341
Participium in fine verſus apud Graecos & Latinos recte ponitur. 133, 134
Πᾶς pro ὅλος. 336
Παασυδίη & πανσυδίη. 17
Πασσὸς. 92
Patres pro utroque parente. 215
Pectus oſculandi mos. 221
Pedes pulchri veteribus probatiſſimi. 182, 183
—— pedibus nudis incedebant Gentilium Sacerdotes, Dii, aliique, ut & in dolore, 184. Veterum Heroes 185. nec non furentes. 186
Πεζεταίρους. 19
Πεζεπτώσω. 64

Πηγνύειν πάσσὸν. 355
Φαιδροὶ ὀφθαλμοὶ. 173
Φάρος prima ſyllaba eſt communis. 296
Φέρειν pro ἄγειν & viciſſim ponitur. 129
Φιτύειν pro φυτεύειν, ut & φιτώνυμον, φίτον aliaque probae notae vocabula. 224-226
Φυτεύειν de patre ſobolem generante. 223, 224
—— primam conripit. 224
Φοβερὸς. 297
Φέρνες & νῦς junguntur. 192
Φυγίης prima conrepta. 19, 20
Plaga fluvii minus recte dicitur. 244
Pleonaſmus pronominum elegans. 99. 370
Πνείω *ſpiro* 355. & ὄζω. 356
Poëtae praeſides eorum, quae dicturi, proprios, invocare ſolent. 119, 120
—— nec non defunctos vates. 120, 121
—— praecipue autem Muſas. 121, 122
—— ut & Inperatores. 124
—— Epitheta frigida & otioſa &c. adhibent aliquando. 131, 132
—— veteres a recentioribus mendacii arguuntur. 187
—— in carminibus artificioſe aliquem introducunt, cujus ore vota &c. aliorum exprimunt. 194
Πολυδαίδαλος χιτὼν, *artificioſa veſtis.* 210, 211
Πολύλαυσος lucerna, quae miſerandum fecit Leandrum. 81
Ponere urbem pro condere. 240
Pontificem unum, non duos, ſingulis provinciis praepoſuit Maximinus. 212
Πορθμὸς Ἀβύδε *fretum* inter Seſtum & Abydum, non *littus.* 12, 13
Prato pulchro formoſae conparatae. 180
Προγόνοι *majores*, non *parentes* denotant. 147

—— ἱέρεια ἀπὸ πτερύγων, πτέρυγες a. π. ibid. &. 149
Prolepsis. 81
Πτέρυγες. 171
Πτώσεις. 65
Pudore adfecti faciem velare solebant summa vestis parte in caput contracta. 295, 296
Pueri & puellae Diis ministrabant. 144
Pulchrae puellae Veneri comparabantur. 152
—— ut & Lunae 172, 173. nec non Auroraé 173. prato roseo. 173
—— prae caeteris Libanum, ubi Veneris sedes, incolebant. 168
—— colore niveo purpureo mixto celebrantur. 175, 176
—— nec non candido & roseo. 176, 177
—— odor earum bonus laudatissimus. 181
Pulchri juvenes Baccho comparabantur. 152, 153
—— ut & Lucifero. 174
Pulchritudo puellae per oculos in amatoris animum penetrat. 31, 32
—— sedes ejus praecipua in oculis. 190
Πῦρ in obliquis casibus primam forte syllabam communem habet. 16
Purpureas vestes gerebant sacra celebraturi. 214

Q.

Quasi eleganter reticetur. 258
Que pro *sed* positum. 323
Qui anteriori respondet. 125
Quo pro *ubi*. 270

R.

Reges Diis comparantur. 154
Repetitio vocum. 43
—— eorundem, licet vicina admodum in

ſede, multis exemplis demonſtrata. 231-236. 249
——— in principio verſus. 88
——— in fine verſuum. 103
——— periodorum. 239
——— τῦ Δὲ. 108
——— conpoſitarum & derivatarum crebra admodum eſt. 236--239
——— nec tamen laudanda. 253
——— invenuſta. 295
——— epithetorum &c. diverſis perſonis & rebus tributorum. 110-112
Ripa pro *litore*. 61
Ῥόδιον ἔλαιον & ῥόδινον. 86
Roſae albae, praecipue in conparationibus, raro memorantur. 177
——— florum pulcherrimae, ideoque Veneri ſacrae. 178
Roſeus color. 176
——— pulcher. 177, 178. *Roſea cervix* ibid.

S.

Σ, pro C in nummis &c. ante Domitianum. 3. 362
Sacer cum caſu ſecundo conſtructum. 330
Sacerdotes virginitatem fere omnes ſervare tenebantur. 143-145
——— virginitatem minus ſancte ſervantes graviter puniebantur. 145
——— quaedam ad nubilem aetatem virgines manebant, ut Medea, & Hero. 145, 146
——— ſine Deorum conſenſu nuptias contrahere non poterant. 144
——— juvenes ſacra peragebant, quia aetas innocentior Diis grata. 145
——— albas veſtes geſtabant, & purpureas. 211, 213, 214
——— ve-

—— veſtes ad talos demiſſas geſtabant. 356
Sacerdotia quaedam certis familiis adligata fuerunt. 147
Sidera pro ſidere ponuntur. 209
Sichaeus in lugentibus campis a Virgilio male ponitur. 283
Sinus. 13
Solem obſcurat nox 207. Eorum, *quos ſol adſpicit*, potentiſſimus. 209, 210
Soni ejusdem iterationis complura exempla. 26. 365, 366
Sparta plano loco condita fuit. 196
—— & Lacedaemon juncta pro una urbe poſita. 197
Spartanarum puellarum forma decantata 198. nec minus caſtitas. 199
—— publice curſu lucta, &c. exercebantur. 199
Σφετερὸς pro ἐὸς, *noſter*, ὑμέτερος uſurpatur. 296, 297
Σπείρειν de patre prolem generante. 222
Stellas nitidas &c. claras ſequuntur nautae. 68
Στεφανῦν. 18
Syllabae breves productae. 74. 139. 367
—— longae per poſitionem conreptae. 105-107. 365. 370
Synizeſis in voce θεοὶ 67. in φάος aliisque vocibus multis Graecis & Latinis. 72-75. 367, 368

T.

T & K permutata. 80
Tangere puellam. 204
Taurum Jovi inmolatum male negat Servius. 135
Tempora praeſentia pro futuris. 49, 50, 51
—— diverſa recte conjunguntur. 299--302

Θεὰ, *Diva*, Muſa Calliope, ſive Erato, vel Venus. 119-122
Theſeus pulchris pedibus fuit. 185
Θεσπιωδῶν antepenultima conrepta. 21
Θυηλαὶ Ἀθανάτων, *ſacrificia quae Diis offeruntur.* 365
Θυμὸς & κραδίη junguntur. 192
Thus Libanus non fert. 169, 170
Timor puellae eſt timor pro puella. 335
Τὶς eleganter abundat. 133
Toros nuptiales veſtibus conſternebant. 355
Torti orbes. 287
Totus pro *omnis.* 336
Trajectiones verborum. 147, 148
Τρέμειν καρδίαν & ſimilia. 33

V.

Venari in amore. 254
Venatrices Dianae conparabant. 153
Veneficae in ſacris magicis unum pedem nudum habuiſſe, male ſtatuuntur. 184
Veneri puellae pulchrae conparabantur. 152
—— a nuptias inituris res divina fiebat. 157
—— numen virginibus infeſtum. 155
—— ſanguine placabatur vel columbae vel majoris hoſtiae. 157, 158
—— *Coeleſtis & Vulgaris.* 161
—— cum Adonide plerumque conjungitur & eodem, quo ille, templo culta. 162, 163
—— in Libano culta. 167, 168
—— Aphacitidis nomen adepta a loco ubi culta. 168, 169
—— roſa florum pulcherrima ipſi ſacrata. 178
—— virginitatem non inlibate ſervatam ipſa aeque ac alii Dii vindicabatt. 319

——— e mari nata mare navigantibus favet. 326, 327
——— in mare jus habet, & a navigantibus invocatur. 329
— zona virginea poſt concubitum ei ſacrabatur. 349
Ubi pro *quo*. 270
Viſus in amore ſatietas nulla. 202
Verba ſenſus denotantia permutantur inter ſe. 5,6,7
—— neutra active uſurpata, ut *pergere iter*. 302, 303
Verſuum invicem ſe ſequentium in exitu dictiones eodem modo deſinentes recte ponuntur. 139-142
—— invicem ſe ſequentium in medio voces eodem modo deſinentes recte ponuntur. 364
Veſtes albas geſtabant ſacerdotes ſacris operantes. 211
—— ſacerdotes Maximi civitatibus, & Pontifices provinciis praepoſiti a Maximino candidis chlamydibus ornati incedebant. 211
—— vates, Dii, Angeli, veteres Heroïdes, nec non nuptiarum tempore induebant. 213, 214
—— purpureas ſacra celebraturi geſtabant. 214
—— in amore adprehendebant. 215
—— ad talos demiſſas geſtabant ſacerdotes, & veteri aevo inluſtres virgines & mulieres. 356, 357.
Virgines modeſtae nuptiarum nomen horrent, certe horrere ſe fingunt. 261, 262
Virginum cura anxia & cuſtodia erat apud Graecos aliosque, a quibus tamen diverſis inſtitutis utebantur Lacedaemonii. 333-335
Υμετέρος & ἡμέτερος permutantur. 121
—— pro *tuus*. 121
Voces conpoſitae ſonum ſimplicium non raro retinent, ut *detracto* pro *detrecto* &c. 127, 128. 371

—— idem ſignificantes junguntur. 197. 270, 271. 323-325
—— a curſu & via ad orationem transferuntur. 262-264
—— ab arvis eorumque, cultu deſumtae ad ſobolis generantionem deductae. 222-224.
Ὑπὸ abundat. 56
Ὑποδεήσειν non ὑποδεήσειν. 48

Z.

Zonam ſalvere dicitur virgo & maritus &c. 343
—— non uſurpatur de redimiculo capitis ſoluto in re nuptiali. 343, 344
—— ſolvebat maritus in lecto, non antea. 344
—— non unam, ſed plures fuiſſe contra Braunium aliosque demonſtratur. 345
—— Voſſii ſententia puellarum pudenda zonis munita fuiſſe rati pluribus adſerta. 346-348
—— nubiles puellae tantum geſtabant. 348
—— apud Romanos ipſo nuptiarum tempore cingulo demum praecingebantur. 348, 349
—— poſt concubitum Veneri apud Graecos conſecrabant, non Dianae; apud Romanos autem Junoni Cinxiae. 349, 350
—— mulieres etiam geſtaſſe videntur. 350, 341
Ζυγίη Ἥρη. 90
Ζῶμα, pro ζώνη. 347

FINIS.

INDEX

INDEX

Auctorum Veterum & Recentiorum, qui in Notis & Animadverſionibus vel Emendantur, vindicantur & inluſtrantur; vel Laudantur & refutantur.

A.

Achilles Tatius. 45. 49. 133. 138. 224, 225. 281, 282. 334. 352
Acro. 145. 158. 220. 269. 304. 356
Aelianus. 151. 276. 295
Alberti (Johannes). 148. 257
Alciphron. 191. 265. 323
Anacreon. 82. 185. 368
Apollonius Rhodius. 239, 240. 351
Arator. 277
Ariſtaenetus. 110. 181. 259. 301
d' Arnaud (Georgius). 24. 109. 162. 185. 240. 256. 304--308. 333
Attius *apud Ciceronem.* 227
Avienus. 253
Auctor epiſtolae ad Hebraeos. 24
—— περὶ Σολοικίας. 296
—— Elegiae in obitum Maecenatis. 342
Auſonius. 324. 361

B.

Barthius (Casparus). 139. 218. 347, 348
Bauldri (Paulus). 50. 212. 268
Begerus (Laurentius). 249
Bentlejus (Richardus). 7. 135. 140-142. 217, 218. 227. 239. 241. 306. 308. 333. 370
Berglerus (Stephanus). 34. 76. 83. 90. 191. 199. 220. 265. 326
Bochartus (Samuel). 154. 168. 267
Boëthius. 75. 128. 139. 240. 267. 292, 293. 314

INDEX AUCTORUM.

Bos (Lambertus). 23. 99. 271
Braunius (Johannes). 184. 345
Broekhuſius (Janus). 134, 135. 144. 153, 154. 156. 172. 175. 207. 218. 227. 241, 242. 248. 269. 290. 302. 335. 356
Buanarrotus (Philippus). 291.
Burmannus (Petrus). 7. 27. 50. 204. 213. 215. 243. 250. 274. 325. 357
——————— Junior. 6. 105. 158

C.

Callimachus. 16. 49. 72. 109
Callyus (Petrus). 74, 75. 120
Cannegieterus (Henricus). 251. 268
Canterus (Gulielmus). 39. 68. 70
Canticum Salomonis. 337
Caſaubonus (Iſaäcus). 140. 151
Catalecta Pythoei. 200
Claudianus. 122. 218. 246, 247. 251. 332. 358
Clericus (Joannes). 24. 342
Columbus (Joannes). 50. 267
Coluthus. 36
de Cordova (Franc. Ferdinandus). 125
Cornutus. 189, 190
Crojus (Joannes). 264, 265
Cruceus (Emericus). 288
Cuperus (Gisbertus). 188. 212. 214. 232. 354

D.

Daviſius (Johannes). 150
Deinias. 198
Demſterus (Thomas). 90. 347. 353
Diogenes Tragicus *apud Athenaeum*. 20
Diodorus Siculus. 307
Dorvillius (Jac. Philippus). 5. 9. 26. 29. 97. 164. 370

INDEX AUCTORUM.

Douza (Janus). 177
Dukerus (Carolus Andreas). 127. 130. 227. 267. 315

E.

Eſchenbachius (Andreas Chriſtianus). 26. 275
Euripides *apud Plutarchum*. 20, 21

F.

Faber (Tanaquillus). 248. 293
——— (Petrus). 343
Falkenburgius (Gerartus). 52. 105, 106. 110. 120. 189. 223
Feſtus. 344
Feythius (Everhardus). 338. 345
Florens Chriſtianus (Q. Septimius). 8. 77, 78. 171, 172. 320
Florus. 249. 267
Francius (Petrus). 26. 55. 68. 72. 80
Fulgentius. 314

G.

Gale (Thomas). 189
Gebaverus (Georg. Chriſt.). 269
Gellius (Aulus). 264
Gevartius (J. Casparus). 79. 103
Graevius (Jo. Georgius). 73, 74. 249. 334
——— (Theodorus). 333
Gronovius (Jo. Fridericus). 245. 252. 268. 288
——— (Jacobus). 110. 249. 309. 325
——— (Abrahamus). 15. 17. 157
Grotius (Hugo). 95. 150. 289. 367. 368
Gujetus (Franciſcus). 187. 240. 266. 297. 368
Guntherus. 209. 247. 313

H.

Harduinus (Joannes). 2
Harpocration. 161, 162

Haver-

INDEX AUCTORUM.

Havercampus (Sigebertus). 148
Heinſius (Daniel). 133. 143. 176. 265
——— (Nicolaus). 158. 218. 230. 240-----244. 247. 250, 251. 253. 258. 277. 299. 332. 342. 358. 364
Hemſterhuis (Tiberius). 200. 223. 265
Henninius (Henr. Chriſt.). 244. 229. 230
Herodotus. 110
Heſiodus. 73, 74. 107. 124. 187. 217. 224. 232. 266. 297. 307
Heſſelius (Franciſcus). 99
Heumannus (Chriſtoph. Auguſtus). 27. 34
Hieronymus. 294
Homerus. 26. 96. 131. 308. 370, 371. 374
Horatius. 7. 131. 158. 177. 217. 220. 256. 304. 312. 371
Hyginus. 302. 311

J.

Jacobus. 336
Jenſius (Joannes). 240. 306. 308
Inſcriptio Palmyrena. 3
——— in inſula Chio reperta. 229
——— Philadelphiae reperta. 341
Interpres Vulgatus. 148, 149. 170
Johnſon (Richardus). 142
Jungermannus (Gothofredus). 86. 280
Juſtinus. 248, 249. 268. 293. 301. 371. 373
Juvenalis. 204, 205

K.

Knatchbull (Nortonus). 148
Kromayerus (Jo. Henr.). 34. 40. 57. 72. 77. 98. 147. 255. 317--320

L.

Lactantius. 103. 111--114. 267. 268

Lia-

INDEX AUCTORUM.

Libanius. 353
Longus. 253. 279-281. 347
Lucanus. 209

M.

Manetho. 307, 308
de Mara (Gulielmus). 77
Marius Nigrinus (Dominicus). 317
Marklandus (Jeremias). 79. 131. 192. 204, 205. 229. 242. 245, 246. 252. 258. 260. 277. 288. 289. 301, 302, 303. 312, 313, 314. 325. 342. 358. 360, 361. 364
Mercerus (Josias). 124. 200. 294
Meursius (Johannes). 147. 161. 196. 199. 289. 351
Mimnermus. 92
Minucius Felix. 150. 251
Moll (Petrus). 253. 280. 347
Munckerus (Thomas). 39. 74. 102. 124. 152. 189. 268. 332. 311. 314

N.

Nonnus. 41. 47, 48. 51, 52. 54. 58, 59. 90. 105; 106. 120, 121. 132. 137. 162. 173, 174. 182. 193. 201, 202. 206. 208. 223. 225. 262. 279. 291. 323. 326. 346. 356. 360

O.

Observationes Miscellaneae. 27. 94. 110, 111. 126. 156. 165. 173. 179. 186. 192. 209, 210. 215, 216, 217. 226, 227. 244, 245, 246. 251, 252. 276, 277. 286, 287. 291. 294. 322. 324. 365. 366. 367. 368. 369. 370
Oppianus. 366
Oraculum *apud Eusebium*. 9. 14. 198. 305
Orpheus. 16. 188. 225. 273-275. 278. 306
Ovidius. 27. 204. 215. 250. 302. 316. 325

INDEX AUCTORUM.

P.

Papius (Andreas). 12. 60. 154. 207. 372
Pareus (Daniel). 57. 60. 66. 72. 86. 97. 154. 160. 172. 195, 196. 210. 343. 346
Paulus in epiſt. ad Romanos. 148, 149
du Pauw (Jo. Cornelius). 110. 181. 186. 190. 259. 301. 368
Perizonius (Jacobus). 293. 295
Perſius. 140
Petronius. 127
Phaletranus (Georg. Eric.). 293, 294
Phavorinus. 11. 59. 90. 161. 224. 351
Pierius Valerianus. 368
Plutarchus. 226
Poëta Vetus *apud Diodorum Siculum.* 138, 139
Pollux. 86
Polyaenus. 121. 371
Potterus (Johannes). 226. 350. 353
Priſcianus. 312
Propertius. 230. 240-242. 268, 269. 293. 303. 335
Proſper. 192

R.

Raphelius (Georgius). 148
Rondellus (Jacobus). 362
Röverus (Matthias). 11, 12. 18. 21. 29, 30. 35. 59. 64. 68. 72. 76. 91. 95. 110. 147. 253. 325
Rous (Franciſcus). 353

S.

Sannazarius (Actius Sincerus). 195. 201. 291
Santolius (Baptiſta). 102
Scaliger (Julius Caeſar). 274. 349
——— (Joſephus). 342. 351
Schacchus (Fortunatus). 337

Scheffe-

INDEX AUCTORUM.

Schefferus (Johannes). 248, 249. 301. 311
Scherpezeelius (Joannes). 374
Schoëttgenius (Christianus H.). 67
Scholiastes Musaei. 15, 16, 17. 32. 155—159. 192. 211
——— Horatii MS. 158. 147. 191
——— Cruquii. 158. 174
——— Theocriti. 198
——— Apollonii Rhodii. 351
Schriverius (Petrus). 343. 345
Secundus (Janus). 152. 176. 191. 193. 303
Seleucus. 232
Seneca. 244, 245
Servius. 6. 133-135. 159, 160. 163. 165, 166. 248. 277. 286. 304. 329
Smith (Thomas). 2. 362
Spanhemius (Ezechiel) 19, 20, 21. 143. 147. 263. 339. 342. 362
Statius. 27. 111. 209. 229. 245, 246. 250. 252. 260. 277, 278. 288. 301. 312, 313. 358. 360, 361. 364
Stephanus (Henricus). 12. 16. 40
Stephanus Byzantinus. 279

T.

Theocritus. 370
Tibullus. 299
Titius (Robertus). 177, 178
Tollius (Jacobus). 267
Tryphiodorus. 72. 297. 305

V.

Valckenaer (Ludovicus Casparus). 37, 38. 224. 374
Valerius Flaccus. 68. 243. 250. 268. 274, 275. 287, 288
Vallinus (Renatus). 139

Vigerus (Franciſcus). 305
Vinetus (Elias). 361
Virgilius. 6. 101. 135. 140-142. 163. 165, 166. 177. 233, 234. 242. 250. 258, 259, 260. 282. —287. 289. 315, 316. 330
Vitringa (Horatius). 325
Vlamingius (Gulielmus). 75, 129. 128. 241
Voëtius (Paulus). 67. 219
Voſſius (Ger. Johannes). 268. 317
—— Iſaäcus. 224. 346
—— Gerardus. 243
Vulcanius (Bonaventura). 333

W.

Weitzius (M. Johannes). 160. 166. 198. 343
Whitfordus (David). 12. 76. 85. 149. 319, 329
Withofius. 99. 207. 235. 247. 277. 311, 312
Wolfius (Jo. Chriſtophorus). 149. 336
Wopkenſius (Thomas). 150. 251
Wouweren (Joannes), 353, 354

FINIS.

ERRA-

ERRATA

Sequentia, quae vel Scriptoris, humana in minimis difficilius aliquando ſibi cavente Natura, vel typorum fudit incuria, ut Lector corrigat, neque omiſſis, ſi forte ſuperſint, offendatur etiam atque etiam rogo.

Pag.	lin.	pro	ſcribe
3. b.	15.	ΘΕΙΟΝΤΑΤΗ.	ΘΕΙΟΤΑΤΗ,
	17.	ΣΕΒΑΣΤΗ.	ΣΕΒΑΣΤΗ,
	21.	Oſroënonim.	Oſroënorum.
34. b.	26.	l. 32.	lib. 32.
		lib. 23.	l. 23.
64. a.	5.	de excidio Ilii.	de R. H.
80. b.	7.	Neminem *adde.*	vero.
82. b.	14.	con.	cum.
102. a.	21.	Scholiaſtes *adde*	Germanici, ut alibi.
	26.	deſunt	proſtant.
107. a.	6.	a voce *Quid* ad	*Statius* omnia dele.
109. b.	7.	maſculinis.	faemininis.
111. a.	4.	dele *haec.*	
125.	21.	κεφάλων.	κεφάλων,
131.	33.	135.	136.
135.	6.	*dele* ad.	
	25.	ſuperius	ſuperior.
149.	50.	*poſt* loco *adde,*	cumque alia huic genina nondum mihi reperta.
150.	22.	adferant.	adferent.
163.	8.	Cei.	Ceae.
195.	22.	aucta.	auctus.
198.	9.	repertus.	reperta.
205.	28.	Statium.	Poëtas.
212.	17.	candido.	candida.
214.	11.	utebantur *adde.*	ſacra celebraturi.
	27.	ita *adde.*	vero.
	l. ult.	*adbibitum.*	*adhibitum.*
216.	l. ult.	Δενκίλλος κακοχαρης	Δενκίλλος κακόχ.
218.	7.	*pumifer.*	*pemifer.*
223.	5.	*poſt* rectum *dele omnia ad* Ἀρῶ *usque.*	
224.	27.	que.	quae.
	32.	cap. p	cap. 3. p. 138.
226.	7.	hanc.	hunc.

ERRATA.

233.	29.	*fuerit.*	*furit.*
236.	9.	eaedem-derivatae & conpoſitae.	easdem derivatas & conpoſitas.
239.	26.	lavaſſe.	laviſſe.
241.	6.	*poſt* indoctum *adde.*	adfirmat.
247.	4.	Heinſius.	Heinſium.
251.	1.	opem *adde.*	quoque.
	10.	in Claud.	Claud in.
	23.	adridebit.	adriſura ſit.
252.	24.	5.	3.
256.	7.	Porphyrius.	Porphyrio & ita ſemper.
	9.	Acron,	Acro, ut ſemper.
	13.	ἐκόμισεν.	ἐκόμιζεν.
264.	20.	*librorum* adde	lectione.
268.	21.	haec *adde.*	non.
269.	27.	an voluit &c. *dele ad*	Servius.
273.	27.	Eratoſthenes.	Eratoſthenem.
274.	29.	minimo.	minime.
275.	2.	Phaecas.	Phaeacas.
277.	24.	4 Sylv. 5.	5 Sylv. 4.
280.	1.	eruendam.	eruendum.
282.	25.	Hos dolos.	Hi doli.
288.	24.	rejecta.	provecta.
289.	7.	*adde*	Aurorae
299.	31.	ſuas.	ſuos.
301.	14.	κιφιλάμης *adde.*	cum ἐκιφιλάμης ſatis rectum ſit.
302.	27.	*euntes:*	*iter gradientes.*
309.	3.	ν.	Vid.
311.	19.	tamen *adde.*	hic.
313.	17.	recepterat.	receperat
315.	13.	ubi *adde.*	tamen potius.
321.	29.	tarde.	tarda.
326.	11.	aucipe.	aucupe.
	26.	Melito.	Melite.
321.	12.	σιβῦ pro *dele.*	
332.	2.	Ζιδώνιος.	Σιδώνιος.
368.	29.	non potui.	*dele* non.

In Indice R. & V. p. ult. generantionem. l. generationem.

—— Auctorum l. 8. *adde* Ammonius 37, 38.

In Dedicatione	p.	3.	v.	1.	*limine* *limite*
In Praefatione	p.	7.	l.	13.	has hos
	p.	36.	l.	8.	meam *adde* tamen.

A01 1464810